BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 I
H 23

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

27
C
35
27
C

13-10-E-6

TRACTATVS DE IN LITEM IVRANDO,

SIVE AVREA, ET SOLENNIS REPETITIO L. SI QVANDO C. vnde vi.

D. IOAN. BAPTISTA PLOTO *Iureconſulto, & Decurione Nouariæ authore.*

NOVE IN PARAGRAPHOS diſtinctus. & Summarijs illuſtratus cum Indice locupletiſſimo.

Bibl: Secr: Coll: Rom: Soc: Jesu

Ex legato Illustr.mi Coccini

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS. M D LXXXIII.

IO. BAPTISTAE PLOTTI IVRECONSVLTI, ET DECVRIONIS Nouarienſis tractatus de in litem iurando,

SIVE AVREA ET SOLENNIS REPETITIO L. SI QVANDO. C. VNDE VI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROOEMIVM.

SI QVANDO. Facturus interpretationem huius ſanctæ, vtilis, inuiolabilis & practicabilis legis, neceſſariũ prius exiſtimaui, diuinũ, & ſanctiſſimũ nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti totius orbis Redemptoris, & eius glorioſiſſimæ Virginis matris Mariæ inuocare: prout ex nunc genibus flexis inuoco, vt cœptis meis aſpirent, & ad optatam metam fœliciter me ducant, eorum diuinã maieſtatẽ orando: vt ſcribitur in libro Paralipomenon, Da mihi ſapientiam & intelligentiam, vt inegrediar, & egrediar coram populo tuo: eſt enim Deus ſcientiarium dominus: vt habetur in primo Regum ca. 11. Nec ſine cauſa id egi: Nam ſi, vt diuinus atteſtatur Plato in eius primo libro Thimei, In minimis quoq; rebus diuinum debemus auxilium implorare. & ſapiens ille Plotinus philoſophus, totus vt aiunt Platonicus, vbiq; iſtud vero verius eſſe in eius operib. prædicauit Quantomagis ego Io. Baptiſta Plotus minimus inter Pontificij & Cæſareis iuris Doctor. id facere debeo, ſemper quidem, ſed præſertim anno præſenti quo labitur annus Chriſtianæ ſalutis quinquageſimus ſecũdus ſupra mille & quingentos annos, quo tempore ciuitas Nouariæ patria mea antiquiſima ruinis templorum, & ſuburbiorum expoſita eſt, gratia vrbis muniendæ ob tumultus bellorũ, & ea de cauſa non mediocriter doleo, cum in modum, ꝙ nedum res magni ponderis, verumetiam res minimas ad ſcribendum non ſum idoneus, niſi mihi diuina clementia auxilietur. Confiſus itaq; de omnipotentis gratia deuenio

ad interpretationē huius legis, quàm dedico nōn Iulio III. Pontifici Maximè: non Carolo V. Rom. Imperatori Cæſari ſemper Auguſto: non Ferdinando Romanorum & Panno- niæ Regi: non Philippo Caroli filio Hiſpaniarum Regi Catholico: non Henrico II. Francorum Regi Chriſtianiſſimo: non Illuſtriſſim. Carolo Sabaudiæ Duci: non magno Ferdinādo Gonzagę Melficti Principi in vniuerſa Italia Viceimperatori digniſſimo, qui belli pater, & pacis author iure merito dici pōt. nō Coſmo Medici reipublic. Florentinæ Duci: non Ecc. Philiberto Emanueli Pedemontium Principi colendiſſimo: non Herculi Eſtenſi Ferrariæ Duci, Mutinæ & Regij Domino: non Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Herculi Gonzagæ ſacr. Romanæ Eccleſ magno Cardinali, nec alicui alij Principi: ſed tibi, ſacratiſſima Virgo Maria cœlorum Regina, & mater Dei, quæ ipſis omnibus mortalibus excellentior & præſtantior es, hocce meum opuſculum offero, vt ſub tui ſanctiſſimi nominis tutela viuat in æternum.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio de lege ad legem non eſt neceſſaria & nu. 12.*

2 *Continuatio quid ſit: & qui ſint eius effectus.*

3 *Continuatio de rubrica ad rubricam an cadat.*

4 *Statutum, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, non habet locum quando poſſeſſio defuncti, medio tempore fuiſset occupata & nu. 11. fallit vt in nu. 13.*

5 *Reſtitutio in integrum per viam gratiæ à principe conceſſa condemnato, non trahitur ad bona medio tempore alienata. Secus ſi facta fuerit per viam iuſtitiæ condemnato pro aſſerto delicto, non prætextu alterius iuris.*

6 *Donatio, venditio, vel pax abſenti, etiam in manibus notarij pro abſente ſtipulantis facta non valet, ſi antequam abſens ratificet, donator eadem alij poſtea donet, etiam quòd in prima adeſſet conſtitutum.*

7 *Pax pro abſente facta, non dicitur rupta, ſi antequam ratificet, abſens lædatur.*

8 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

9 *Ratificatio donationis fieri non poteſt per hæredes donatarij.*

Ratificatio

10 *Ratificatio debet fieri tempore habili, & eo tempore, quo actus de nouo geri poſſet.*

14 *Dictio, omnis, eſt vniuerſalis, cuius natura eſt non recipere aliquam fallentiam.*

15 *Mobilium legato, quando veniant pecuniæ, & omnia alia mobilia etiam venalia.*

16 *Animalia an & quando veniant in legato mobilium.*

17 *Immunitas ab oneribus alicui conceſſa etiam verbis generalibus, & amplis non extenditur ad onera, quæ imponuntur ratione belli vel alterius publicæ neceſſitatis in excogitatæ. Fallit vt ibi.*

18 *Decretum circa onera dicitur tranſire in contractum, nec poteſt reuocari ſine eius ſpecialiſſima derogatione.*

19 *Onerum realium excuſatio à priuilegiatis, & exemptis facta, in publica neceſſitate non admittitur.*

20 *Immunitas à Principe vel communitate conceſſa non valeret, vbi includeret caſum publicæ vtilitati contrarium, vel ſaltem reuocari poſſet, aut contra eam in integrum reſtitutio concedi.*

21 *Ciuis tenetur contribuere ad onera cum communitate ſuæ ciuitatis, etiam pro bonis, quæ poſſidet in oppido à ciuitate ſeparato. fallit in bonis emptis ab oppidanis cum oppido ab antiquo æſtimatis.*

22 *Taxæ equorum dicuntur onera patrimonialia, & realia rebus impoſita, quæ loco hoſpitationis militum ſuccedunt.*

23 *Militum hoſpitatio dicitur onus reale.*

24 *Milites hoſpitari obligati, tenentur eis dare ad habitandum tertiam partem domus, & nihil aliud habere milites debent.*

25 *Milites potius debent caſtra deſerere deficientibus ſtipendijs, quàm ex alieno, & rapto viuere.*

26 *Taxæ ſalis dicuntur onera perſonalia.*

27 *Ruſticorum libri non probant contra ciuem bona eſſe in æſtimo rurali obnoxia, maximè vbi non ſunt rogati per notarium, vel per perſonas de publico deputatas.*

28 *Liber æſtimi ruralis non probat niſi inter ipſos homines rurales.*

29 *Vtenſilia quando veniant in obligatione bonorum.*

30 *Sententia Principis, vel ſenatus in vna cauſa facit ius quo ad omnes.*

EPITOME.

DIFFICVLTAS probationis, & odium delinquentis, facit, vt admittatur probatio per iuramentum actoris,

ſecundum Bartolum hic. Vel dic. Si de violentia commiſſa reus conuincatur, & damnum illatum tempore inuaſionis probari non poſſit, tunc iudicis taxatione præcedente ſtatur iuramento damnum paſſi, de damnis & intereſſe: vt per Iaſ. hic: Vel dicas tertiò. Violentia probata, de rebus ablatis ſtatur iuramẽto actoris taxatione iudicis præcedente. Ego autem trado aliud ſummarium. Si probetur dolus malus alicuius in faciendo, ſi non conſtat de quantitate rerum, & intereſſe, ſtatur quò ad ipſam quantitatẽ iuramento paſſi damnum, vel furtum, vel turbationẽ expulſiuam, ſeu violentiam inquietatiuam, ſeu quodlibet genus turbationis, ſpolij, vel violentiæ, vel clandeſtinitatis, præuia ſemper iudicis taxatione, ſecundum perſonarum & negotij qualitatem, & iſtud eſt ſummarium nouiter datum per me Ioan. Baptiſt. Plotum ex mente doctorum.

§. I.

CONTINVATVR lex iſta cum præcedentibus ſecundum Barto. Ful. & Iaſ. hic hoc modo. Viſum fuit in legibus præcedentibus de modo procedendi, & de pœnis, quibus afficiantur inuaſores violenti. Nunc vero Imperator Zeno Iſauricus XLIX. Cęſar, qui teſte Ioanne Carione in ſuo Chronicorum libr. 4. Regnauit anno Chriſti 492. Intendit Imperator ipſe declarare qualiter probetur violentia, & qualiter probetur de damnis & intereſſe: & iſta eſt
1 continuatio Doctorum, de quibus ſupra. Ego autem † dico, ꝙ communis opinio, eſt, ꝙ de lege ad legem non eſt neceſſaria continuatio: vt per Iaſ. hic qui tamen huius dicti nullam refert rationem. Vnde dico rationẽ eſſe, quid iſtud verbum, continuare. idem eſt, quòd continere, ideſt, ſimul ſe tenere: vt habetur apud Titum Liuium Romani eloquij patrem, & apud Tulium in ſecundo officiorum. Et idem
2 eſt † continuatio, quod perſeuerantia: vt per Dom. Giero. Cag. patritium Vercellenſem in rub. ff. de reg. iur. nu. 5. ver. pro cuius rei intelligentia & continuus dicitur vbi extraneus actus non interuenit l. continuus vbi Ioan. de Imol. & alij. ff. de verbo. obliga. & verbum continuum idemnitatem

tem

tem rei ſignificat. vnde dicitur aliqua res continuare cum alia, vbi eorum extrema ſunt idem. vt per Ariſtotelem in quinto Phyſicorum. per glo. & Io. And. in c. 1. de conſecrat. eccle. in 6. per Cag. d. rub. ff. de reg. iur. nu. 7. Et continuatio facit de duobus vnum, ſicuti coniunctio duorum corporum facit de duobus vnum: & continuatio ſiue coniunctio duarum Eccleſiarum facit de duabus vnã c. poteſt. 16. q. 1. & cap. 1. ne ſede vacan. & c. ad apoſtolicam. de conuer. coniugator. Alb. de Roſ. in ſuo dictionario verbo, cõtinuatio. Et continuare idem eſt, quod ſimul ſe tenere. Iaſ. & D. Aym. Crau. in rub. ff. de leg. 1. in prin. per text. in l. tria prædia. in princ. ff. de ſeruit. ruſt. præd. vbi prædia appellantur continua, ideſt ſimul ſe tenentia nullo ſpatio interueniente. & l. in tradendis. §. interpoſitis. ff. commu. præd. Et actus dicitur continuus, ex quo partes non receſſerunt ad alios actus: vt per D. And. Alc. præceptorem meũ in l. 1. §. qui præſens, vbi etiã Pau. de Caſt. ff. de verb. oblig. Vnde cũ lex vna loquatur de vno puncto, alia lex de diuerſo puncto, & vna ſit ſeparata ab alia, non cadit propriè de vna lege ad aliam continuatio, propriè loquẽdo, cum illa dicantur cõtinua,
3 quorũ extrema ſunt idẽ. Imo nec de rubrica † ad rubricã cadit cõtinuatio propriè loquendo, ex quo ſimul ſe nõ tenent, & nõ ſunt idẽ nullo ſpatio intermiſſo. d. l. tria prædia. & qñ dicimus talis rubrica continuatur cũ tali, illud verbũ continuare, ſtat impropriè, pro cõnectere, cõiungere & ſub ordinare: vt ꝑ D. Cag. d. rubr. ff. de reg. iur. nu. 7. & 8. cũ ſeq.
4 ¶ Et ſignificatio † propria iſtius verbi continuare, eſt ſummè notanda ad materiam ſtatutorũ, quibus cauetur quod poſſeſſio defuncti cõtinuetur in hẽredẽ. Nã cum continuare ſit idem, quòd ſimul ſe continere, & perſeuerare, & continua dicantur, quorum extrema ſunt idem, adeo ꝙ mediũ impertinens impedit extrema coniungi, ſiue continuari: vt fuit ſuperius deductũ, & eſt tex. in l. Pomponius. §. quæſitum. ff. de acq poſſeſſio. ſequitur ex præmiſſis prima limitatio ad ipſum ſtatutũ, qđ poſſeſſio defuncti continuetur in hæredẽ, vt non procedat vbi poſſeſſio defuncti medio tempore, ideſt, ante aditã hæreditatẽ defuncti, vel poſt aditam hæreditatem defuncti, antequam tamen hæres poſſeſſionẽ

ipſam verè & realiter apprehendat aliquis tertius occupaſſet, vel apprehendiſſet poſſeſſionem defuncti, quia tunc nō fiet talis continuatio, & hæres non poterit potere vigore dicti ſtatuti, ꝙ poſſeſſio in eum continuetur, ſeu cenſeatur continuata, & non habet locum ſtatutū ipſum eo in caſu: ita dixit Raph. de Raimondis Commen. in l. Pomponius. §. quæſitum vbi etiam Iaſ per illum text. ff. de acqui. poſ. Alex. conſi. 83. Viſa col. 1. verſic. quia reſpondeo & col. 2. verſic. Nec dicatur vol. 2 & cōſ 153. Circa litem col. 1. in fi. & 2. in prin. verſic. vnde dicit Raph. vol. 6. Iaſ. l. ſi ſorori col. 1. in fi. verſ limita tamen. C. de iure delibe. & conſi. 147. Circa primam col. 8. verſ. Dico ergo, quòd decretum vol 2. And. Sic. Barbat. conſ. 58. Sapienter col. 13. verſi. Modò aggrediendo vol. ſecundo D. Anto Rub. Alex. præceptor meus in ciuitate Pataui, conſ. 121. Dom Ioan. col. pen. verſic. ſecundò id, quod dicitur & eſt com. opin. ita dicit Curt. Iun. conſi. 110. Pro habenda col. 8. nu. 17. verſ. retento igitur. & conſ. 108. Circa controuerſiam col. 5. nu. 20. verſi. non obſtat etiam, & conſi. 127. Noua. col fi. nu. 17. verſic. ſtantibus præmiſſis. Compoſt. & Abb ca 2 de conſuetud. & ita etiam multum copioſè voluit d Ioan Baptiſt. Caſtel in ſuis alleg. quæ incip. Magnific. col. 9. verſi. Nunc verò aggrediendo modum & col. 21. verſi. Imò dico, quòd vigore dicti iuris municipalis. Et quæ allegationis ſunt impreſſæ inter ſingularia diuerſorum Doctorū poſt ſing. Cremenſ. per d. Claud. de Seiſel. de Aquis d. §. quæſitum. vbi & Alex. dicit, quòd eſt notabile verbum, & mouetur per glo. in l. cum miles in prin. in gloſ. magna ff. ex quib. cau. ma. Et quia non poteſt dari cōtinuatio extremorum, vbi medium eſt impertinens per d. §. quæſitum ſic & reſtitutio † per viam gratiæ in integrū per principem conceſſa condemnato ad bona, non trahitur ad bona medio tempore alienata tertio, nec tollit ius alteri quæſitum, nec fructus perceptos per tertium, nec per fiſcum, & non trahitur ad bona in aliū tranſlata: ſed ſolum trahitur ad bona, quæ ſunt apud fiſcū, & medio tempore nō fuerūt tranſlata à fiſco in tertium. Bart. Alex. & Iaſ. & alij in l. Gallus. § & quid ſi tantum vbi Iaſ. col. 12. nu. 62. 63. & 64 ff. de lib. & poſthu. vbi tex. & glo. per Abb. c. 1. in 1. not. de parochis.

5

& per

& per Iaſ.d.§.& quid ſi tantum col.13.nu.70.71.& 72.vbi dicit ita communiter teneri, quòd reſtitutio in integrum conceſſa per viam gratiæ per principem bannito, vel alie ri condemnato,quod non trahitur ad bona medio tempore à fiſco,vel principe in alium tranſlata. Sed iſtud fallit vbi reſtitutio eſt facta per viam iuſtitię & nō gratię,tunc enim talis reſtitutio trahitur ad bona non ſolum quæ ſunt apud fiſcum verumetiā ad bona, quæ medio tempore alteri prætextu delicti & confiſcationis fuerunt acquiſita,& in alterū tranſlata ex illo actu , aduerſus quem concederetur reſtitutio.Iaſ.d.§.& quid ſi tantum col.14.nu.73.verſ.primo limita : vbi etiam Raph.Cōmen.& Nellus de Sanct.Gemin.in tract.Bannitorum.in 1 parte tertij temporis.in 11.q.in fin. Sed ad geſta vel bona alienata alio reſpectu , quàm delicti & confiſcationis : puta,vigore ſententiæ latæ prætextu mutui,depoſiti , dotis, vel alterius crediti , vel iuris,quòd eſſet cōtra cōdemnatum vel bannitum,vel eius bona ante bannum , & condemnationem, & quæ ſententia eſſet lata contra fiſcum , qui tenebat bona , ſeu ad alia geſta vel alienata alio vigore, ꝙ delicti,tūc etiā liberatus & reſtitutus per viā iuſtitiæ non recuperat ipſa bona : & talis liberatio vel reſtitutio per viā iuſtitię nō trahitur cōtra ipſa geſta & alienata. Bal.in titu.de pace conſtan.in gloſ.verbo,ſententię quoq;. Et iſta ſunt notanda pro intellectu nouæ conſtitutionis domin ij Mediolani ſub rub.de accuſatio.§.à ſententia.in fin. vbi tractatur de literis cōcedēdis bannitis ad nouas defenſiones,vt ſcias ꝑ prædicta , quid poſſit recuperare admiſſus ad nouas defenſiones , & liberatus via iuſtitiæ quo ad bo-
6 na medio tēpore in aliū traſlata. Sic & donatio,† vel venditio,uel pax facta abſenti etiā in manibus notarij pro abſente ſtipulantis non ualet,ſi medio tempore,ideſt,antequam abſens ratificet,ille qui primo loco donauit , vel uendidit, uel pacē fecit in manibus notarij pro abſente, ſecūdo loco eadem bona donaret,vel venderet alteri præſenti,nam præfertur talis ſecunda donatio vel uenditio etiam , quòd in
7 prima fuiſſet conſtitutum : & ſi ante † ratificationē pacis, ille abſens lædatur , non dicitur rupta pax nec tenetur ad pœnā,de qua in pacę ille qui fecit pacem etiā ſi feciſſet pacem

tem Titio præſenti pro ſe & complicibus ſuis abſentibus, cum pacto de non offendendo ſub pœna, nam ſi fiat offenſio illis complicibus, antequàm illi abſentes ratificent, non
8 eſt locus pœnæ: & ſi me abſente, † aliquis meus amicus uel negotiorum geſtor apprehendit poſſeſſionē nomine meo: vel quis conſtituit ſe tenere & poſſidere aliqua bona nomine mei abſentis, ſi antequàm ego ratificem talem poſſeſſionem, vel conſtitutum aliquis tertius expulit illum conſtituentem, uel amicum, aut negotiorum meorum geſtorem ab ipſa poſſeſſione nulla mihi competit actio ſpolij vel alterius iuris ad illam poſſeſſionem vigore illius conſtituti uel apprehenſionis poſſeſſionis antea factæ nomine mei abſentis: quia ratificatio nō trahitur retro in præiudicium tertij, & quia medium eſt impertinens, ergo extrema non poſſunt coniungi nec continuari. Dec. conſi. 226. Migiſter Ioannes col. pen. & fi. & conſi. 464. Placet nu. 3. & in l. ſemper qui non prohibet nu. 15. uerſ. Tertia regula. ubi etiam Cag. nu. 23. & per Dec. in l. contractus. uer. Quintò limitatur concluſio. & nu. 15. 16. 17. & 18. ff. de regu. iur. per Lud. Gozad. conſ. 14. nu 1. cum ſequen. & conſ. 62. nu. 5. D. Hier. Grat. conſ. 36. Viſo nu. 33. vol. 1. per Dec. conſ. 598. Viſis his col. fi. & conſ. 460. Viſo puncto col. pen. & fi. D. Steph. Bertrand. conſ. 173. Quia difficultas col. 5. nu. 12. verſ. Hinc etiā vol. 1. Alex. l. qđ meo col. 2. ff. de acqui. poſ. Cur. Iun. cōſ. 55. Pro habenda col. 3. nume. 9. D. Alc. in cap. cum contingat nu. 330. & 331. extra de iureiur. D. Ludo. Gomes in reg. de non tol. iure quæſito. q. 1. verſi. primo non haberet locum. Rip. rub. de iud. nu. 71. Ro. Cur. tract. de iure patr. verſi. ius.
9 q. 4. Soci. l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de acqui. poſ. & ratificatio † nō poteſt fieri per hæredes donatarij; vt per Alciat. d. ca. cum contingat. vbi vult præmiſſa omnia procedere, etiā ſi eſſet primus contractus iuratus. ſequitur Pariſ. conſ. 77. Subſcripſi vol. 1. Bar. l. qui Romæ. § Flauius nu. 1. ff. de verbo. obli. & not. in l. ſi is, qui pro emptore. vbi Bar. Iaſo. & Doc ff. de
10 vſucapi. Et ſic † per prædicta eſt dicendum, proculdubio, ꝙ ſtatutum volens poſſeſſionem defuncti cōtinuari in hæredem, ꝙ non procedat vbi medio tempore poſſeſſio fuiſſet per tertium apprehenſa: quia non poteſt fieri continua-
tio

tio propter illũ tertium,ex quo extrema nõ ſunt idẽ & me-
diũ impertines impedit extrema coniungi d.§.quæſitũ. ubi
11 tex.& doc.Et ratificatio † debet fieri tẽpore habili, & codẽ
tempore quo actus de nouo geri poſſet l.pe.ff.rem rat.hab.
Bar.Bal.& alij l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſuc.Et ſic ex prę
dictis facias duas cõcluſiones. Prima erit cõcluſio,ꝙ de le-
12 ge † ad legẽ nõ neceſſaria cõtinuatio:ut per Iaſ.hic Secun-
da erit cõcluſio, ꝙ ſtatutũ uolens poſſeſſionẽ defuncti con
tinuari in hæredẽ,quod non procedit,ubi poſſeſſio medio
tempore per tertiũ fuiſſet apprehẽſa:ut per Iaſ.& Clau.poſt
Raph.d.§.quæſitũ.& per Doctores in locis de quibus ſupra
per me allegatis. Sed aduerte,ꝙ iſtud intelligitur in dubio,
& ubi ſtatutũ aliter nõ loquitur cõtra tertiũ;nã tũc poſſeſ-
ſio vigore dicti ſtatuti nõ cenſetur cõtinuata,& ſtatutũ lo-
13 cum nõ habet,vbi per † tertiũ fuiſſet poſſeſſio apprehẽſa,&
ita intelligi debẽt Doctores ſuperius allegati: ſecus aũt vbi
ſtatutũ,uel decretũ ulterius procedit, uolẽs poſſeſſionẽ de-
functi cõtinuari in hęredẽ,etiã ꝙ poſſeſſio defuncti medio
tẽpore fuiſſet apprehenſa per tertiũ,prout facit noua cõſti-
tutio edita à ſacratiſſimo Carol.V.Rom.Impe.in Dom.Me-
diolani die 28.Auguſti.anni 1541.Sub rub.de continuãda
poſſeſſione defuncti. nam tunc talis cõſtitutio,ſiue tale de-
cretũ locũ habet etiã,ꝙ poſſeſſio medio tempore fuiſſet ap-
prehenſa per tertium:& talis continuatio,ſiue tale decretũ
contra ipſum tertium poteſt intentari,ex quo decretum ip-
ſum Mediolani ulterius procedit declarando,ꝙ locum ha-
beat decretum etiã,quod medio tempore per tertiũ poſſeſ-
ſio fuiſſet apprehenſa,& tunc uerbum ipſum cõtinuare,ſtat
impropriè & largiſſimè in ipſo decret.& ita in terminis cõ
ſoluit d.Petr.Pau.Par.cõſ.41.inci.Optimũ ius col.2.nu.8.
in fi.& nu.9.& per totum ipſum conſi.uol.1.Dec.conſi.84.
Excellentiſſimi Doctores col.2.uer ſic.Et ulterius circa hoc
eſt conſiderandum. Iaſ.conſi.85.Quando habemus col.2.
uerſ.unum refragari uidetur uol.3.& conſ.146.Præſuppo-
ſito col.1.uerſic Nec dicatur uol.4.ubi dicit, quòd ita iu-
dicauit ſenatus. Dec.conſi.467.Benè & conſultè in cau-
ſa col.pen.uerſic.Non obſtat, quòd continuatio. ſequitur
Mag.D.Nico.Bellonus, qui mihi fuit præceptor in iure in
ciuitate

ciuitate Papiæ,& qui nunc eſt ſenator optimus Mediolani,& Lothoringiæ gubernator, in conſi.35.Conſultus colum.4.in fina.verſicu.& ſi opponatur & colum.5.in princip.& idem voluit Signorol.de Homodeis conſi.262. In themate colum.2.verſic.præterea . & ſentit Curti.Iuni.conſi.127.Noua colum.fina Raphael . Fulgoſi.conſil.230. In quæſtione colum.fin.verſicu.præterea cum per ſtatutum. & iſtud idem voluit Magnific.& excellen.doctor Dominus Catellianus Cotta patritius Mediolani in ſuis Memor. verbo , decreto Mediolanenſi , circa medium . uerſiculo. ſed intelligi debet . vbi inquit decretum ipſum Mediolani procedere etiam contra tertium , qui medio tempore poſſeſſionem apprehendiſſet, niſi ille tertius legitimè & licitè poſſeſſionem apprehendiſſet: & allegat Iaſo.d.conſi.146.columnn.2.volum 4.& Deci.dict.conſi.467.Benè & conſultè . in 2.colum.& ſentit Alexand.conſi.83.Viſa facti narratione colum.2.verſicu nec dicatur pro parte.volumi.2. Et mouentur doctor.iſti primò quia conſtitutio ipſa Mediolani inquit, quòd poſſeſſio defuncto poſſeſſore non vacet, ſed ſit & intelligatur immediatè continuata in hæredem : vnde ſi non vacat, ſed ſit & intelligitur immediatè continuata in hæredem, eſt clarum quòd ille tertius non potuit iſtam poſſeſſionem non vacantem ſed continuatam apud hæredem apprehendere, ſed illius tertij poſſeſſio dicitur vitioſa nulla, & inconſiderabilis.Deci. dict.conſil.467.Benè . & conſultè . colum.penult.verſicu. Non obſtat quòd continuatio.vſque ad fin.Pariſ.d.conſil.41.Optimum ius . colum.2 numero 9.verſicul.ceſſant enim.& verſicul cuius decreti.Alexand.conſi.85.aliàs conſi.83. Viſa colum.2.in fin.nume.4.cum ſequent.verſicul. nec dicatur pro parte volum.2.Iaſo.dict.conſil.85.Secundo . quia decretum ipſum inquit, quòd ipſa continuatio ſit & cenſeatur facta quò ad omnem effectum iuris etiam recuperandæ . Vnde ſi cenſetur facta continuatio in hæredem quò ad omnem effectum etiam recuperandæ, ſequitur quòd debet operari iſtum effectum ipſa continuatio, quòd ſi alius medio tempore poſſeſſionem occupaſſet,quòd contra ipſum competeret etiam remedium recuperandæ

perandæ ſiue ſpolij:prout competeret ſi verè & realiter hæres poſſeſſionem apprehendiſſet,cum decretū ipſum iſtud dicat l.1.vbi Docto.per illum text.ff.de leg.1.ergo ipſa conſtitutio Mediolani locum habet etiam quòd talis poſſeſſio medio tempore per tertium fuiſſet apprehenſa. & ita arguit Pariſius dict conſil.41.colum.3. nume.10.verſicu. prout etiam ceſſant.& numer.11.verſicul.prout & tertio. Et eſt in hoc ponderanda illa dictio quòd continuatio ſit & intelligatur facta in hæredem quò ad omnem effectum: nam niſi diceremus decretum ipſum locum habere etiam quòd medio tempore poſſeſſio per tertium fuiſſet apprehenſa, non eſſet verum dicere vt inquit decretum, quòd continuatio locum habeat quò ad omnem effectum. ergo cenſetur & eſt facta continuatio, etiam quòd tertius medio tempore poſſeſſionem apprehendat: quia qui omne dicit, nihil excludit l.à procuratore.C.mand.vbi glo.& Docto.per Bal.& Bar.in l.Iulianus.ff.de leg.3.per Dec.con
14 ſil.472.Teſtator legauit numer.1.† Et illa dictio, omnem, eſt dictio vniuerſalis cuius natura eſt non recipere aliquam fallentiam.Corn.conſi.49.In præſenti num.2.& 3. volu.3.c.ſolitæ.de maio.& obe.& c.ſi Romanorum.27.di-
15 ſtinct.Et licet † in legato mobilium non veniant pecuniæ: vt per Corn.d.conſ.49.tamen vbi legantur omnia mobilia veniunt in tali legato propter illam dictionem omnia,etiam pecuniæ,libri, pecudes,aurum,& argentum, & fructus ſeparati à ſolo,& omnia mobilia etiam venalia. Spec.in tit.de fructi.& inter.col.5.verſ tertiò quæritur.& col.1.verſi.ſed pone prælatus.latè Dec.d.conſ.472.per totum.Pariſ.conſ.67.Præſens col.pen.nu.10.& 11.vol.2.Bar. l.generali.§.vxori.ff. de vſufruct.leg.Alex.conſ.118.In caſu col.2.vol.5.Dec.d.conſ.472.in.fi.Sed iſtud vltimum limita vbi ſecundum communem vſum loquendi talia non venirent appellatione omnium mobilium:ſed de communi vſu loquendi ſolū intelligeretur de ſuppellectili:tunc.n. in tali legato ſolum ueniret ſuppellectilis,& deberet probari talis communis uſus loquendi, cum magis attendatur communis uſus, quàm uerborum proprietas.Deci d.conſi.472.colum.2.nu.10.& 11.& 12.cum ſeq.Item ſecundò
limita

limitã non procedere, vbi teſtator reſtrinxiſſet ipſemet illã dictionẽ, omnia mobilia: putã, quia ſubiunxiſſet, quæ ſunt in tali loco, ꝙ intellige vt per Corn. d. conſ. 49. vel quia poſt legatum omnium mobilium factum Titio, addatur clauſula inſtitutionis, in omnibus autem alijs bonis mobilibus & immobilibus, & ſe mouentibus inſtituit d. Bernard. Plotũ:
16 nam in præcedenti † legato omnium mobilium non venient animalia, ex quo ille d. Plotus fuit inſtitutus etiam in ſe mouentibus, vt per Dec. cõſi. 655. Caſus col. 2. verſ. ſecundo efficaciter. ſicuti etiã nõ venirẽt animalia in legato, omniũ mobilium, vbi fuiſſent legata omnia mobilia Ploto, & Sempronio quædã animalia, tunc enim in legato mobiliũ omniũ nõ venirent animalia: vt per Dec. d. conſ. 655. col. 2.
17 verſic. Primò quia. Sic & immunitas † conceſſa alicui ab oneribus & collectis ordinarijs & extraordinarijs ſolitis & inſolitis, nõ extenditur ad onera, quę imponuntur ratione belli diuini: puta, peſtis, vel belli humani, niſi in ſpecie dicatur, ꝙ immunitas extendatur ad onera, etiam ratione peſtis vel belli imponenda. Thom. Parpalia. l. placet col. fin. verſ. item debetis. C. de ſac. eccle. Cyn. Dyn. Alb. Soci. Alex. Iaſ. & Ripa l. ſi ex toto. ff. de leg. 1. vbi Rip. in fi nu. 17. dicit, ꝙ hæc eſt cõmunis opinio Cæp. cau. 63. aliàs. 80. Quia priuileg. Fel. c. cauſam quæ col. 10. nu. 17. verſ. quinta declaratio. de reſcri. Ro. conſ. 436. Quod indultũ. per tex. in l. iubemus nullã. vbi Bal & alij. C. de ſac. eccle. per Alex. cõſ. 215. Nec arguẽdi nu. 21. vol. 2. & de hoc eſt text. cũ gl. & ibi no. Doct. maximè Luc. de Pœna in l. 1. C. vt nemin. lic. in empti. ſpec. ſe excuſ. lib. 10. & eſt magis cõmunis opin. Iaſ. d. l. ſi ex toto col. 3. ver. Quid tenendũ. vbi dicit immunitatẽ conceſſam etiã verbis generalibus & amplis nõ extendi ad onera, quæ imponuntur ratio belli vel alterius publice neceſſitatis inexcogitatæ. & ꝙ in hoc eſt magis cõmunis opinio, vt per Iaſ. d. l. ſi ex toto col. 2. num. 8. & col. 4. nu. 12. in fin. Io. And. in addi. Spec. tit. de cen. §. 2. verbo, ſciendum eſt. per D. Ant. de But. c. peruenit. per illũ text. vbi alij Doct. de immu. eccle. Alb. de Roſ. in 2. part. ſtat. q. 138. Satutũ eſt in ciuitate. Alc. d. cõſ. 216. Nec arguẽdi vol. 2. Bal. cõſ. 106. Lata fuit vol. 5. Sed vbi diceretur, ꝙ immunitas eſſet, ab oĩbus & quibuſcunq;

buſcunq; oneribus, tūc ipſa immunitas extenderetur etiā ad onera ratione belli, peſtis,& alterius magnæ neceſſitatis reipubli.propter ipſa uerba geminata,ab oībus, & quibuſcunque Alex.conſi.30.Ponderatis col.3.nu.14.uerſ.Circa ſextū uol.5 Pariſius cōſi.25.Primo aſpectu col.pe.nu.113. & conſ.68.Queritur primo col.3.nu.17.& col.pen.nu.29. uerſic.Et idem etiam eſt dicendum uol.1.Sed teſte Ripa in tract.de peſte,in tit.de præſer.reme.in illa parte,quæ incipit. Deuenio nunc ad modum & normam vbertatis conſeruandæ num.231.communis eſt opinio quòd immunitas conceſſa ab omnibus oneribus,quòd non extendatur ad onera belli,vel peſtis,& ita eſſe com.opi.dicit Ripa d.num.231. Et quæ opinio maximè procedit in dominio Mediolani, in quo eſt decretū ſub rub.de oneribus.§.oneribus.quo cauetur,quòd ad onera taxarū equorū, & hoſpitationis militum etiā exempti teneantur,exceptis his qui à principe ſpeciales literas cum ſpeciali derogatione illius ſanctionis habuerint,quo caſu non ſufficit clauſula immunitatis ab omnibus & quibuſcunq; oneribus,cū clauſula nō obſtantibus quibuſcunq;, etiā ſi de verbo ad verbum deberet fieri mentio in ſpecie,quibus oībus derogetur,niſi in ſpecie fiat mentio de immunitate etiā reſpectu taxarum equorum,& onerum belli cum derogatione dicti decreti: & eſt cōis opinio Deci.conſi.165.Viſo col.2.cum ſeq.& conſ.168.Reuerende col.pen.ver.ſecundò reſpondetur.Iaſ.conſ.121.vol.4.Fel.c. accedentes col.3.verſi.nihilominus cōis eſt. de reſcri.Lud. Gomes in procem.reg.can.q.5.verſ.& hoc vlterius. & con-
18 firmo, quia † decretū ipſum circa onera dicitur tranſire in contractum,adeo ꝙ non poſſit reuocari ſaltē ſine eius ſpecialiſſima derogatione. Lud,Bolog.conſ.4.Viſo col.fi.verſ. Nec obſtat ſi dicatur. & ver.plus dico.Rub.Alex conſi.9.In
19 cauſa col.2.ver.ſecundò eſt.ibi, imò dico onera.n.† taxarum equorum,& hoſpitationis militum ſunt onera realia,à quibus nemo pōt ſe excuſari, etiā ſi eſſet aliàs priuilegiatus & exemptus. Pariſius conſi.52.Tenetur vol.1.Rub.Alex.d. cōſ.9.nu.6.per tex.in l.3.§.munus.& in l.reſcripto.§ ſciendum.vbi Bar.nu.3.ff.de mune.& honor.ſtatus enim pacificus & publica quies conſeruatur armorum & ſtipendiariorum

rum

tum intuitu. Signor. de Homodeis conſi. 82. In quæſtioni-
20 bus col. 2. nu. 6. Et iſtud cõprobatur, quia priuilegium † vel
inſtrumentum contractus immunitatis ſiue ſit à Principe,
ſiue à communitate conceſſum, videtur non valere, vbi in-
cluderet caſum publicæ vtilitati contrariũ. Iaſ. d. l. ſi ex toto.
num. 13. Fel. d. cap. cauſam, quæ nu. 17 per text. in d. l. iube.
mus nullam & in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſ. eccle. &
per totum tit. C. ſi contra ius vel vtil. pub. Et dato quòd va-
leret, poſſet reuocari ipſa immunitas ex cauſa belli, peſtis,
vel alterius magnæ neceſſitatis inſolitæ Reipub. ſuperuenië
tis. Alex. d. conſ. 216. Nec aiguẽdi: vol. 2. Curt. Iun. conſi. 61.
Habita diligenti col. 7. num. 14 verſic. præterea dato. in 1.
part. Et vbi probaretur enormis læſio in omnem caſum vni
uerſitas cuiuſlibet ciuitatis, vel caſtri, aut villæ etiam mini
mæ debere reſtitui in integrum contra immunitatem con
ceſſam, ex quo, vniuerſitates nedum Reipubl. Romanæ, ve
rumetiam cuiuſlibet ciuitatis, caſtri oppidi, burgi, & villæ
magnæ, vel minimæ debent reſtitui in integrum, ſicuti mi-
nores & pupillæ in iudiciis, contractibus, & præſcriptioni-
bus, & aliis l. reſpublica. vbi Paul. de Caſtr. per illum text. ex
quib. cau. maior. & hęc eſt communis opinio, ita inquit D.
Io. Mauritius Dolanus in tract. de reſti. maio. in inte. c. 417.
21 Vtiliſsima eſt notabis tamen † perpetuò, quòd ad ipſa onera
belli, & hoſpitationis militum, ſicuti & ad alia onera cuius
nõ tenetur cũ ruſticis pro bonis quæ poſsidet in territorio
oppidi ruſticorũ cõtribuere cũ ruſticis, etiã ſi illud oppidũ
fuiſſet ſeparatũ à ciuitate, ſed tenetur cõtribuere cũ cõmu
nitate ſuę ciuitatis tantũ, & ita ego ſæpius conſului pro me
ciui. Nouariæ, & aliis meis cõciuibus, & eſt cõmunis opi. ita
dicit Curt. Iun. cõſ. 42. Habita diligenti col. 2. nu. 2. ver. præ-
miſsis tamen. Cal. conſ. 6. Quidem ciues in tit. de cenſibus.
D. Alb. Brun. cõſ. 103. Caſus iſte. Aret. cõſ. 132. In cauſa. Lau.
Calcan. conſi. 101. In cauſa D. Hier. Grat. Bononien. præce
ptor meus conſi. 61. Per Vicelegatum col. 4. num. 33. verſi.
nam ciues vol. 1. l. forma. §. ſi verò. ff. de cenſi. Bald. margari
ta verbo, ciuitas l. 1. cum no. per illum tex. ff. ad municipal.
& hoc procedit maximè ſtante ſtatuto, prout eſt Nouarię,
quòd bona ciuium nõ poſsint æſtimari cum ruralibus ita
in ſpecie

in ſpecie D. Alb. Brunus Aſtenſis conſ. 94. Cōſiderato. Soci. conſ. 129 Præſtātiſſimi iuris. col. 2. ver. circa ſecundā. vol. 1. Lau. Calca. d. conſ. 101. Alex. conſ. 148. Viſis. colum. 2. nu. 6. vol. 6. Pro bonis tamen emptis per ciuem à ruralibus tenetur ciuis cū eis ad taxas equorū, & ad alia onera mere realia determinata & certa, vbi bona ipſa erāt ab antiquo cum ruralibus, & nō cum ciuitate æſtimata, nō aūt quo ad collectas & onera quæ imponuntur perſonis pro rebus Pariſ. d. conſ. 52. Tenetur. volu. 1. D. Bellonus conſ. 40. Præſupponitur. Antibolus tract de muner. §. quartus. num. 63. Rubeus Alex. conſi. 9. In cauſa. col. pen. cū n ſequ. Bologni. conſil 4.
22 Viſo. Taxæ enim † equorum dicuntur onera patrimonialia & realia impoſita rebus, ex quo loco hoſpitationis militum ſucceſſerunt. D. Bellonus conſ. 12 Circa diſtribu-
23 tionem. num. 3. & 8. Pariſ. dicto conſ. 52. Et militum † hoſpitatio dicitur onus reale non reſpectu totius patrimonij priuatorum: quia ex eo non debent milites de iure, nec in conſcientia habere alimenta: ſed ſolum reſpectu medieta-
24 tis † vel tertiæ partis domus quam debent habitare, & nil aliud habere debent: puta, nec oleum nec lectum nec aliqua alia alimenta, adeò ꝙ conſuetudo. ſi quæ eſſet in contrarium quod non valeret. D. Cotta lib. mem. verbo, militibus medietas per tex. in l. vnica. vbi Luc de Penna. C de ſalga. hoſp. non præſt. & l. 2. C. de metat. & epid. lib. 12 & nihil pro victu accipere poſſunt milites. l. 3. C. de eroga. mil. anno lib. 12 Mart. Garrattus Lau. dict tractat. de mili-
25 te circa princ Et potiùs † debent caſtra deſerere milites deficientibus ſtipend. js, quā ex alieno & rapto viuere: vt per D. Catel. Cottam. d. ver. militibus medietas. debent n. ut inquit euangelica veritas milites eſſe cōtenti ſtipendijs ſuis c. militare. 234 q. 1. & ſenſit Rubeus conſ. 9. In cauſa. nu. 6.
26 ver. ſecundò eſt. Et taxæ † ſalis dicuntur onera capitalia ſiue perſonalia. Bellonus d. conſ. 12 nu. 9. cum ſeq. Rubeus Alex. conſ. 21. Viſo. nu. 2. Ripa tract. de peſte. tit. de præſer. remed num. 177. verſ. Ex hoc colligitur. fol. 26. Et ex libris
27 † ruſticorum non probaretur contra ciuem bona eſſe in æſtimo rurali obnoxia, maximè cum ciues & nobiles rarò conueniant cum ruſticis maledictis, ut docet experiētia. D.

Catellia.Cotta libro memor.verbo, libri conſulũ: & maximè vbi nõ ſunt rogati per notariũ: vt per D.Cottam ibidẽ: vel nõ ſunt cõfecti per perſonas de publico deputatas.Sal.l. exemplo. circa princ.C.de prob.& in dictis libris debẽt interuenire ea q̃ requiruntur in ſcriptura publica, de quibus per glo.in l.generali.C.de tab.lib.10.per Abb.Fel.& Dec.in
28 c.2.de fid.inſtru.Et liber † æſtimi ruralis nõ probat niſi inter ipſos homines rurales,& nõ probat cõtra ciues,cum nõ ſint ſubditi ruri.Nic.de Mat.Bal.l.exẽplo.vbi etiã Sali.C.de probat.Soc.conſ.187.In controuerſia col.6.nu.20.verſ.ſed ad præmiſſa vol.51.Ioan.Andr.in addit.Spec.tit.de inſtru. edit.§.nunc dicendũ.in add magna ver.quintũ ſupplementum D.Ant.de Butr.c.1.verſ.Octauus caſus. de fide inſtru. D.Flor.in l.Celſus nu.4.ff.de prob.Alex.auth.ſi quis in aliquo col.3.in 6.ſal.C.de eden.Feli.c.ad audientiã colum.4. nu.12.cũ ſeq.ver.ſecunda cõcluſio.de præſcrip.maximè cũ bona poſſeſſa per ciues præſumantur libera quo ad onera ruralia:iuxta not.p glo.& Doct.in l.fi.C.ſine cen.vel reliq. Tertiò mouentur Doct.ipſi ex quo decretum Mediolani dicit, ꝙ omnis apprehenſio medio tempore facta ſit nulla:ergo habet locum etiã contra tertium l.nõ dubiũ.C.de legib.
29 propter virtutẽ & efficaciã illius dictionis, omnis. † Sicuti in obligatione bonorũ nõ veniunt vtenſilia domus,tamen in obligatione omniũ bonorũ veniũt vtenſilia, & alia quæ in ſpecie quis nõ obligaſſet veriſimiliter.Dec.c.ſedes col.5. de reſcriptis.& in l.omnis.ff.ſi certum petatur & conſ.389. Viſa colum.fi.Bart.l.ſi pluribus.ff.de leg.ſecundo Corneus conſ.128.col.pen.ver.nec obſt.vol.3.Dominus Crauet.l.1. nu.45.ff.de leg.1.Quartò ego moueor:quia decretũ ipſum dicit peti poſſe ipſam continuationẽ vſq; ad decennium à die ſcientiæ delatæ hæreditatis, quo caſu cenſetur eſſe locũ Decreto etiã contra tertiũ,qui bona medio tempore occupaſſet,ex quo ſi eſt locus ipſi Decreto vſq; ad decennium arguendo à cõmuniter contingentibus,eſt veriſimile ꝙ bona hæreditaria non vacabunt per decennium, ſed interim per tertiũ apprehendentur, & validum eſt argumentũ à cõmuniter contingentibus.Hipp.de Marſi.ſing.1.& in l.fin.C.de probatio.l.in fideicõmiſſ.in princ.vbi text.ff.de vſur.& cõ-

probatur:

probatur:quia decretũ inquit eum,qui poſſidet vltra annũ debere citari, & ſic vult locũ eſſe Decreto etiã contra tertiũ poſſeſſorem,citandum tamen.& ſuadetur, ex quo conſtitutio ipſa Mediolani vult poſſeſſionẽ continuari in hæredem annullando omnem apprehenſionẽ medio tempore factã, exceptuando ſolũ tenutã legitimè adeptam ex cauſa prouenienteex facto defuncti,de qua conſtet publico inſtrumento,quo caſu in alijs omnibus caſibus non exceptuatis vt ſupra videtur, ꝙ ſit locus decreto continuandæ poſſeſſionis, etiã cõtra tertiũ,qui bona medio tempore apprehendiſſet. per regul.l.cum prætor.ff.de iud.exceptio.n.facta in vno caſu firmat,& declarat regulam procedere in alijs caſibus l.1. vbi Dec.& Cagn.ff.de reg.iur.per tex.in l.nam ꝙ liquidè.§. fin.ff.de pen.leg.Barba.conſ.9.Vbi Chriſtus col.pen.&.fin. vol.3.Lancelot,Dec.l.fi.§.vxori.ff.de vſufruct.leg.Dec.c.cũ dilecta.in 5.notab.de confir.vtil.vel inutili.Et ſic concludo quòd decretum Mediolani quo cauetur ꝙ poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem,ꝙ locum habet etiã quòd medio tempore poſſeſſio per tertiũ fuiſſet apprehenſa, ex quo ita procedit vlterius declarando vt per Pariſ.d.conſil.41. Optimum ius vol.1.& ita iudicari vidi per Senatum & ſen-
31 tentia principis,† vel Senatus in vna cauſa facit ius quo ad omnes l.fi.C.de legib.vbi Doc.per illum text.ſecus autẽ vbi ſtatutum ſimpliciter diceret poſſeſſionem defuncti continuari in hæredem : quia cum vlterius non declaret,non haberet locum vbi poſſeſſio medio tempore per tertiũ fuiſſet apprehenſa, ex quo non cadit continuatio cum medium ſit impertinens : & ita intelligo.Dec.in l.fi.col.10.num.34. verſ.& iſta concluſio.C.de edict.diui Adria.tollen.Corne. conſ.166.id circa primum vol.1.Barb.c.2.col.8.de conſuet. d.Carol.Rui.conſ.27.Viſo col.fi.in fi.vol.5.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſuper quantitate rerum tunc defertur contra violentum, niſi aliter quantitas probari non poſſit.*

2 *Dictio Si, quando importet conditionem.*

3 *Conditionale ſi quod ponatur in diſpoſitione legis, vel ſtatuti, illud cenſetur requiri pro forma.*

4 Donatio, ſeu pactum factum ſub duabus conditionibus copulatiuè, locum non habet niſi priùs copulatiuè probetur euentus ipſarum duarum conditionum.

5 Conditio habetur pro cauſa efficaci obligationis, licèt aliàs inſtrumenta ſine cauſa ſpecifica, & idonea non valeant.

6 Iuramentum habetur pro cauſa.

7 Veritatem aliter haberi non poſſe aſſerens, debet probare.

8 Probationum materia eſt arbitraria.

9 Requiſita ad hoc vt diſpoſitio præſentis legis locum habeat.

10 Verbum Arripere, & inuadere, ſonat in malam partem.

11 Verbum rapere denotat malum.

12 Statutum, quòd rapiens mulierem honeſtam, vel virginem capite puniatur, non habet locum in eo, qui eas cognouit carnaliter, ſed de loco ad locum non aſportauit.

13 Mediolanenſe decretum de raptoribus honeſtarum mulierum loquens quomodo intelligatur.

14 Vis mulieri inferri dicitur, quòd ad hoc vt pœna ſtatuti puniatur, quãdo per auri munera mulierem ad conſentiendũ ſtupro inducit.

15 Teſtis accipiens pecuniam, vt dicat veritatem, tenetur pœna falſi.

16 Mulier aliàs corrupta, non præſumitur vim paſſa, nec inuicta cognita, niſi vis probetur.

17 Conſuetudo mala excuſat à pœna temporali non æternali.

18 Pœna ſtatuti vſu non recepti non poteſt allegari.

19 Statuta & leges punientia rapientes mulieres, intelliguntur de rapientibus cauſa libidinis: ſecus ſi ob aliam cauſam rapiant.

20 Mulier iuuenis in dubio pſumit rapta libidinis cã, ſecus ſi ſit ſenex.

21 Verbum occupare, denotat dolum malum occupantis, ſicut rapere, arripere, & inuadere.

22 Verbũ ſi quis præſumpſerit puniatur tali pœna, denotat dolũ malũ.

23 Verbum, periurare, denotat dolum malum.

24 Verbũ, falſificari, ſiue falſum facere, denotat ſolũ vbi fit dolo malo.

25 Statuta ſeu leges de occupãtibus, rapientibus, vel præſumentibus loquentia, intelliguntur ſi id dolo malo faciant, vel ſaltẽ lata culpa.

26 Verbũ, ſubtrahere, denotat dolum malum, vel ſaltem latã culpam.

27 Legatarius vel fideicommiſſarius propria authoritate rem ſibi relictam occupans, vel ſubtrahens abſque dolo malo, vel lata culpa non tenetur pœna l. non eſt dubium. C. de legat.

28 Verbum, liberè, excludit omnem alterius conſenſum & licentiam.

Teſtator

29 *Teſtator per quæ verba videatur dare licentiam legatario vel fideicommiſſario, rem propria authoritate accipere.*

30 *Probatio liquida, vbi à lege, vel ſtatuto requiritur non ſufficit iuramentum.*

31 *Iuramentũ nõ dicitur legitima probatio, niſi in caſibus quibus de iure cõmuni, vel ex forma ſtatutorum habetur pro plena probatione.*

32 *Probatio per iuramentum non admittitur contra principem, vel eos qui tenentur ex delicto alterius.*

33 *Verbũ probatio, accipit̃ ſecundũ ſubiectã materiã, & in dubio intelligit de plena, ſicut ſcriptura appellatione intelligitur, de publica.*

34 *Probatio vbi per modũ conditionis à lege vel ſtatuto requirit, tunc appellatione probationis nunquàm venit iuramentum: ſecus eſt in caſibus, in quibus veræ probationes haberi non poſſunt.*

35 *Vis in interdicto vnde vi, debet plenè probari.*

36 *Interdictum, vnde vi, eſt perſonale, & non datur contra ſingularem ſucceſſorem. Et dolus malus requiritur, licèt ad pœnam ſufficiat lata culpa.*

37 *Remedium. c. reintegranda. 3. quæſtio. 1. pinguius ſuccurrit, quàm interdictum, vnde vi.*

§. II.

NOTA primò ex iſto text. ibi. ſi non po-
1 tuerit. &c. ꝙ ita demùm † defertur iura-
mentũ ſuper quãtitate rerum cõtra vio-
lentũ, ſi aliter quãtitas probari nõ põt.
& hoc demonſtratur per dictionẽ ſi, de
2 qua in text. quæ importat † conditionẽ
quotieſcunq; ponitur in diſpoſitione le
gis, ſtatuti, vel hominis, & reſpicit futurũ tẽpus vt hic, Bart.
3 l. 1. col. 1. in fi. & 2. ff. de cõditio. & demon. Et vbi † in diſpoſi
tione legis, ſtatuti vel hominis ponitur aliquid ſub condi-
tione, illud cẽſetur requiri pro forma, & eſſe de forma: adeò
ꝙ forma non ſeruata, actus eſt nullus. Fely. ca. cum dilecta.
col. 6. ver. ſecundũ ſignũ. iuncta col. 8. ver. geſta contra for-
mam. de reſcrip. Pariſ. cõſ. 95. ſtatutũ Bononiæ. col. 3. nu. 20.
ver. prout ẽt. & nu. 21. vol. 1. Bal auth. matri. & auiæ. col. 1 1.
ibi quidam tñ. C. quand. mul. tut. off. fungi poſ. Et eſt regula
re in qualibet diſpoſitione conditionali, vt priùs ex ea agi
vel excipi nõ poſſit, niſi priùs euentus conditionis euenerit

& probetur: conditio enim nil ponit in eſſe l. cedere diem vbi D. Alciat. & alij per illũ tex. ff. de verb. ſigni. c. 1. vbi Doc. per illum text. de plus petit. Ancha. conſi. 297. Efficacibus col. 1. Cagnolus l. in omnibus nu. 29. & 30. ff. de regu. iuris.
4 Feli. c. ſi cõſtiterit. de accuſat. Et donatio † vel pactum factũ ſub duabus conditionibus copulatiuè locũ non habet, niſi priùs copulatiuè probetur euentus ipſarũ duarũ conditionum. Dec. cõſi. 177. Quod ſuprà col. 1 D. Bellonus conſ. 74. D. Barba. num. 2. Anch. conſ. 267. Iſte magiſter. per text. in l. ſi hæredi plures. ff. de conditio. & demon. l. 2. vbi Iaſ. col. 1. per illum text. ff. de cond. cau. dat. Ioan. de Imol. conſi. 60. Viſis col. 3. Roma. conſi. 131. Prima dubitatio. & conſ. 38. Noua. nam ad veritatem copulatiuè omnia copulata debẽt verificari. Bar. & Soc. l. ſi is qui ducẽta. §. vtrũ. ubi Soc. col. 3.
5 num. 3. ver. vlterius nota. ff. de rebus dub. Et conditio † habetur pro cauſa efficaci obligationis: quia videmus quòd licèt omnis promiſſio confeſſio, & inſtrumentũ, vel chyrographũ, vbi non habent cauſam obligationis, puta mutui, depoſiti, emptionis, donationis, donationis dotis, legati, in ſolutũ dationis talis debiti, vel pro ſaldo rationis, ſeu alia cauſa ſimili ſpecifica, & idonea, non valeant, etiam ſi in eis eſſet ſtipulatio, & eſt communis opinio vt per Fel. in ca. ſi cautio. col. 1. per illum text. de fide inſtru. l. cum de indebito. §. ſed hoc. ff. de proba. Alex. conſi. 4. vol. 1. Barb. conſ. 25. Scribitur volu. 1. tamen vbi eſt promiſſio vel obligatio ſub conditione vtili vel inutili ſtipulãti valet promiſſio & obligatio, ex quo conditio habetur pro cauſa. Feli. d. c. ſi cautio col. 3. in fi. num. 16. verſi. fallit vndecimo l. cùm ad præſens. vbi Bar. Dec. & alij per illum tex. ff. ſi cer. pet. & hoc procedit vt dicunt Dec. & Doctor. d. l. cùm ad præſens. ſiue ſit conditio propria: puta de futuro, ſiue impropria, puta de præterito, vel præſenti ſequitur Fel. nu. 16. Cag. d. l. in omnibus nu. 32. Dec. conſi. 614. In cauſa col. pen. num. 9. Bart. Pau. de Caſt. Alex Iaſ. & alij l. à Titio. ff. de verb. obli. per illũ
6 tex. Sic † & iuramentũ habetur pro cauſa Barb. d. conſi. 25. col. 8. Rom. conſi. 373. In caſu alios caſus quibus promiſſio ſine cauſa valet. videt per Feli d. c. ſi cautio. Et ſic concludo quod iſtud iuramentum defertur contra doloſum, vbi aliter

ter veritas haberi non pōt, & ſic propter difficultatem probationis, & odium delinquentis, Rip.l.admonendi col.15. nu.68.ver.opponitur primo.ff.de iurei.Et ſic nō pōt deferri iſtud iuram.de quo in hac l.ſi quādo. niſi priùs conſtito de violentia & difficultate probat.vt per Rip.d.nu.68.per Fel.c. quoniam contra falſam.col.11.de prob.& idem voluit Bar.
7 vt per Rip.d.nu.68.Et licèt † in dubio dicens veritatem aliter haberi non poſſe debeat iſtud probare, ꝙ veritas aliter haberi nō pōt:vt per Lanfr.Loria.d.c.qm̄ verbo,teſtium depoſitiones nu.44.ver.ſed modò ſtat difficultas.Bar.& Do.l. hoc iure.ff.de verb.oblig.per Doc.ca.ſuper his. de accuſat.
8 Tamen † cùm materia probationum ſit arbitraria,& conſiſtat in arbitrio iudicis,dico ꝙ iudex poterit ipſe arbitrari an iuramentum ſit deferendū vel ne,& ſic an veritas poſſit aliter probari vel ne, inſpecta qualitate perſonarum, negocij, temporis & loci:vt dicitur in hac l.ſi quando l.3.ibi.tu magis ſcire potes.ff.de teſt.l.1.ff.de iure delib.cum not.in l.Lucius.vbi Bart.& Doct.ff.de his qui notāt infam.Et iudex ex officio poteſt in hoc ſe informare à ſeipſo. Soc.conſil.146. Præſtantiſſime.per tot.vol.1.Et ſecundū † Iaſ.hic col.1.in 1. not.ad hoc, vt locū habeat iſta lex plura requirunt copulatiuè.Primò quod violentia plenè probetur. Secundò ꝙ taxatio fiat à iudice ſuper dānis & intereſſe.Tertiò,ꝙ iuretur ſecundum formā taxatā.Quartò,ꝙ ſequatur condemnatio ſecundum iuramentum,vt in textu hic,& in c,ſi.extr.quòd metus cauſ.& ibi D.Anton.de Butr.& alij poſt eum.
10 Nota ſecundò † ex iſto tex.in verbo, arreptis.& ſuper verbo inuaſis,ꝙ iſta verba arripere,& inuadere,ſonat in malā partem,& denotāt dolum malum inuadentis,vel arripientis:vt per glo.hic,quæ exponit arreptis.i.aſportatis,& per eum de-
11 tentis l.ſi quis in tantam. hoc eod.tit.Sic † & rapere denotat dolū malum l.1.ff.vi bonorū rapto.tot.titu.C.de raptu virginū.Et gl.iſta dum idem ponit verbū arreptis.i.aſportatis facit ad quæſtionem, quod ſi ſtatuto, vel lege caueatur,
12 † ꝙ arripiens, ſiue rapiens mulierem honeſtam, vel virginem capite puniatur,& bona cōfiſcentur, vt videtur eſſe de iure communi per tex.in l.raptores.C.de Epiſcopis, & clericis. & in l.1.C.de raptu virginum. & ibi Hipp.de Marſil &

cauetur ex Decreto Mediolani ſub rubr.de raptu mulierũ, quod licet aliquis acceperit virginẽ,& eam per vim in terrã proſtrauerit illã carnaliter cognoſcendo,quod non dicitur per hoc raptus,virginis,vel mulieris,niſi de loco ad locum transducãtur cognoſcendo illã carnaliter, & nõ erit locus pœnæ raptus, vbi non fuit tranſductio violẽta de loco ad locũ,ſed pœnæ ſtupri de iure cõi., quæ pœna ſit ſtupri, vide inſt. de pub.iud.§.item lex Iulia.de adulterijs.& §.ſin autem per vim.ita dixit Hippol.de Marſil ſing.65.Statuto cauetur Alb.de Roſ.in 3.par.ſtatu.q.31.Itẽ pone, quæſtionẽ quam narrat Gan.& idem voluit Paul.de Caſt. in d.l.raptores. Raph Comen.conſi.95.Chriſtoph.Alberic.Gand.tract. malefic ſub rubr.de multis quæſtionibus dependentibus à ſtatutis in 11.charta.col 3.verſ.item pone.q.de facto.Bald. conſ.36 6.Statuto Placentiæ. vol.3.D.Lud.Carrer.in pract. crimi § homicidium.in ea parte, quę incipit circa quartũ, nu.281.verſ.2.caſu principali contrahitur hoc crimen ra-
23 ptus.Ioan.dę Ana.rub.de rap.Hip.d l.1.Tamẽ † ex quo decretũ ipſum Mediolani vlterius procedit dicẽdo raptores mulierũ honeſtarũ,vel vim etiã ſi copula non ſequatur eis inferẽtis pœna capitis,& confiſcationis bonorũ puniri debere erit locus pœnæ dicti decreti etiam, ꝙ mulier nõ fuerit rapta,id eſt per vim de loco ad locum aſportata,ſed ſi illi vim aliquis intulerit etiã abſque tranſductione, & aſportatione de loco ad locum.pœna capitis confiſcationis bonorũ erit puniendus:vt conſtat ex ipſo decreto Mediolani ſub
24 rub.de raptu mulierũ. Et dicitur † tunc eo in caſu maſculus vim inferre mulieri, & illam inuitã cognoſcere,vbi per auri munera inducit mulierẽ ad conſentiendũ, quia aurũ facit nollentẽ velle, & excæcat oculos ſapientium,& mutat verba iuſtorũ.Hip.de Marſil.ſing.353.Datio pecuniæ.circa fi.Ang.in aut.de leonibus.§.fi.circa fi.Dec.conſ.170.Viſo themate.col.2.D.Io.Baptiſt.de ſancto Seuer.in repeti l.cunctos populos.col.25.nu.62.verſ.hinc infert.Ang.C.de ſum Tri.& fide catho.D.Lud.Carrer.d.§.homicidium. in d.par. quæ incipit circa quartum.nu.282.verſ.item contrahitur. in fi.ibi ꝙ ſtatutũ de cognoſcente aliquã inuitam, nam auro perſuadere eſt plusquã cogere.l.1.§.perſuadere.ff.de ſer.
coi.

15 cor. Et ideo † teſtis accipiens pecuniã, vt dicat veritatẽ tenetur pœna falſi Hippol. d. ſingu. 353. gloſ. Bart. & alij. l. 1. ff. de fal. vbi etiã Hippol. de Marſil. colum. 1. Nam & iſtud, quòd cognoſcens mulierẽ corruptam auro etiam volentẽ dicatur illam cognoſcere per vim, & teneatur pœnæ ſtatuti, vel decreti imponentis pœnam cognoſcenti mulierẽ
16 inuitam, ſeu per vim, limitatur † primo non procedere, vbi fuiſſet alias cognita per alium nõ maritum, vel per ipſummet: nam tunc non præſumitur vim paſſa, nec inuita illa mulier, & illã cognoſcens per auri dationẽ non tenetur pœna dicti ſtatuti, niſi probetur vis: vt per Lud. Carre. d. nu. 282. in fi. & nu. 283. ver. limita tamen. vbi allegat Pau. de Caſt. & text. in l. ſtuprum. in fin. ff. de ritu nupt. & ego allego text. in c. ſemel malus. de regul. iur. in ſexto. Itém & ſecundo limita, vbi eſſet conſuetudo corrumpendi mulieres per pecuniam, & contra corrumpentes non proceden-
17 di vigore dicti ſtatuti, vel decreti, nam † mala conſuetudo excuſat à pœna tẽporali etiã homicidij: puta, ſi ludendo ad lapides occidatur aliquis, ergo, & excuſabit à pœna dicti ſtatuti, licet non excuſet mala conſuetudo à pœna æternali. Fran. Cre. ſing. 149. Mos puerorũ. gl. Anch. & alij Doc. in c. cũ venerabilis. de conſuet. Lud. Rom. ſing. 19. An con-
18 ſuetudo. nam & pœna † ſtatuti vſo non recepti non poteſt allegari. Iaſ. l. rem nõ nouã. C. de iud. Et oẽs leges, ſtatuta, ac decreta Mediolan. & totius orbis punientia rapientes mulieres, vel eis vim inferentes ẽt ſi copula nõ ſequatur, vt in-
19 quit dec. Mediol. ſub rub. de rap. mul. intellige † procedere cõtra eos, qui cauſa libidinis rapiunt, vel vim inferunt mulieribus: ſecus ſi ex alia cauſa, quia tunc nõ punitur ipſa pœna rapientis mulierẽ, vel ei vim inferẽtis. D. Lud. Carre. d. §. homicidium. in parte de qua ſupra. nu. 289. verſ. Item contrahitur. Dec. conſ. 234. In effectu quæritur. col. fi. nu. 8. ver. Nec etiam obſtat Ang. d. l. 1. circa. fi. C. de rap. virg. Cæpol. conſi. 57. Super querela. col. 2. Ioan. de Ana. c. cũ cauſa. in fi.
20 de rap. facit. l. verum. ff. de furt. Et mulier † ſenex inepta ad venerẽ præſumitur in dubio ex alia cauſa, q̃ libidinis rapta: & iuuenis mulier præſumitur in dubio rapta cauſa libidinis: vt p Lud. Car. & Dec. in locis de quibus ſuprà, & facit

illud

illud poeticũ. A iuuene & Cupido credatur reddita virgo.
21 ¶ Et ſicut verbum † rapere, arripere, & inuadere denotat dolum malum & malam partem inuadentis: vt habetur hic in tex. & habetur in l. inuaſor. & in l. meminerint. hoc eod. titul. Ioan. Bertac. reperto. verbo inuaſor. Sic & verbum occupare denotat dolum malum occupantis. Et ideò ſupplicans contra tertium dicendo, quòd occupat talem poſſeſſionem, non dicitur facere mentionem de poſſeſſione Titij, cui princeps in dubio non cenſetur velle præiudicare in ſua poſſeſſione, & preces ſupplicantis dicuntur obreptitiæ, & ſurreptitiæ. Dec. conſ. 209. In caſu col. 2. verſi. 2. reſpondet l. fi. verbo, occupauerit. infrà hoc eod. titu. c. fi. cum glo. verbò occupaſſe. de reſtit. ſpol. in 6. c. generali. vbi glo. ver. occupare. de electioni. in 6. vbi inquit, quod occupare eſt in mala partem, & quod proprie bona mobilia dicuntur occupari, & immobilia inuadi. & per glo. d. c. generali. clem. 1. §. 1. vbi Card. Zab. Para. de ſequeſtra. poſſ. & fructum l. domum. C.
22 de rei vendicat. Sic & verbũ † ſi quis præſumpſerit puniatur tali pœna denotat dolum malum. Hip. de Marſil. ſing. 287. Tetigi. Card. Zab. cle. 1. q. 29. aliàs 38. de priuil Fel. c. quoniã contra falſum col. 5. nu. 11. ver. vlt. not. de proba. Sic & ver-
23 bum † periurare, denotat dolũ malum, & abſque dolo malo non fit periuriũ punibile pœna periurij. Hip. d. ſing. 287. Alex. l. fi. ff. qui ſatiſda. cog. Hip. l. de minore. ff. de quæſtioni-
24 bus. Sic † & verbum falſificare, ſiue falſum facere, denotat ſolum vbi fit dolo malo, quia abſque dolo malo non fit falſum punibile pœna falſi. tex. eſt in l. nec exemplũ. vbi etiam
25 Doct. C. de fal. Et propterea † notabis perpetuò, ꝙ lex, vel ſtatutum loquens contra inuadentes, arripientes, aut occupantes poſſeſſionẽ, vel bona alterius, vel contra præſumentes: aut falſificantes aliquid, ꝙ lex ipſa, vel ſtatutum, & eius pœna locum non habet, niſi contra inuadentes, vel occupantes, vel arripiẽtes, vel pręſumentes, aut falſificantes dolo malo. Hip. de Marſ. d. ſing. 287. Tetigit Fely. d. c. qm̃ contrà nu. 11. col. 5. ver. vlt. not. & in rubr. de præſump. & in c. 2. de except. Rip. c. decernimus col. 13 n. 42. ver. 2. infertur. de iu. Zab d. cle. 1. q. 39. de priu. Et nõ faciẽs in contemptũ non tenetur ad pœnã. Io. Cald. cõſ. 4. Sacerdos. in tit. de ſen. excom.

Hip.d.ſing.287.Feli.d.col.5.cum ſeq.Et ſaltem requiritur lata culpa ad hoc vt quis puniatur pœna pecuniaria legis, vel ſtatuti loquentis cõtra inuadentes,occupantes,vel arripientes,vel præſumentes,Alex.cõſ.64.Et ſi celeberrimè col. fi ver.vltra prædicta vol.3.Rubeus Alex.cõſ.13.Viſo col.4. in prin.ver.Et per iſta Sal.l.ſi quis in tantam q.11.hoc eod. tit.vbi vult non teneri aliquẽ pœna d.l.ſi quis in tantã.C. vnde vi,qua cauetur,q inuadẽs violenter poſſeſſionẽ alterius,q ſi erat dominus,quod cadit ab omni iure ſuo,ſi non dominus,quod tenetur poſſeſſori ad æſtimationẽ rei,ſi ille inuadẽs non erat in lata culpa, nec dolo malo,vt per Sali.
26 d.q.11.per Rubeũ d.conſ.13.p Alex.d.conſ.64.Sic & † verbum ſubtrahere,denotat dolũ malũ, vel ſaltẽ latam culpã. Et propterea l.nõ eſt dubiũ.C.de leg.quæ vult legatariũ & fideicõmiſſariũ debere petere & habere legatũ vel fideicõmiſſum de manu hæredis, & qd ſi legatarius vel fideicommiſſarius poſtquã hæres adiuit hæred tatẽ & poſſeſſionẽ fuit adeptus propria authoritate bona ſibi legata, vel per fideicommiſſum relicta ſubtrahat vel occupet, quod cadit ab omni iure legati & fideicõmiſſi: vt dicit text.in d.l.non eſt dubiũ.Ripa l.Centurio nu.52.ff.de vulg.& pupil.ſubſtitu.Dec.conſi.243.vt clarior num.4.Old.conſ.107.circa ius
27 col.fi.Rub.conſ.43.Ex teſtamen.Tñ † non erit locus dictæ pœnæ priuationis iuris contra legatariũ vel fideicommiſſarium,vbi ſubtraxit vel occupauit bona ſibi relicta propria authoritate abſque dolo malo & lata culpa,puta,quia nõdum ſepulto cadauere defuncti legatarius vel fideicõmiſſarius ignorauit,prout pſumitur,ignoraſſe,hæreditatẽ aditã per hæredẽ,& per eũ poſſeſſionẽ ademptã:tũc.n.legatarius & fideicõmiſſarius vbi poſſeſſionẽ apprehenderãt ſolũ tenentur reſtituere poſſeſſionẽ hæredi,& illa poſtea petere ab eius manu,& nõ cadũt à iure ſuo.Dec.d.cõſ.243.col.fi.Ol. d.conſ 107.col.fi.Vel quia in teſtamento eſſet data licentia legatario vel fideicommiſſ.accipiendi bona propria autho-
28 ritate.Vel dictũ,† q bona liberè ipſis relinquuntur:tunc.n. cum verbũ liberè excludat oẽm conſenſum & licentiã alterius, non requiritur licentia hæredis. Barb.conſi.11.Illud afferam col.2.nu.3.verſi.item tranſtulit. in fin.vol.2.gloſſ.

dem.

clem.dudum.verbo,liberè.de ſepul.c.omnis vtriuſq; ſexus. de pœn.& remiſ.c.de illis. de ſpon.c.ſi quę.de procu.in 6.c. licet Epiſcopus.& c.de mulcta de præben.in 6.vbi tractatur de verbo liberè, ꝙ excludit conſenſum, & licentiā alterius. vt per Barbar.d conſi.11.per Rub.d.conſ 43.nu.4.& quòd licentia teſtatoris conceſſa legatario, & fideicom.valeat, & excuſet ipſos vbi bona ſibi relicta propria authoritate occupant, eſt com.opi.vt per Rip.d.l.Centur.nu.52.& 53.D.
29 Ruber.d.conſ.43.nu.4.vbi etiam inquit, † ꝙ videtur dare dictā licentiā ipſe teſtator vbi prohibet vim fieri legatario vel fideicom.in rebus ſibi relictis.Bal.l.1.C.cōia de leg.Alexan.l.nemo poteſt.col.4.vbi alij Doctor.ff.de leg.1.Ang.de Gambilionibus de Aretio.tract.de teſtam.§ R.talem vineā. In fi.l.Titia cum teſta.§.Lucius.vbi text.glo.& Bar.ff.de legat.2.& licet ſecundum com opin.etiam ſtante licentia teſtatoris non liceat legatario propria authoritate accipere contra hæredē poſſeſſorem reſiſtentē, tamen ſi iſtud faciat legatarius non incidit in pœnam amiſſionis iuris ſui.Ripa d.l.Centurio.nu.53.Bal.conſ.435.Veritas.vol.1.Et ſimiliter videtur dare licentiam, vbi teſtator inquit, quòd hæres non impediat legatarium. Dec.d.conſil.243.col.2.Sal.d.l. nō dubium.Ang l.item ſi res.ff.de rei vend.Rom.authen. ſimiliter.in 20.ſpeciali.C.ad leg.Falcid.

¶Nota tertio ex gl.iunctis not.per Iaſ.hic in ſecundo not.
30 poſt Salic.hic,ꝙ iuramentum † non dicitur liquida probatio, & vbi à lege, vel ſtatuto requiritur liquida probatio non ſufficit iuramentū:vt per Salic.& Iaſ.hic per iſtum tex. cum glo.verbo patefacta, ideſt liquidò probata. Dec.rub. de probatio.col.14.verſ.2 limitatur. Adde,quod etiā iura-
31 mentum † non dicitur legitima probatio: vt per Iaſ.hic qui dicit,quòd iuramentum non venit appellatione legitimæ probationis: vt per gloſ.in l.cum de indebito ver.legitimis.ff.de probatio.& per gloſ.in.§.quadrupli.verbo, duplicantur. inſti.de actio.vbi Iaſ.nu.40.ver.in fi.glo.l.fi.§.licentia. vbi Iaſ.nu.2.in fi.C.de iure delib.Et ſecundū com. opin.iuramentum non dicitur propriè probatio, & per iuramentum quis non dicitur probare, ſed releuari ab onere probādi, & eſt cō.opi.ita inquit.D.Lud.Gomeſius Hiſpa.§.

item

item ſi quis poſtulanti.nu.4.in 1.notab.in fin.inſt.de actio. Hip.de Marſi.in rep.rub.C.de probat.col.26.Et iſta eſt magis com.opi.Fran.de Accoltis.Aret.c.2.in 2.notab.de probat. Et iſtā eſſe com.opin.dicit Dec.in rubr.ext.de probat. col.11.nu.11.ver.Nunc aliud dubiū Alex.l.licet Imperator. col 1.ff.de leg.1.per tex.in l.nō erit.§.dato.ibi,quaſi probatū.vbi Sal.Ro.& Mod.ff.de iureiur.& in c.1.§.ſi quis de Manſo.in fi.& in l.cum qui.ff.de iurei.Capit.deciſ.91.cauſa.in fi. ¶ Iſta tamen cōis opinio limitatur non procedere in caſibus, quibus de iure cōmuni, vel ex forma ſtatutorū iuramentū habetur pro plena probatione,tunc.n.in illis caſibus appellatione probationis veniet iuramentum.Vnde ſi ſtatutū velit credi iuramento damnū paſſi certè aliud ſtatutū loquēs de probatione damni dati,vel de damno ꝓbato haberet locū cōtra damnū dantē in probatione dāni,quæ fieret per iuramentum.Dec.d.rub.de prob.col.13.in fin ver.Ex his benè infertur.in fi.ibi.Et ideo ſimiliter.Aret.d.c.2.Nam hæc videtur interpretatio paſſiua, quæ in omnibus legibus & ſtatutis locū habet.l.1.§.lex Falcidia.ff.ad l Falcid.Dec.d.col.13.
32 ſecus aūt quantū † ſit contra principē, vel vniuerſitatē vel aliū qui tenetur pro delicto alterius:nā tunc iuramentū nō habetur pro probatione.Et ideò ſi princeps promiſerit mercatoribus ſoluere omnē quantitatē, quæ probabitur deprędata,tūc nō poterit quātitas iuramēto probari. Dec d.rub. da probat.col.14.verſ.prædicta concluſio vera eſt. in fi.Bāl. c.1.§ cōuenticulas.col.11.ver.ſed pone, ꝙ dominus.de pa-
33 ce iur.firman.Nā iſtud verbū † probatio,intelligitur,ſecundum ſubiectā materiā, adeò ꝙ ſi in materia, de qua agitur ſufficiat pro plena probatione iuramentū, tunc appellatione probationis venit iuramentū, alias ſecus.Dec.d.rub.ext. de probatio.col.3.verſi.Ex his. benè Bal.l.peremptorias.co. fi.ver.Et adde.C.ſenten.reſcind.non poſ.Bart.tract.ad repſimen.verb.ſummariè.col.fin.Bāl.l.admonendi.col.pen.verſ. quid autē. ſi teſtator.ff.de iureiur.& in l.id qđ pauperibus, colum.4.verſ.(1.quæro.C.de epiſc.& cleri.Vnde ſi teſtator mādat ſatisfieri oībus probātibus ſe creditores, tūc ſatis eſt probare per vnū teſtē cum iuramēto delato à iudice in caſibus, quibus alias debet iuramentū in ſupplimentū deferri.
Dec.d.

Dec.d.col.13.in fi.Bal.d.verſ.quid autē.In dubio autē probationis appellatione intelligitur de plena,& ſcripturæ appellatione intelligitur de publica.Afft.deciſ.272.deinde in alia col.2.nu.3.Notabis † tū ſemper q vbi per modū conditionis requiritur à lege,ſtatuto,vel ab hoīe probatio, puta, ſi probaueris,q tunc appellatione probationis nunq̄ venit iuramentū,nec pōt iurari,quia illa cōditio probationis cenſeť requiri pro forma ſubſtantiali graui.& neceſſaria,adeò, q etiā iuramentū in ſupplementū probationis nō pōt deferri,ſed probatio debet pfectè impleri,maximè cum p conditioē cenſeatur data forma.D.Catell.Cotta lib.Memor. verſ.ex q̄ loquitur conditionaliter.imò tunc nō ſufficiunt præſumptiones à iure approbatæ,q̄ alias habentuř pro idoneis,& legitimis pbationibus,quia vbi p modū cōditionis probatio nominatur,vera & cōcludēs probatio requiritur: & iuramentū,& pbatio præſumpta nullo modo admittuntur l.Lucius.vbi Dyn.& Bar.p illū tex.ff.de cōd.& demon. & Bar.in l.ait pretor.§.ſi iudex.in fi.ff.de re iud:Bal.l.ex ſententia.circa fi.verſ.quęro de qua.C.de ſent.q̄ ſine cert.quāt. & in c.quo ad conſultationem col.5.de re iudi.Rom.rub.de arb.col.7.Bal.l.in bonæ fidei.col.6.verſ.expedita eſt:ſecūda pars,vbi ēt Sali.col.pen.verſ.quęro.3.C.de rebus cred.Alex. d.l.licet Imperator.Iaſ.l.admonendi col.23.nu.112.in fin. verſ.vlt.quādo.ff.de iureiu.vbi alij Mod.Et hęc eſt com.opi. ita dicit Dec.d.rub.extr.de prob.col.14.verſ.3.ſi fit mētio. & col.16.verſ.retenta prędicta.& verſ.1.niſi in fi.ibi quāuis iſta ſit cōmunis nam conditiones debent impleri in forma ſpecifica, & non ſufficit æquipollens l.qui hæredi.in prin. & l.Mœuius.ff.de condi.& demon.Et quæ opinio cōis limitatur pcedere in caſibus, quibus probationes q̄ neceſſario concludant poſſunt fieri per teſtes,vel inſtrumēta,prout eſt regulariter, tunc.n.probatio prolata per modū cōditionis nō verificatur in iuramēto, nec in præſumptionibus iuris. Sed qn̄ ſumus in caſibus,quibus veræ, & cōcludentes probationes haberi non poſſunt: puta, ſi tibi conſtiterit,vel ſi probaueris Titium fuiſſe filium Sempronij,vel ſi probetur Bertam cōmiſiſſe adulterium, tunc ſufficient probationes præſumptiuæ, & tunc non procedit ipſa cōmunis opinio.

ita

ita inquit Decius dict.rubr.de proba.colum.17.verſic.ſi tamen per text.in cap.Michael.& in cap.ex tua de fil.præſby.vbi gloſſ.& doct.& in cap.laudabilem. de frigid.& malefic.& in l.prima.C.de ſatiſda.& in l.ſi tutor.C.de pericu. tutor. & ita etiam iſtam communem opinionem limitat Felin.dict.rubr.de proba columna ſecunda, nume.3.verſi. ſed aduerte, quia iſta. & verſic.ſed aduerte, quia pro.& ſequitur Domi.Cotta.dict.verſic.lex.vbi allegat Felin.
¶Nota quarto ex iſto textu in verbo patefacta, quòd in
35 interdicto † vnde vi non ſufficit ſummaria, vel ſemiplena probatio,ſed requiritur plena probatio ad probandum vim.vt eſt text.cum gloſſ.hic verb.patefacta, id eſt liquido probata,quamuis in iudicijs, ſeu interdictis poſſeſſorijs ſufficiat ſummaria, ſeu ſemiplena probatio: vt per Iaſon. hic colum.2.in tertio notab.tamen in interdicto poſſeſſorio, vnde vi, non ſufficit ſummaria probatio: vt per Salic. hic circa princip.quod intellige ad probandum vim, & declara ſecundum not.per Bartól.& doct.in l.1.C.quorum bonorum l.1.vbi doct.ff.quorum bonorum l.2.§.fin.C.vbi
36 in rem actio.Et ſcias † quòd interdictum, vnde vi, eſt perſonale, & competit ſolùm contra eum, qui vim intulit, & eius hæredes,non autem contra ſingularem ſucceſſorem l. cum à te.& l.2.ff.de vi & vi arma.& requiritur dolus malus ex parte eius, qui vim intulit l.1.§.vi poſſidere. & l.ſi vi.ff. de vi & vi arma. licèt ad pœnam l.ſi quis in tantam ſufficiat lata culpa: vt per gloſſ.& doct.in dict.l.ſi quis in tantam. ſupra eo.Ioan.Petr.Ferrare.in practi.Papien.in for.libe.in cauſ.ſpolia.poſſeſſ.in gloſſ.1.columna tertia,nume.6.verſi.
37 ſciendum eſt. Vnde pinguiori † remedio fuit ſuccurſum per cap.reintegranda 3.quæſt.1.quod diſponitur generaliter,& indiffinite, quòd qua itercunq;, & quomodocunq; quis iniuſte ſit priuatus poſſeſſione rei, & ad quaſcunq; perſonas peruenerit, ſiue ſit ſucceſſor vniuerſalis, ſiue particularis, ſiue bonæ fidei, ſiue malæ fidei, quòd ante omnia ſpoliato, ſiue illi, qui cecidit à poſſeſſione reſtituatur poſſeſſio,& ſibi fiat reintegratio poſſeſſionis ſuæ:vt per pract.Pap.d.verſ.ſciendum.in fi.per Iaſon Soci.Rip.& alios in l.rem, quæ nobis.ff.de acqu.poſſ.& latius infra dicam.

Reliqua

Reliqua notabilia declarabo inferiùs in limitationibus ſtatutorum, quòd credatur iuramento damnum paſſi.

SVMMARIVM.

1 *Violentiarum quinque ſpecies.*

2 *Violentia expulſiua cadit in rebus ſoli, & quænam pro ea competant remedia?*

3 *Remedium c. reintegranda. 3. q. 1. competit non ſolùm verò poſſeſſori, ſed etiam commodatario, depoſitario, & ſimilibus, vt colono, & conductori, & mandatario.*

4 *Remedium c. reintegranda. 3. q. 1. competit etiam pro rebus laicorum, & inter laicos.*

5 *Remediũ c. reintegrãda 3. q. 1. cõpetit anteriori poſſeſſori, etiã titulũ nõ habenti, cõtra tertiũ titulo poſſidentem. & cũ bona fide, etiam ſi reius ad eum perueniſſet ſine vitio, vel ſit ſingularis ſucceſſor.*

6 *Poſſeſſor antiquior etiam ſine titulo præfertur iuniori cum titulo in remedio c. reintegranda. 3. q. 1.*

7 *Remedium c. reintegranda. 3. q. 1. datur pro feudis & iuribus incorporalibus, & bonis ſtabilibus, & datur etiam malæ fidei poſſeſſori, vel etiam illi qui cecidit à poſſeſſione ex contractu conditionali, vel aliàs imperfecto, ſecus ſi eius culpa, vel negligentia ceciderit, fallit, tamen in Eccleſiis minoribus, & abſentibus.*

8 *Remedium c. reintegranda. 3. q. 1. poteſt in termino 30. annorum intentari, & interim non dicitur actor negligens.*

9 *Appellari licèt nequeat de iure ciuili à ſententia in poſſeſſorio lata, ſed tamẽ de nullitate dici, tamẽ à ſentẽtia lata ſup remedio c. reintegrãda. 3. q. 1. poterit appellari ẽt inter laicos, & in foro imperij.*

10 *Violentia oblatiua in rebus mobilibus locum habet, & pro ea cõpetit actio vi bonorum raptorũ, & remedium c. reintegranda. 3. q. 1.*

11 *Pro violentia compulſiua competit actio, quod metus cauſa aliquando directa aliquando vtilis.*

12 *Metus & dolus probatur coniecturis, vel indicijs propinquis: & hoc indicis arbitrio relinquitur.*

13 *Metus & dolus in dubio non præſumitur, niſi probetur.*

14 *Metus reuerentialis ad reſcindendum contractum non ſufficit, niſi præcedant verbera, vel minæ, & probentur.*

15 *Donatio in iuriſdictione donatarij ob hoc non præſumitur facta metu, niſi aliud probetur.*

Metus

16 *Metus & dolus non reſcindunt contractum, niſi ſit talis, qui caderet in conſtantem virum, & mulierem: perſonarum tamen conditio in hoc erit inſpicienda.*

17 *Metu probato, ſtatur iuramento damnum paſſi, de quantitate & æſtimatione bonorum amiſſorum.*

18 *Metu geſta, et iuramẽto corroborata; nõ valẽt, vel ſaltẽ reſcindunt.*

19 *Metu reuerentiali geſta non obligant in foro conſcientiæ.*

20 *Violentia turbatiua quando dicatur commiſſa, & quæ remedia pro ea competant: & quis in ea præferatur.*

21 *Prædo, & intruſus, nõ põt amoueri ſine citatione et cauſæ cognitione.*

22 *Hæres non põt propria authoritate ingredi poſſeſſionẽ rerũ hæreditariarũ a tertio occupatam ſine citatione occupatoris, etiam ſtante ſtatuto, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem ipſo iure.*

23 *Poſſeſſor & detentator, ſemper eſt citandus, vbi agitur de conuincenda poſſeſſione.*

24 *Argumentum, à contrario ſenſu in omnibus validiſſimum, fallit, quando reſultaret correctio iuris communis.*

25 *Mediolanenſe decretum de continuanda poſſeſſione defuncti, in §. inſuper, quomodo procedat, & intelligatur.*

26 *Spoliatus poteſt incontinenti non citato poſſeſſore recuperare ſuam poſſeſſionem propria authoritate: & quando dicatur incontinenti.*

27 *Hæredes ſe eſſe pluribus prætendentibus, & ideò ad bonorum poſſeſſionem adipiſcendam properantibus, quid agere debeat iudex, ne partes ad arma veniant.*

28 *Sequeſtratio poſſeſſionis quando à iudice fieri debeat pluribus poſſidere prætendentibus: & an tunc poſſit ſummariè inquirere de partium poſſeſſione & ſententiam de plano ferre?*

29 *Spoliatus non debet reſtitui, vbi notoriè conſtat de non iure ſuo, quod in ſpiritualibus procedit & non in prophanis.*

30 *In iudicio vti poſſidetis, quis debeat obtinere, vbi partes non probãt æqualiter de poſſeſſione de pſenti: & quid itẽ, ſi æqualiter præbet.*

31 *Poſſeſſio antiquior præſumitur iuſtior, & præfertur iuniori poſſeſſioni quæ præſumitur violenta, & clandeſtina.*

32 *Poſſeſſio antiquior vbi non eſt, ille obtinet, qui poſſeſſionem ſuam colorat aliquo titulo.*

33 *Poſſeſſor qui timet ab aliquo in ſua poſſeſſione moleſtari, quo remedio ſibi cauere poſſit ne moleſtetur: & hoc ibi ad praxim reducitur. & traditur notabilis cautela.*

34 *Præceptum executiuum cum clauſula iuſtificatiua valet, ſed comparente citato reſoluitur in vim ſimplicis citationis.*

35 *Poſſeſſorium eſt duplex, ſummarium, & plenarium.*

36 *Poſſeſſorium ſummarium quodnam dicatur.*

37 *Timẽs in perſona vel in bonis moleſtari, vel offendi pōt officiū iudicis implorare, vt inhibeat per præcepta pœnalia, ne vis fiat, & ad ſatiſdandū de nō offendendo ipſum timentē, ſi iuret de ipſo timore.*

38 *Timens offendi obtinere debet licentiam deferendi arma, & conducendi ſecum homines armatos pro ſua defenſione.*

39 *Vicini, amici ac extranei poſſunt expellere & percutere cum moderamine inculpatæ tutelæ volentem me expellere de poſſeſſione mea, vel me offendere.*

40 *In iudicio poſſeſſorij ſummarij vbi inter plures agitur coram eodem iudice de adipiſcenda poſſeſſione, quid iudex agere debeat.*

41 *Fœmina eſt incapax feudorum, niſi vocetur ex inueſtitura, & quid ſit ex decreto Mediolanenſi.*

42 *Statutum quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, non intelligitur procedere, vbi aliud ſtatutum prohibet dictam continuationem fieri.*

43 *Iudicij ordo, aut litis conteſtatio non requiritur in poſſeßorio ſummario, neque plena probatio, ſed ſufficit ſemiplena.*

44 *Poſſeßorium plenum quodnam ſit. & ad quem finem ordinetur: & quare ita dicatur.*

45 *Probationes plenæ requiruntur in iudicio poßeſſorij plenarij, & in eo ordo iudicialis ſeruatur.*

46 *Remediū cano. redintegrandæ 3. q. 1. datur contra titulo poſſidentem.*

47 *Iudex cui conſtat alteram partem poſſidere, non debet poſſeſſionem, nec fructus ſequeſtrare, etiam ſi eſſet timor armorum, ſed non poſſidenti inhibere ſub pœna ne poſſidentem turbet.*

48 *Violentia inquietatiua quæ ſit, & quod interdum pro ea competat.*

49 *Nunciatio noui operis, quando ei, cui authore prætore fit noceat, vt in opere perſiſtere impunè nequeat.*

50 *Nuntiatio noui operis per ſatiſdationem præſtitam tollitur. Et quid ſi actor replicet, hodie conſtat, hodie agatur.*

51 *Nouum opus poſt denuntiationem factum quando debeat deſtrui.*

52 *Nuntiatio noui operis facta domino extra locum operis nullo tempore valet, nec in aliquo dominum aſtringit: ſed ſi fiat operarijs in loco abſente domino valet.*

53 *Nuntiatio noui operis quando ſperni poſſit.*
54 *Nuntiatio noui operis non poteſt fieri reficiemti vetus ædificium.*
55 *Nuntians nouum opus iniuſtè, vel per calumniam, an teneatur ad damna nuntiati.*
56 *Iniuriarum actio competit contra iniuſtè nuntiantem nouum opus, non vi a iuris, ſed facti, & calumuniosè.*
57 *Actio de dolo non poteſt concurrere cum actione iniuriarum in exercitio, ſecus in origine.*

§. III.

1 PRAEMITTO quòd in iure ciuili † & canonico requiruntur quinque ſpecies violētiarum. Quædam † eſt violentia expulſi-
2 ua, & iſta propriè cadit in rebus ſoli, & pro tali violentia proditum eſt interdictum, vnde vi, cōpetit etiā remediū ex l. Si quis in tantā. C. unde ui, & l. ſi coloni. C. de agri. & cen. lib. 1. vbi Bar. Ang. Luc. de Pen. & Ioan. de Platea, & alij Item competit remediū vt dicit hic Iaſ. col. 1.
3 ex c. reintegranda. 3. q. 1. Adde † quòd remedium ca. reintegranda 3. q. 1 quo diſponitur quòd illi, qui cecidit à poſſeſſione fiat integratio poſſeſsionis, quod competit non ſolùm vero poſſeſſiori: verum etiam commodatario, depoſitario, & ſimilibus Soc. l. rem quæ nobis col. 4. nume. 6. ver. 3. dubitatur & ibi Rip. nu. 21. dicit quòd hæc eſt cōmu. opi. ff. de acquiren. poſſeſ. Item competit etiam colono, ſiue conductori, & mandatario Soc. conſ. 17. Capio primam colum. pen. nume. 15. vol. 3. Spec. titu. de poſ. & petit. §. 1. verſic. ſed nunquid depoſitarius vbi etiam Ioan. Andr. in addit.
4 ¶Item competit † remedium cap. reintegranda non ſolùm pro rebus Eccleſiæ. ſed etiam laicorum, & inter laicos, & eſt commu. opin. Ripa d. l. rem quæ nobis nu. 15. & nu. 26. vbi etiam Bart. Ang Rom. Alexā. & Imol. & hæc eſt communis opin. quòd remedium ipſum procedat nedum in foro Eccleſiæ, verum etiam in foro ſeculari, & inter laicos: vt per Iaſ. d. l. rem quæ nobis col. 5. nu. 20. cum ſeq. verſ. item circa. Alexan. conſil. 6. circa proceſſum colum. 2. volu. 3.
5 ¶Remedium poſſeſſorium † ex ipſo cap. reintegranda, competit anteriori poſſeſſori ſiue habeat titulum, ſiue non.

etiam cōtra tertium poſſidentem cum titulo & bona fide, etiam ſi ad eum res peruenïſſet ſine vitio, & eſt magis com. opin. Nic. Boer deciſ. 239. Et in præd. col. 7. ver. Et ſic remedium poſſeſſoriū datur in 2. parte. quia ex quo actor aſſerit ſe poſſediſſe primo loco, & reus cōuentus reperitur in poſſeſſione iuniori, certè actor qui fuit poſſeſſor, dicitur ipſo aliquo ſpolio non probato ſpoliatus, & debet actor poſſeſſor antiquior ante omnia reſtitui in poſſeſſione anteriori, etiā nulla probata violentia nec titulo: nec pōt reus contra actorem excipere de dominio, ſed ſolùm debet conſiderari an actor ceciderit à poſſeſſione, & tunc ante omnia eſt reſtituendus & reintegrandus actor, & iſta eſt magis com. opin. ita dicit Iaſ. d. l. rem quæ nobis col 4. in fi. nu. 19. verſ. In principali. Dec. conſ. 57. Et pro tenui. col fin Et dictum remedium, can. reintegranda: competit etiam cōtra ſucceſſorem ſingularem cum titulo & bona fide, & iſta eſt communis opin. Canoniſtarum & Legiſt. vt per Ri d. l. rem quæ nobis col. 6. num 27. verſi. ideo. & hæc eſt magis communis opi. Alex. conſi. 91. In cauſa col. fi. vol. 5. Dec. conſ. 57. Et pro tenui colum. fin. Et ita ego teneo, & pro iſta opinione pluries iudicaui in varijs cauſis mihi Io. Baptiſtæ Plot. doctori Collegij dominorum iudicum ciuitatis Nouariæ cōmiſſis, licèt multi doctores dicant magis cōmunem opi. eſſe quòd remedium c. reintegranda. nō detur contra poſſidentē cum titulo & bona fide, vt per D. Anto. Rub. conſi. 167. Præſens col. 4. num. 9. & conſ. 4. Series col. 2. num. 6. verſ. quarto ſuadetur. per D. Alb. Brun. conſi. 19. Omnipotentis colum. 4. & conſi. 21. Caro. Ruin. conſi. 49. num. 11. volu. 4 & iſtam magis communem opinionem eſſe dicit Pariſius conſ. 1. Viſa nume. 166. verſ. quo ſtante volu. 1. Socin. conſ. 266. In cauſa col. 5. nu. 15. verſ. ſecundo eadem vol. 2. & conſ. 39. In quæſt. colum. 2. verſi. circa ſecundam vol. 3. qui omnes ſequuntur Bart. Angel. & Imo. d. l. rem quæ nobis, qui voluerunt dictum remedium non competere contra poſſidentem cum titulo & bona fide. Ego autē teneo primam opi. tanquā magis veram & magis communem quòd remedium d. c. reintegranda. detur, etiam contra tertium titulo & bona fide poſſidentē, & ita etiam iudicauit ſacrum Concilium Neapolitanum.

tanum. vt per Afflic.Deciſ.361.Monaſteriũ col.13.nu.33. verſi.Nec obſt.prima ratio.vbi etiam dicit quòd hæc eſt ma gis cõmunis opin.& Alexan.l.rem colum.4.dicit quod ita vidit iudicari.& eſt communis.Abb.c.cum ad ſedem col.7. de reſtit.ſpolia.& c.ſi diligenti col.5.de præſcript.Ripa c.ſæpe col.5.nũ.20.verſ.venio ad primum. de reſtitu.ſpolia.& facit ratio.quia d c.reintegranda. loquitur generaliter: ergo generaliter debet intelligi l.non diſtinguemus.ff.de arbitr l.1 §.generaliter.ff.de leg.præſt.Et cum dictũ c.reintegranda factum fuerit ad corrigendum peccata,ergo fauore animæ debet extendi. Ripa d.l.rem quæ nobis nu.25.in fi. verſi.Et ſubdit & not.etiam Alexan.d.l.rem quæ nobis. eſt enim fauendum & extendendum in his, quæ faciunt pro anima,cum iſta ſint fauorabiliora.D.Cat.Cotta in Memor. verbo,anima.Felin.c.in præſentia col.22.quęſt.4.de proba. Socin.conſi.39.licet col.pen volu.2.anima enim cunctis rebus eſt præferenda l.ſancimus.C.de ſacroſanct.Eccle.

6 ¶Et ille† qui probat in c.reintegranda poſſeſſionem antiquiorẽ præfertur habenti poſſeſſionẽ iuniorẽ, etiã cum titulo, etiam,ꝙ antiquior poſſeſſor nõ probet titulũ nec ſpoliationem.Alexan.conſ.90.Viſo vol.5.Alex.d.conſ.91.Dec. conſi.302.Et pro tenui nu.22.& conſi.57.Et pro tenui col. fi.& eſt magis cõis: vt per Afflict.& Doct.de quibus ſuprà.

7 Affli.deciſ.363.Vtrum nu.4.Et datur† remediũ d.c,reintegranda.etiã pro feudis & iuribus incorporalibus, & bonis etiã ſtabilibus. Iaſ.conſ.178.vol.4.Bar.l.3.§.vnde vi interdictum.ff.de vi & vi arma.Anto.de Butri.c.cum Eccleſia Sutrina nu.38.vbi etiam Abb.de cauſ.poſſeſ.& proprie.Soci. d.l.rem in 5.q.Ripa d.c.cum Eccleſia col.22.nu.101.verſi. ex iſtis & datur etiã pro rebus mobilibus & immobilibus, & eſt communis opin.Rip.d.c.ſæpe col.6.nu.21.ver.an autem competat. Soc.d.l.rem.in 5.q.Iaſ.d.l.rem col.4.nu.19. ¶Competit autem dictum remedium c.reintegranda etiam malæ fidei poſſeſſori. Rip.d.c.ſæpe col.6.nume.23.ver.venio ad tertium. de reſtitu.ſpol.vbi etiam D.Anto.de Butr. per Rom.& Areti.d.l.rem quæ nobis. Alex.d conſi.6.col.4. vol.3.quamuis Alex.conſi.94.volu.5.Imo.d.c.ſæpe.& Soc. d.l.rem. In 4.dubit.2.q.princ.velint malæ fidei poſſeſſori

non dari remedium d.c.reintegranda. & malè velint: quia dari debet per cap.fi.3.quæſt.1.vt per Ripam d.cap.ſæpè.
¶Item dictum remedium ca.reintegranda.competit etiã illĩ qui cecidit à poſſeſsione ſua ex proprio contractu imperfecto tamen ſeu ex contractu conditionali cuius conditio non euenit.Soc.d.l.rem,quæ nobis colum.5.nu.8.ver.quinto dubitatur. Alex.conſ.90.Viſo proceſſu volu.5.Cur.Iun. conſ.131.in fi.in 2.par.vbi autẽ quis cecidit ex contractu perfecto,nõ poteſt agere ex ipſo remedio.Soc.d.l.rem nu.8. Alex.conſi.92.Perſpectis col.2.verſ.nec etiam poteſt vol.1.
¶Illi autẽ qui cecidit à poſſeſsione ex culpa vel negligentia ſua,vel iuſta cauſa non datur remediũ d.ca.reintegranda.& eſt cõis opi.Soc.d.l.rem nu.8.ver.quinto dubitatur.Alexã. d.conſi.92.& eſt cõis teſte Rip.d ca.ſæpè col.7.nu.27.verſi. quinto dubitatur.Alex.d.conſ.6.Abb.& alij ca.accedens.1. vt lit.non conteſta.Eccleſijs tamẽ minoribus & abſentibus qui eorum negligentia ceciderunt à poſſeſſione competit pro recuperanda poſſeſsione amiſſa eorum negligẽtia officiũ iudicis.Soc.d.l.rem nu.9.col.5.ver.prædicta tamẽ Alex. d.cõſ.92.col.3.ver.nec obſt.Hoſt & alij c.accedẽs vt lit.non conteſt.Durat † tamẽ actio agẽdi ex d.c.reintegranda p 30. annos,& interim non dicitur actor negligens,& eſt cõmunis opi.Hieron.Grat.conſ.70.Ex multitudine col.2.nu.18. vol.2.Soc d.l.rem nu.18.in 8.q.princ.Alex d.conſ.6.Dec. conſ.302.Et pro tenui.nu.24.in fi.ver.Et vlterius videtur.
¶Scias autem, † q licèt de iure ciuili regulariter à ſentẽtia lata in poſſeſſorio iudicio non poſsit appellari,ſed ſolum dici de nullitate l.1.vbi Bal.& Doct.per illum tex.C.ſi de momen.poſſ.fuer.app.tamẽ à ſentẽtia lata ſuper remedio dicti ca.reintegranda cum ſit remediũ iuris canonici ſecundũ q licitum eſt appellare à ſententia lata in poſſeſſorio, poterit appellari etiã inter laicos & in foro imperij & ſeculi à ſententia lata ſuper remedio d.c.reintegranda.Bal.conſil.321. Ad euidentiã vol.3.pract.Pap.in for.lib.in cauſ.ſpol.poſ.verbo, per veſtrã diffinitiuam nu.3.ver.inde quæritur.& ibi ſequuntur Cur.Iun.& Mod.in appoſt.Bal.c.quærelã de elect. Rip.d.l.rem, quæ nobis col.7.nu.30.ver.in alio etiam.ff.de acquiren.poſſeſ.& in l.interdicto col.fi.in fi.ff.quor.bon.
¶Quædam

10 ¶ Quædam eſt violentia † ablatiua; & iſta habet locum in rebus mobilibus,& pro iſte cõpetit actio vi bonorũ raptorũ de qua in tit.ff.vi bon.rapt.& de iſta loquitur etiam l.iſta ver.ſuper rebus abreptis vel inuaſis,vt per Iaſ.hic col.1.nu.3. Et pro iſta etiã cõpetit remedium d.c.reintegrãda. ſecundũ cõmunẽ opin.vt ſup.dixi.Rip.d.c.ſæpè nu.22.de reſti.ſpolia.

11 ¶ Quædam eſt violentia † compulſiua, quando compellitur aliquis aliquid dare vel tradere, & tunc cõmpetit actio, quod metus cauſa,aliquãdo directa,aliquando vtilis,vt per Iaſonem hic col.1.nu.4.Et iſto caſu etiam habet locum lex iſta,quòd probato dolo inferentis metũ & violentiam compulſiuam vt aliquid ſibi darem vel traderem ſtetur iuramento meo de quantitate, & æſtimatione rerum traditarũ vel datarum: vt per Iaſ.in hac l.ſi quando col.8.nu.44.verſ. quæro ſucceſſiuè.ibi,item habet locum in violentia cõpulſiua. & probatur ext.c.fi.iuncta rub.ext.quod met.cauſ.ſecundum Io.de Imo.Hoſt.& alios Canon.ibi.maximè Bal.

12 Metus aũt & dolus † probantur coniecturis.Grat.conſ.43. In præſenti colum.2.nu.8.volu.2.Nico.Boerius. deciſ.100. Chriſti.& deciſ.101.Chriſti.in 1.part.Anch.conſ.382.Retento col.fi.nu.12.Et probatio metus iudicis arbitrio relinquitur ex indicijs & circunſtãtijs.D.Fran.Cur.ſen.& doct.l.interpoſitas.C.de tranſact.Caro.Ruin.conſ.121.nu.12.vol.4. l.dolum.C.de dolo.Dec.l.in oĩbus cauſis pro facto.nu.7.ff. de regu.iur.Et iſtud intellige de indicijs appropinquantibus ſiue propinquis & immediatis: quia ex illis probatur metus & dolus. alioquin ſi eſſent indicia extrinſeca ſiue à remotis & non propinqua ex illis non probatur metus nec dolus,ſed tunc debet plenè probari d.l.interpoſitas.vbi gl.uerb.qualitas.& ibi not.Iaſ.in princ.Pau.de Caſtr.col.2. nume.4.& ibi not.alij docto.

13 ¶ In dubio aũt metus † & dolus non prǽſumuntur niſi probentur tex.d.l.interpoſitas ubi Bal.Aret.& alij Doc.Et me-
14 tus † reuerentialis ad reſcindendum contractum non ſufficit: pro eo; quia dicatur initus contractus inter uirum & uxorem,patrem,& filiam,prælatum & clericum,uel Dominum & ſeruũ,ſeu alios quibus debetur reuerentia, niſi præcedant uerbera uel minæ,& ita probentur & eſt communis

opinio, ita dicit Fran.de Coltis.Areti.d.l.interpoſitas ver. ſed dubium.Nicol.Boer.d.deciſ.100.col.4.nu.11.& 12.verſ. his habitis.cũ ſeq.Et ſola præſentia patris non cauſat iuſtum metum ad reſcindendum contractum, vel matrimoniũ carnale, vel ſpirituale filiæ.& eſt com.opi.D.Hier.Cagnol.l.in oibus cauſis pro facto nu.8.verſ.circa ſecundum.ff.de reg. iur.Et ſolus metus reuerentialis non eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum vxoris, filiæ, ſubditi, & ſimilium, & eſt cõis. Boer.d.deciſ.100.nu.11.& 12.Bar.l.1.§.quæ honoran-dæ, vbi etiã Ludo.Bolog.Alexã.& alij. in Apoſtil.ad Bar.ff. quar.rer.act.Ripa lib.3.reſpõ.ſub rubr.de donat & grat.per fi.& reuoc.in reſpon.15.licèt col.3.num.8.verſ 4.iuncu- loſus. Innoc.Bal.Card.Zab.Abb.Sic.Pet.de Anch Feli.& doct.
15 ca.cauſam matrimonij.de offic.deleg Et ſub prætextu, † ꝙ donatio facta ſit in caſtro, & iuriſdictione donatarij non præſumitur facta metu vbi aliud non probetur, & ita dixi in quadã cauſa aureorum octo mille mihi cõmiſſa ab Illuſtriſſ.Ferdinando Gonzaga Locumtenẽte Generali Caroli Quinti Imperatoris Aug.in Italia, ꝑ not.ꝑ Alex.conſ.157. Viſo inſtrumento col.1.num.7.& 8 & col.4.ver.non obſt.
16 etiã eidẽ donationi vol.2.Metus autem † & dolus non reſcindunt contractum, niſi ſit talis, qui caderet in conſtantem virum, & conſtantẽ mulierẽ l.1.vbi And.de Pomate, & alij in Apoſt.ad Bar.ff.de dolo.Dec d.l.in oibus nu.2.& 3. vbi etiam Cagn.nu.5.& 6.Dec.c.fi.col 1.vbi Abb.& alij de appella.Dec.conſ.219.Viſo.& iſtud intellige ſecundum cõditionem perſonarum, ſecundum quam conſideratur metus an ſit ſufficiens ad reſcindendum contractum, vel ne. Dec.& Cagnol.d.l.in omnibus.Dec d.c.fin colum.1.
17 ¶ Metus aũt vbi † eſt probatus ex quo Titius amiſit bona ſua ſtari debet iuramẽto Titij de quantitate, & æſtimatione bonorũ cõtra illum, qui intulit metũ.Ang.de gẽte Carleta de Clauaſio in ſua Sum.Angel.verbo metus.ibi; vtrum probanti metum.Abb.Panormi.d.c.fi.vbi alij, doc.ext.ꝙ metus cauſ.Nicol.Boer.deciſ.55.quia ſuprà col.1.verſ.& ideò ſi per vim ibi, aut compulſiuam.in 1.par.& ſuperius de hoc dixi.
18 ¶ Geſta metu † etiam iuramento corroborata non valent & ſi vlent debent, reſcindi.D.Mariã.Soc.Iunior præceptor

meus

meus in Gymnaſio Patauino, conſi.77.licèt nu.129.vol.1. Nicolaus Boer.d.deciſ.100.Chriſti,num.14.in 1.par.Felin. c.2.col.pen.verſ.& declara primò, de ſponſal.Ioan.de Imo. Abb.& Doct.in c.cùm contingat. per illum text.de iureiuran.Phil.Fran.c.quamuis colum.5.verſ.dicit etiam.de pact. in 6 per illum text.authen.ſacramenta puberum, vbi doctor.per illum textum.C.ſi aduerſus venditionem.

19 ¶ Metu † reuerentiali geſta valent, & obligant de iure, ſed in foro conſcientiæ non obligant contrahentem metu reuerentiali patris,& ſimilium, vbi non fuit ſpontaneus conſenſus,& etiam ſi minæ,vel verbera nō probentur. Summa Angelica, verbo metus verſic.quid ſi metus ſit ſolum.

20 ¶ Alia eſt violentia † turbatiua, & iſta dicitur committi, quando duo pluresve prætendunt ſe poſſeſſores eiuſdem rei & vnus turbat alium. Et vbi iſta violentia cadit in rebus immobilibus proditum eſt interdictum vti poſſidetis.tot. titu.ff.vti poſſidetis. Si aūt in rebus mobilibus competit interdictum vtrobique. Et hæc eſt differentia inter iſtos titulos, vt per Iaſ.hic,& in iſta violentia turbatiua habet locum lex iſta, vt per Salice.hic in 5.q.& Iaſ.hic, Innoc.& doct.in c.fi.quod metus cauſa. Et in hac violentia turbatiua, adde ꝙ vbi eſt contentio inter duos de poſſeſſione. Aut conſtat, ꝙ poſſeſſio vacat, & plures prætendunt velle adipiſci poſſeſſionem,& tunc iudex non ſe intromittit, vbi plures properant ad poſſeſſionem occupandam, & ille, qui præuenit in accipiendo poſſeſſionē in ea defendetur, donec cognoſcatur de iuribus aliorum cōpetitorū ſuper poſſeſſorio, vel petitorio,prout ipſi voluerint.Dec.l.fi.col.2.num 4.ver.poteſt tamen.& nu.5.verſ.ſi aūt nullus poſſideat,& plures tendunt,C.de edict.diui Adria.tol.Innoc.c.in præſentia col.2. de probat.Bald.d.l.fi.col.2.verſ.Eſt,& quartus caſus. & ille qui prius præuenit ingrediendo poſſeſſionē non pōt abſq; citatione priuari poſſeſſione,etiam ſi ille,qui præuenit eſſet prædo,& iniuſtus poſſeſſor.Dec.d.l.fi.col 2.nu.4.in fi.verſ. Et hoc procedit,vt dictū eſt c.licet.Epiſcopus de præbē.in 6. l.ſi deſerta vbi Bald.C.ſi prop.pub.penſit.l.fi C.ſi per vim vel alio modo. Inno.c.intra quatuor.de maio.& obe.Cald. conſi.4.de dilat.And.Sicul.rub.C.qui admitti.Mod.ca fin. col.7.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

col.7.de præſump.vbi Fely.col.7.nu.24.uerſ.fallit ſecundo
21 dicit,ꝙ † etiã prædo etiã intruſus,& iniuſtus detentator beneficij nõ põt amoueri ſine cauſæ cognitione & citatione.
22 ¶Et etiã uerus † hæres ubi poſſeſsio rerum hæreditariarum uacat, poteſt propria authoritate illam apprehendere: ubi uerò non uacat, ſed fuit apprehenſa per tertium non poteſt ſine citatione poſſeſſoris ingredi illam poſſeſſionem.Dec. d.l.fi.col.2.nu.4.uer.poteſt tamẽ in fi.Imo ꝙ plus eſt dico, ꝙ etiã ſtante ſtatuto,ꝙ poſſeſsio defuncti cõtinuetur in hæredẽ ipſo iure,ꝙ ubi talis poſſeſsio medio tẽpore,ideſt, poſt mortẽ poſſeſſoris fuit apprehenſa per tertiũ etiam ſine aliquo iure antequam hæres realiter adipiſcatur, & ingrediatur illã poſſeſsionem,ꝙ licet hæres fictè poſsideat uigore dicti ſtatuti:tamen non poterit propria authoritate ingredi illam poſſeſsionẽ à tertio occupatã,ſed debet uia iuris citato poſſeſſore etiã iniuſto petere à iudice declarari poſſeſsionẽ bonorum relictorum à defuncto uigore dicti ſtatuti continuatã,& transmiſſam,& perpetuatã fuiſſe in ipſum hęredẽ, & in ea cõfirmari,& manuteneri debere, & quatenus opus ſit, & non aliter pronuntiari, & declarari ipſum hæredem mittendũ eſſe,& mitti debere in actualẽ,& realem poſſeſsionem dictorũ bonorũ:ut ipſe hæres,qui eſt in ficta & artificiali poſſeſsione uigore dicti ſtatuti conſtituatur in uera: ut docet Dec.conſ.84.Eccellentiſsimi col.2.uer.Et ideo & D. Cotta in mem.uerbo, decreto Mediolanenſi.Et ꝙ hęres debeat citare poſſeſſorẽ etiã iniuſtũ, qui bona hęreditaria occupauit, & aliter non poſsit poſſeſsionẽ dictorum bonorũ ingredi,vbi eſt occupata etiã ſtante ſtatuto, ꝙ poſſeſsio defuncti continuetur in hæredem,conſuluit Alexan.conſ.83. Viſa facti narratione col.4.nu.8.uer.nec poſſet.cum ſeq.& nu.10.in fi.verſ.ſi ergo non dr̃ uol.2.Bal.rub.de cauſ.poſ. & pro col.fin.verſ.ſed nunquid alius eſt citandus per l.1.§.
23 neceſſario.ff.ſi uen.nomi.mul.in poſ.miſ.Poſſeſſor.n. † & detentator ſemper eſt citandus ubi agitur de conuincenda poſſeſsione, maximè cũ detentator præſumatur poſſeſſor, niſi conſtet, ꝙ pro alio detineat, quia tunc ſufficit citari illum,cuius nomine poſsidetur.Mar.Soc.tract.de citat.art.5. princ.nu.3.uer.tertio quæro, quid de poſſeſſore.Ex forma
tamen

tamen decreti noui Mediolani.ſub rubri.de continuanda poſſeſsione defuncti.§.inſuper cautum eſt, ꝙ ſi quis poſſideat poſt mortem defuncti poſſeſſoris vltra annum, quòd citetur talis poſſeſſor ad inſtantia hæredis ad informationes aſſumendas, & conceſsionem præcepti per iudicem hæredi faciendam: vt in poſſeſsionem ingrediatur: vt patet ex. d.§.inſuper. Ergo ſi poſſeſſor ipſe non poſsideat vltra annum, ſed minui tempore, quàm ſit annus, hæres non tenetur illum citari facere vigore d.§.inſuper arg.l.cũ prætor.ff. de iud.vbi doct.& ſi poſsidens vltra annum debet citari: ergo à contrario ſenſu, qui poſsidet, ſed non vltra annum nõ
24 debet citari, Cum validiſsimum ſit † in iure argumentum à contrario ſenſu in legibus, decretis, ſtatutis, contractibus, reſcriptis, mandatis, vltimis voluntatibus, ſententiis, & aliis ſecundum com.opi.vt per Dec.& Mod.in l.1.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.per illum tex.licèt in caſu iſto argumentum à contrario ſenſu nõ procederet, ex quo vbi reſultaret correctio iuris cõis ſecundũ com.opi.in ſtatutis non habet locum arg.à contrario ſenſu: vt dicit Dec.d. l.1.col.18.nu.59.ver.Poſtremò in ſtatutis vbi Alex.col.11. & Alex.cõſi.17.Viſis.uol.2.l.apud antiquos vbi glo.& Bar. & alij.C.de furt.Rom.conſ.11.In propoſita quæſt.& conſil.393.Circa primum in fine, & conſil.399.Vt præſens.
25 ¶ Sed quod in dominio † Mediolani vigore d.§.inſuper. hæres nõ teneatur citari facere poſſeſſorem, qui vltra annũ non poſsidet, ſed ſufficiat, ꝙ hæres etiam parte non citata compareat coram iudice, & facta fide ſummariè coram eo etiam parte non citata, ꝙ defunctus poſsidebat tempore mortis, & quod ipſe comparens ſit hæres ex teſtamẽto, uel ab inteſtato primus in gradu, ꝙ petat ſe realiter continuari in poſſeſsionem defuncti, & tunc iudex concedit præceptũ hæredi: ſed ſi alius compareat, qui de ſuo iure doceat, ſuſpenditur tale præceptum, & tunc ſi ille comparens dicat, Domine iudex non debet concedi præceptum prætenſo hæredi in tali re, quia non tenebatur per defunctum, ſed ꝙ per ipſum comparantem bona tenebantur, & poſsidebantur tempore mortis defuncti.& ſi hoc docet ſummariè, impeditur ipſa immiſsio, & præceptũ, ac continuatio dicti decreti.

creti.ita inquit Dominus Catellius. Cotta in memora.verbo, decreto Mediolanenſi.in fin.vbi dicit,quòd non requiritur citatio illius, qui poſſidet, ſed non vltra annum, ſed quòd ſeruatur in dominio Mediolani practica de qua ſupra quam docet Pau.de Caſt.in d.l.fin.col.1.verſ.ſi autem poſſidebat nomine ſuo.C.de edict.diui Adr.tol.Et ſuadetur nam cum decretum ipſum Mediolani dicat, quòd ipſa poſſeſſio defuncto poſſeſſore non vacet, ſed ſit & intelligatur continuata in hærede quo ad omnē effectum etiā recuperandæ,ſequitur, quòd infra annum hæres poteſt ingredi poſſeſſionē non citato vſurpatore, præſertim cum decretū annullet omnē apprehenſionem medio tempore factam,& dicat continuationē ipſam habere effectum recuperandæ.

26 Ergo ſicuti † vbi hæres vel alius fuiſſet in poſſeſſione reali, & fuiſſet ſpoliatus, poſſet incontinenti non citato poſſeſſore recuperare ſuam poſſeſſionem propria authoritate reiecto ſpoliatore,& dicitur incontinenti,ideſt,quam primum poteſt recuperare arbitrio boni viri l.3.§.eum igitur.ff.de vi,& vi arma.vbi Bartol.quē oēs cōmuniter ſequuntur: vt inquit Feli.c.ſignificaſti,el 2.nu.12 de homic.Deci.cōſ.460. Viſo nu.17.Crauet.conſ.154.Viſo num.4.Sequitur,ꝙ pari modo hæres qui nón fuit realiter in poſſeſſione,ſed fictè vigore decreti Mediolani, infra annum quam primū poterit arbitrio boni viri poteſt propria authoritate, vel cum licentia iudicis nō citato poſſeſſore poſſeſſionē bonorum hæreditariorū apprehendere infra annum tamen:vt videtur dicere decretū ipſum Mediolani in d.§.inſuper.maximè cum decretū ipſum dicat, ꝙ ipſa continuatio habeat omnem effectum etiam recuperandæ: vt latè docet Pariſ.conſi.41. Optimum ius volu.1.præſertim cum omnis apprehenſio annulletur vbi nō fuit facta per hæredē ex forma dicti decreti.Dec conſ.467.Bene & conſulte col.pen.in fi.& cōl.fi. maximè ſtante verbo,ꝙ habeat effectū recuperandæ: vt dicit ipſum decretū nouum. Dec.d.conſ.84.col.pen.ver.præterea tale. Ego tamen conſulo, ꝙ verus hæres cum de iure propria authoritate poſſit poſſeſſionē bonorum apprehendere: vt per Dec.& Doc.d.l.fin.C.de edict.diui Adria.col. quòd vbi timet ne in adipiſcenda poſſeſſione præueniatur

à tertio,

à tertio, quòd ingrediatur poſſeſſionē propria authoritate, vel cum licentia iudicis prout melius, & citius facere poterit. Sed vbi † poſſeſſio vacat, & plures prætendentes ſe eſſe
27 hæredes vel alij properant vt nanciſcantur poſſeſſionem, & timor eſt ne partes ipſæ veniant ad arma, iudex debet inhibere omnibus ne accedāt ad poſſeſſionē,& illam cū fructib. ſequeſtrare apud officiū, donec viderit ius partium.Dec.d.l. fi.col.2.n.6.verſ.& hoc procedit per Inno.d.c.in præſentia. col.2.de prob.Spec.tit.de lib.cōcep.§.nunc dicendū ver.22. qn̄ & in tit.de peti.& poſ.in prin.col.fi.ver.in ſum.& in tit.
28 de ſeq.poſ.& fruct.Aut nō conſtat iudici, † ꝙ poſſeſſio vacet,nec quis ſit poſſeſſor, ſed duo, vel plures prætendunt ſe eſſe in poſſeſſione,& aliū nō poſſidere,& ecōuerſo, & vnus hoc modo turbat alium, & nemo ex ipſis vult contra alium offerre libellū, nec petitionē, & ſe conſtituere actorē,tunc ſi iudex videt eſſe periculū, ne partes veniant ad arma,pōt, & debet vtrique parti graui pœna prohibere, ne accedāt ad poſſeſſionē,& illā cū fructibus apud officiū ſequeſtrare, donec cognoſcatur quis eſſe debeat poſſeſſor, & qui actor, & qui reus. Iaſ.d.l.quidā æſtimauerunt col.3.n.4.in fi.ver.iſta re.Bar.l.fi.vſusfr.§.1 ff.de vſuf.Bal.l.fi.col.2.vbi etiam Dec. col 2.n.6.ver.Et hoc procedit.C.de edict.diui Adr.tol.Spec. in locis de quibus ſupra.Bal.l.nullus in prin.C.de ſum.Tri. Alex.conſ.7.in cōſultatione col.pen.vol.5.Bald.l.ordinari. col.pe.ver.ſed hic quæro.C.de rei vēd.& in l.ſi diſceptet.ff. vbi pup.educ.deb.Capi.deciſ.96.In cauſa Magnifici Rob. Debet tn̄ iudici ex actis conſtare citatis partibus, ꝙ ſit periculū armorū,antequā fiat tale ſequeſtrum.Dec.d.l.fi.col.3. ver.& ꝙ ſit timor.Ang.conſ.107.Iacobellus in fi.Curt.tracta.de ſeq.ſiue in l.1.nu.12.verſi.4.fallit.& ver.circa prædicta.C.de prohib.ſeq.pec.Et vbi nemo ex partibus vellet ſe actorem conſtituere,ſed quilibet prętendit ſe eſſe in poſſeſſione,nec vult offerre libellum, nec petitionem contra alteram partem,ſed vnus dicit offerrat altera pars,& altera pars inquit,offerrat altera pars petitionē, & ſic inuicē ſe turbāt, & timor eſt ne enſis pro libello oſtendat, tunc iudex etiā ex officio,& motu proprio,& lite non conteſtata,& abſque libello poterit inquirere,& aſſumere informationes nedum

ſummarias

ſummarias, verũ etiã ſummariſſimas ſuper poſſeſſorio ſummariſſimo de præſenti, & conſtituet reum illũ, qui reperietur. eſſe in poſſeſsione, etiã facti, & in tenuta etiã Aſinaria de præſenti, ſaluo iure alteri parti in plenario, & antiquiori poſſeſſorio, & petitorio: & illã partẽ conſtituet actorẽ, quæ nunc nõ poſſidet. Alex. in apoſ. ad Bart. d. l. ſi vſusf. §. 1. ff. de vſuf. in apoſt. verbo poteſt. in litera. f. ibi, dicit tamen. vbi alij Mod in apoſt ad Bar. Cag. l in pari. n. 6. ver. tandẽ. ff. de reg. iu. Bal l. vis col. ſi ver. p̃mitte. C. de prob. vbi Sal. And. Barb. in apoſt. ad Bal. d l. vis eius vbi etiã Alex. & Celſ. Hugo diffuſus. in apoſt. ad Bal. dicentes, q; iſto caſu põt ferri ſententia diffinitiua ſine libello, & ſine petitione. ſecundum Bal. in l. quiſquis. C. quorũ appel. non recip. per not. per Ioan. And. in add. Spec. in tit. de lib. ob. Inn. c. in præſentia col. 2 ibi ex officio ſuo de plano, & ſine libello cognoſcet quis poſsidet q̃n vterq; dicit ſe poſsidere ext. de prob. per tex. in l. liber. §. ſi. ff. de lib. cauſ. Spec. d. tit. de lib. cõcept. §. nunc dicendum eſt in quibus. verſ. 22. q̃n duo, vbi dicit, q; tali caſu iudex inquiret receptis teſtibus ſine libello ex officio ſuo de poſſeſſorio ne partes veniat ad arma, & quòd illud debet adiudicare clarius probanti poſſeſsionẽ de pręſenti, prohibẽdo ne alius ſibi vim facit quominus poſſeſſione vtatur. Et ſi inter nobiles ex vna, & vniuerſitatẽ, ſiue ruſticos ex alia eſt quæſtio memoris incidendi, & partes ſe præparant ad arma, iudex vbi ei non conſtat quis poſſideat, poterit vtriq; parti inhibere ne accedãt ad nemus, & ſine libello ex ſuo officio informare ſe de poſſeſſione de præſenti ſuper capitulis ambarũ partiũ, vel etiã ſine capitulis, & ex officio: vt per Spec. d. verſ. 21. q̃n duo. iunctis ibi notatis per Ioã. And. & Bal. in apoſt. Eſt etiã duobus contendentibus de poſſeſsione ſummaria lite pendẽte, vbi nemo vult offerre libellũ, & eſt timor armorum iudex ex officio põt ſuper poſſeſſione ſummaria de præſenti capere informationes ſummarias, vſque ad teſtiũ apturã, & ſi inuenerit aliquẽ dñm, vel vniuerſitatem puta Veſpolatæ in poſſeſſione de præſenti paſculandi, vel ligna incidendi etiã in territorio alterius dñi, vel vniuerſitatis, puta, Monticelli, debet manutenere cõmune Veſpolatæ in illa poſſeſsione paſculandi, vel ligna incidendi, & non

vltra

vltra niſi prout reperierit adeſſe poſſeſſionem de præſenti, ſaluo iure alteri parti in agendo in poſſeſſorio plenario. D. Ant. Capit. deciſ. 96. In cauſa magnifici Roberti. præſertim cum capit. ad decimas. de reſti ſpoliat. in 6. & Doct. dicẽtes,
29 † quòd ſpoliatus non debet reſtitui, vbi notoriè conſtat de non iure ſuo debeant intelligi in ſpiritualibus, & non in prophanis, in quibus etiam prædo poſſeſſor, ſi turbatur defenditur, & ſi ſpoliatur reſtituitur. Hip. Marſi. ſing. 11. regula. Oldr. de Ponte conſi. 1. In cauſa colum. 11. nu. 10. verſic. nec priuileg. Capitius dict. deciſ. 96. Et ille, qui eſt in poſſeſſione vſus aquæ debet in ea manu teneri, & ſi fuit ſpoliatus reſtitui in hac ſummaria poſſeſſione ex officio iudicis, etiã quòd non probet ſeruitutem, nec ius, donec in plenario, poſſeſſorio, vel petitorio plenius fuerit diſcuſſum de iuribus partium. Ripa d. l. rem quæ nobis colum. 4. nu. 26. verſ. & dicit. ff. de acquiren. poſſeſ. Bart. l. Aquilius. ff. de donation. in fin. Spec. tit. de offic. omni. iudic. §. 1. verſic. item imploratur l. de vſuf. vbi Bart. & Doctor. ff. de varijs, & extraor
30 din. cognition. Et vbi partes † contendentes de poſſeſſione in iudicio vti poſſidetis non probant æqualiter de poſſeſſione de præſenti, ſed vnus probat de poſſeſsione de præſenti, alter probat de poſſeſsione antiquiori tantum, tunc in iſto iudicio, vti poſsidetis, debet obtinere ille, qui probat de poſſeſsione de præſenti, etiam ſine titulo, & præfertur habenti poſſeſsionem antiquiorem etiam cum titulo, vt conſtituatur reus, & in ipſa poſſeſsione defendatur, ſaluo iure alteri parti in agendo ſuper poſſeſſorio antiquiori, ſiue plenario ita dicit in ſpecie D. Mar. Soc. Iun. conſ. 146. In cauſa col. 5. nu. 30. verſ. ſed tñ volu. 1. per nota. per Ang. Aret. in. §. quadr. col pe. ver. & prædic. Inſt. de actio. Alex. conſ. 23. Viſo vol. 6. Corn. conſ. 280. Licèt col. 4. verſ. & ſi dicatur, & ver. & inſuper vol. 4. l. 3. §. fin. cum l. ſeq. & l. ſi duo. vbi Bart. per illum tex. ff. vti poſsid. Pau. de Caſt. conſi. 3. in cauſa, quæ vertitur coram domino Vicario poteſtatis. Pergami occaſione cuiuſdam venæ Cotariæ vol. 2. Fallit tamen vbi poſſeſsio de præſenti, eſt de p̄ſenti acquiſita cõtra me vi clam, vel precario, ego. n. debeo præferri d. §. fi. cũ l. ſeq. l. 1. C. vti poſside. Corn. d. conſ. 280. colum. 3. num. 8. l. vis eius vbi Bald. Salic.

& doct.

& doct.per illũ tex.C.de prob.vbi tamẽ poſſeſſio de præſenti eſſet acquiſita vi,ſed non de præſenti,ſed ex interuallo, adhuc in iſto iudicio talis poſſeſſio de præſenti,preferẽ.ex quo nõ licet mihi ex interuallo ſpoliare, nec turbare propria authoritate illũ,qui me prior ſpoliauit. ſed incontinenti iſtud debebã facere tex.in l.ſi quis ad ſe fundum.vbi Cin. Bar. Bal. Alber.de Roſ.Sali.& alij.C.ad leg.Iul de vi pub.vel priu.l.naturaliter.§.nihil cõmune vbi Ripa col.8 nu.46.& 47 ff de acquir.poſſ.Vbi verò partes probãt æqualiter oẽs ſe poſſidere de præſenti, tunc in iſto iudicio retinendæ præfertur primo ille,qui probauit poſſeſſionẽ ſuã antiquiorem etiã,ſine
31 titulo cũ poſſeſſione etiã de præſenti:quia poſſeſſio † antiquior præſumitur iuſtior, poſſeſſio verò iunior violenta, vel clandeſtina,& poſſeſſio antiquior etiã ſine titulo præfertur in hoc caſu poſſeſſioni iuniori etiam cum titulo.Boer. deciſ.239.Et in prædicta col.6.in 2.part.Feli.c.licet cauſam col.5.verſ.tertia cauſa vbi Dec.col.6.verſi.3.in interdicto & alij de prob.Curt.Iun.conſ.168.Habita.nu.23.Alex.cõſ.76. In cauſa num.27.vol.2.Dec.conſ.56.in cauſa Bal.l.ordinarij.C.de rei vend.Alex.conſ.88.Quoniam vol.5.cùm hoc tamen ꝙ habens poſſeſſionem antiquiorem excipiat quod habẽs titulũ poſſedit vi, vel clam reſpectu poſſeſſionis antiquioris,Boer.d.deci.239 col.5.l.ſi de eo.§.fi.vbi Bar.Alexã. Pau.de Caſt.Io.de Imo.ff.de acquir.poſſ.Alexan.d.conſ.88.
32 Dec.d.c.licèt col.6.Et vbi non eſt poſſeſſio † antiquior ille obtinet,qui poſſeſſionem ſuam colorat aliquo titulo.Boer. d.deciſ.239.col.6.verſ.bene tamen. Bal.d.l.ordinarij & in l. qui accuſ.col.fin.C.de ed.& l.incerti col.9.C de interd.& l. momẽtaneæ.C.qui legi.perſo.Ang.d.§.quadru.Fel.& Deci.
33 d.c.licèt.Rip.d §.nihil cõe nu.100.Vbi † autẽ poſſeſſor:puta D.Fran.Plot.timet ne ſibi inferatur vis, ſiue turbetur in poſſeſſione ab aliquo:puta à D.Andr.Ploto,qui & ipſe prætendit ſe eſſe in poſſeſſione, ſeu velle poſſidere, tunc ille, qui poſſidet de præſenti etiam lite non conteſtata, & parte non citata poterit impetrare præceptũ à iudice, cum narratiua,ꝙ licèt ipſe D.Fra.Plot.Et ſit in quieta, & pacifica poſſeſſione talis fundi ſiti in territorio Burgilauizarij, vbi dr̃ ad Montonum,cui cohæret,&c.Et in poſſeſſione,ſeu quaſi

irrigari,

irrigari,& adaquari faciendi tale pratum ex tali aqua, ꝙ ni hilominus ipſe D.And.Plo.vociferando vadit velle turbare ipſum D.Franciſ.Plot.in dict.eius poſſeſſione, ſeu quaſi & propterea ad tollendũ viã facti; ꝙ præcipiatur ipſi D.And. Plot.vt in d.poſſeſſione,ſeu quaſi ſe non intromittat, & ꝙ patiatur ipſum D.Franciſ.Plot.pacifice poſſidere; &c.dicta bona ſub pœna tali, ſed quòd ſi quid iuris prætendit habe-re,ꝙ agat via iuris,oblato libello, & ſeruatis ſeruandis contra dict.D.Franciſ.Plot.ſi tamen ipſe D.And.ſenſerit ſe grauari,ꝙ compareat tali die,& hora,& loco, coram ipſo iudice ad allegandum cauſas grauaminis, ſi quas habet, alioquin,&c.& cautela eſt ꝙ faciat impetrans preceptum ante: & poſt præſentationẽ præcepti per nunciũ publicũ videre ſuã poſſeſſionẽ.putã aquã currere ad ſuũ pratũ; ſeu ipſum poſſidere, & ꝙ ipſe impetrans præcepto adhibeat duo teſtes,qui & ipſi præmiſſa videant, & deinde nuncius referat ſe præceptũ præſentaſſe,&c.& ante,& poſt præſentationem præcepti vidiſſe impetrantẽ præceptum tenere, & poſſide-re,&c.Nam licèt cõmunis ſit concluſio ꝙ nuncio publico debeat plenè credi in his,quæ ſpectant ad eius officiũ:putà, ſi dicat ſe perſonaliter citaſſe, tñ quãdo deponit in his,quæ ſunt extra officium ſuum non probat, & eſt com.opi.Iaſ.l. properandum.§.& ſiquidem col.2.num.8.verſ adde cõis.C. de iudi.tamen in iſto poſſeſſorio ſummario quo Iudex poteſt ſe informare etiã ex officio, & motu proprio de poſſeſſione de præſenti poterit ab ipſo nuncio, & teſtibus ſe de poſſeſſione ipſa de præſenti informare, etiã abſque libello. Bal.l.ordinarij col.3.in fi.verſ.ſed hic quęro.C.de rei vendi. Et ſi citatus vigore dicti præcepti,nõ cõparet,& eius contumacia ſit accuſata,præceptũ remanet firmũ,& de reo, vbi citatus fuiſſet fortè reus,efficitur actor.Math.Affl.deciſi.167. Gabr.col.pen.nu 4.verſi.& tanto magis l.de pupil.§.meminiſſe vbi Alex.col.pen.verſi.poteſt concludi.ibi.& tunc aut ille cui factũ eſt.ff.de ope.nou.nunc Bald.rub.C.comin.vel epiſt.col.1.in fi.nu.5.verſ.quid de eo.ibi, aut non cõparuit. & ſi citatus vigore præcepti cũ clauſula iuſtificatiua nõ cõparet, tale præceptum valet, & tranſit in rem iudicatam, & eſt com.opi.Ripa d.§.meminiſſe col.5.nume.24.verſi.ex-

tat igitur.ibi,contra primã . in ſi poterit tñ ipſe contumax infra annum cõparere,purgando contumaciã per ſolutionem expenſarũ, & fideiubendo de iudicio ſiſti, recuperare tenutam,& poſſeſſionem,quam amiſit ex ipſa contumacia, ita quòd efficiatur reus,prout erat ante cõtumaciã text.in l.ſi quis emptionis.§.ſed & ſi quis.C.de præſcrip.30.vel 40. anno:quæ lex in d.§.ſed & ſi quis . locum habet, ſiue eſſet poſſeſſio corporalium , ſiue incorporalium . Lud.Bolo.l.ſi finita.§.Iulianus num.63.verſ.ex prædictis.ff.de dam.infe. Alex.l.ſi prius.ff.de ope.no.n.nunc.vbi autem citatus comparuit contradicendo præcepto , & tunc , aut præceptum fuit iniuſtum,quia citatus poſſidebat, & impetrans præceptum non poſſidebat, & præceptum fuit reſolutum in vim ſimplicis citationis , & eſt com opi.vt dicit Alex.d.§.meminiſſe col.fin.verſ.ſed Iac.But.Bal d.verſ.quid de eo.Valet.n.
34 præceptũ executiuum † cum clauſula iuſtificatiua,ſed comparente citato reſoluitur in vim ſimplicis citationis , & eſt magis com.opi.Iaſ.l.nec quicquã.§.vbi decretũ col.2.nu.5. verſ.limita.& nume.6.ff.de of.Proc.& Leg.Et poterit non obſtante præcepto , & inhibitione iudicis citatus perſeuerare in eius poſſeſſione etiã fructus colligẽdo,nõ.n.dicitur damnificare,nec ſpoliare,nec innouare, nec turbare alium ille, qui perſeuerat in eius poſſeſſione, & inhibitio iudicis facta in contrariũ non valet.Dec.conſ.460.Viſo col.3.in fi. & 4.in prin.nu.2.ver.& qui continuat.D.de Rota,deci.259. Si rector.in fi.Ant.Capit.deciſ.72.In cauſa.D.Bellon.conſi.18.Perpenſis nu.24.Pariſ.cõſ.39 Nõ poſſunt col.2.vol.1. Card.Zab.clem fi.in 2.oppoſi.vt lit.pendent.Et ſi poſſeſſor contra quem eſt lata ſententia appellatione, vel reſtitutione in integrũ pendente poteſt perſeuerare in eius poſſeſſione etiã fructus colligendo l.ſciendum.§ ſi fundum ff.qui ſatiſdar.cogan nec dicitur per hoc aliquid innouare.glo.c. non ſolum.verbo,reducendũ.verſ.dic tamen de appel in 6. & gloſ.l.Imperatores §.fi.ff.de app.Bellonus,d.nu.24.multo magis debet poſſeſſor.citatus non obſtante ipſo præcepto, cui contradixit poſſe perſeuerare in eius poſſeſſione. Ang.§.curate col.pen.& fi.Inſtit.de actio. Aut præceptum fuit iuſtum:quia citatus nõ poſſidebat,& tunc per cõparationem

tionē citati præceptum nō fuit reſolutū in vim ſimplicis ci tationis, ſed ſi citatus ſit inobediens debet mulctari, vbi.n. præceptum fuit iuſtum,& poteſt procedi per viam præcepti per cōparationē citati nō reſoluitur pręceptū,ſed citatus,do lo non obediens præcepto debet mulctari. Pau. de Caſt. d. §. meminiſſe. vbi Ripa. nu. 23. l. 1. ff. ſi quis ius dic. nō obtemp.
35 ¶ Duplex † enim poſſeſſoriū, vnum ſummariū dicitur, aliud plenum, ſiue plenariū. Pau. de Caſt. d. conſ. 3. vol. 2. ſecundū nouam impreſſionē,& in antiquis conſ. 5. Cagn. d. l. in pari. nu. 7. verſ. tandem. ff. de reg. iur. Bal. & Pau. de Caſt. l. ordinarij col. pe. & fi. C. de rei vend. D. Fran. de Curt. in l. admonen
36 di nu. 203 ff. de iureiu. Poſſeſſoriū † ſummariū dicitur illud quando vtraq; pars prætendit ſe de præſenti poſſidere, vbi poſſeſſio nō vacat, vel qn̄ poſſeſſio vacat: puta mortuo poſſeſſore vtraq; pars prætendit ſe hæredē,& vult ingredi poſſeſſionē,& nemo vult offerre libellū, nec eſſe actor, ſed reus, & timor eſt ne vbi partes ſunt nobiles enſem, & clipeos, vbi verò ruſtici ſæuos tridentes pro libello offerant, tunc. n. dicitur agi de poſſeſſorio ſummario leuis præiudicij, & dicitur poſſeſſoriū ſummariū pro eo: quia iudex ad euitandas rixas poteſt,& debet ſummariè, & ex officio, & ſine libello & capitulis, & motu eius proprio ſe informare quis poſſideat de præſenti, & poſſidentē de præſenti debet conſtituere reum, non poſſidentē autem de præſenti actorem, illi ſtatuendo terminum ad producendum libellum cōtra poſſidentē de præſenti: faciendo etiā præcepta pœnalia contra non poſſidentem de præſenti, vt nō turbet poſſidentem de præſenti, & iſtud dicitur iudiciū ſummarij poſſeſſorij præparatoriū ad aliud iudicium,& ad poſſeſſoriū plenarium,& ad petitoriū, nec quæriť in hoc iudicio poſſeſſorij ſummarij quis debeat eſſe ꝑpetuus poſſeſſor, ſed quis actor,& quis reus tam in poſſeſſorio, quam petitorio, & ſententia lata in hoc iudicio poſſeſſorij ſummarij nō dicitur ſententia diffinitiua, ſed interlocutoria, quæ poteſt reuocari, & debet reuocari in alio iudicio, vbi cōſtiterit de poſſeſſorio antiquiori, vel petitorio alterius partis, & dicitur ordinatio,& ſententia per modū prouiſionis, donec pendet lis ſuꝑ poſſeſſorio plenario, vel in petitorio. Paul. de Caſtr. d. conſi. 3. aliàs. 5.

cap.d l.in pari.nu.7.verſ.tandē Bal.l ordinarii colum.3.in fi.verſi.ſed hic quæro.vbi Sal.& Pau.de Caſtr.& alij doct.C. de rei vend.Bal.l.quiſquis ver.quæro.C.quor.appel.non recip.Specu.tit.de libel.conce.§.nunc dicendum eſt in quibus ver.22.quādo & dixi latè ſuperiùs in.§.præmitto,ꝙ in iure nu.28.& ver.& vbi nemo & ver.& etiā duob.Pōt enim vbi
37 † quis timet turbari in poſſeſ ſeu offendi in rebus vel perſonis implorare officiū iudicis:vt inhibeat per præcepta pœnalia ne fiat vis nec turbatio in poſſeſſione nec perſona & nō requiritur libellus Iaſ.l.ſi ſuper poſſeſſione col.3.nu.5.verſ. quartò nota & nu.ver.item ad prædic.vbi etiam Bald.Sali. Alex.Dec.Cur.& alij.C.de tranſa.Bart.l.fi.num.3.per illum tex.ff.quod met.cau.Aret.cap in præſentia col.4.de prob. Bal.l.ſi ſeruus.C.quod cum eo.& in l.1.§.quies.ff.de offic. Præfect.vrb.doc.l.æquiſſimū per illum tex.ff.de vſufru.& ſi quis probabiliter timet offendi à Titio, poterit iudex cogere Titiū ad fideiubendū de non offendendo ipſi timēti ſub pœna graui, vbi tamē petēs fideiuberi iuret de ipſo timore, & ſi legitima cauſa timoris arbitrio iudicis:puta,quia præcedit inimicitia, vel actus minādi.Rip.rub.ff.de damno infec.nu.17.verſi.4.dubitatur in fi.Poterit tamē Titius petere ꝙ etiā ipſi caueatur, vbi etiā ipſe probabiliter poteſt timere arbitrio iudicis,etiam ſi Titius fuiſſet in dolo vel culpa talis timoris:puta quia vulneraſſet aliā partem, alioquin Titius non tenebitur fideiubere.Iaſ.d.l.ſi ſuper poſſeſſione.Rip.d. rub.ff.de dam.infect.nu.1.verſi.quinto dubitatur & nu.20. verſ.ſexto dubitatur Barto.& doct.l qui bona.§.ſi quis quia.ff.de dam.infect.vbi etiam Lud.Bolog.& alij Doctor.
38 ¶ Et dubitans † ne in poſſeſſione moleſtetur, vel offenſa ei fiat in perſonam,poterit implorare officiū iudicis,& obtinebit licentiam deferendi armā pro ſua & poſſeſſionis ſuæ defenſione, & conducendi ſecū homines armatos ad tuendū poſſeſſionem ſuā & perſonam. Rip.d.rub.ff.de dam.infect.
39 nu.27.in fi.Bar.l.ſanctum ff.de re.diuiſ.Et vicini & † amici ac extranei poſſunt expellere & percutere cū moderamine tamen inculpatæ tutelæ volentē me expellere de poſſeſſione mea volentem me offendere.Iaſ.l.vt vim col.6.num.29. ver.ſed pulchrum & nu.30.ff.de iuſt.& iur.vbi Deci & alij

& hæc

& hæc eſt communis opin.Marſi.ſingu.351.Amicitia.Lud. Carrer.in prac.crim.§.homicidium in parte quæ incipit,circa quartum itaque quibus ex cauſis excuſetur homicidium nu.37.verſicu.& nota quòd pro,Par.de put.in trac.de ſind. char.10.ver.pone.Corſ ſin.verb.defenſio aliquis vult, Bar.l. deuotum per illum tex.C.de meta.& epid lib.12.Ang.tract. mal.in gl.& dict.Titius ſe defendendo col.pen.Pau.de Caſt. l.refectionis. ff. com.præd.Cœp.tract.de ſeruit.vrba. præd. c.23.Bal.l.1.col.antep.ve ſ.ſed nunquid vbi guerra.& col.5. ver.ſed pone.C.vnde vi.Hip l.1.in 1.not.C.de rapt.virg.

40¶ Et in iſto iudicio † poſſeſſorij ſummarij, vbi agitur inter plures coram iudice de adipiſcenda poſſeſſione vacante:puta bonorum relictorum per defunctum. iudex ſummariè ſe informabit,quis ſit ſcriptus hæres in vltimo teſtamento nõ cancellato, nec abolito & illum mittet in poſſeſſionem bonorum quæ poſſidebat defunctus tempore mortis, etiam quòd dicerentur bona non fuiſſe defuncti. ſaluo iure aliorum competitorum in agendo tam in poſſeſſorio plenario ſiue antiquiori quam in petitorio.text.in l.fi.vbi Bart.Bald. Sal.Pau.de Caſt.Iaſ.& Deci.C.de edic.diu.Adrian.Tol.tex. in l.non tantum.ff.de pet hær.& vbi agitur cauſa inteſtati iudex ſummariè ſe informabit abſque libello quis obtineat primum locum in gradu, & obtinentem primum locũ:puta filiũ vel filiã aut ſororem mittet in poſſeſsione dictorum bonorum, quæ defunctus tempore eius mortis poſsidebat, etiã ꝙ filia vel ſoror hæres diceretur non capax dictorũ bonorum:puta,quia eſſet filia, & dicerentur bona eſſe feudalia, ad quæ filia non vocatur ex inueſtitura: quia nihilominus filia vel ſoror mittetur in poſſeſſionem, & conſtituetur rea,ſaluo iure aliorũ competitorũ in agendo ſuper poſſeſſorio plenario,vel petitorio.Dec.conſ.424.Proponitur.& conſil.467.Bene.Pariſius conſ.13.Attingendo col.fi.& conſ.41. Optimum volu.2.Spec.tit.de teſtam.§.ſequitur videre. vbi Ioan.And.in addi.Spec.col fin.Curt,Iun.conſi.41.Præſuppònitur & in tract.feud.3.part.q.21.Alber.Brun.conſil.1. Et ibi.Io.Campeg.in conſ.2.ſeq.& idem Alb.Brun.conſ.83. In cauſa.Ludo.Gozad.conſ.7.& conſ.10.D.Mar.Socin.Iun. conſ.74.Viſo nu.2.& conſi.75.Quanquàm.& cõſ.76.& 77.

D 3 vol.

volu.1.per text.in cap.2.ſi de feu.contro ſit.iunctis not.per Bart.in l.momentaneæ col.fin.in fin.ibi.ſecundo modo.C. vnde vi.vbi dicit quòd in interdicto retinendæ vel adipiſcendæ,quod proceditur ſummariè.Si tamen notoriè conſtaret bona eſſe feudalia, & filia hæres non produceret aliquam inueſtituram, nec conſuetudinem probaret pro ſe,filia hæres non mitteretur in poſſeſſionē feudalium : quia fœmina
41 † eſt incapax feudorum,niſi vocetur ex inueſtitura ca.filia. de feud.ſuc.Iaſ.conſi.138.reuocatur col fi ver.non obſtat illud volu.4.Ioan.Campeg inter conſi.Brud.conſil.2. Viſo col.3.ver.tertia in hoc.in fi.ibi,alias rigor.& ibi quod tamen intelligo quando Caro.Ruin.conſi.27.Viſo volu.5.Et in Dominio Mediolani,fœminæ deſcendentes hæredes,vel alij hæredes extranei non admitterentur in poſſeſſionē bonorū immobiliū,iuriū,immunitatum & vectigalium, vbi fuerint nunc,vel in futurū, aut in præteritum conceſſa à Dominis Mediolani per quaſcunq; infeudationes, aut conceſſiones qualeſcūq; gratuitas,etiā ob benemerita, qualiacunq; ſint, etiā ſi in eis eſſent clauſulæ & derogationes munitæ etiā cū iure tranſmittendi ad extraneos, vel fœminas:quia talia nō poſſunt tranſmitti, niſi ad primi acquirentis deſcendentes maſculos per lineam maſculinā legitimè natos : vt diſponit decretū Mediolani ſub rub.de feudis.§.ne beneficiorū, quo caſu vbi de hoc conſtaret notoriæ filiæ & aliæ fœminæ, & hæredes extranei nō admitterentur in poſſeſ ionem dictorū bonorū & iurium, etiā ſtante alio decreto, ꝙ poſſeſsio de-
42 functi continuetur in hæredem, quia † non intelligitur vbi aliud decretū prohibet, prout in caſu dicti.§.ne beneficiorū Rip.lib.2.reſpon.de reſcrip.ac prælat.ac prin.grat.reſpon.3. cap.3.Viſis Alex.conſi.103.Viſis,col.2.verſi.nam conſtat.& col.4.verſic.tum etiam vol.2.Felin.c.ex parte tua colum.3. verſi.tertiò fallit.de offic.delega.Roma.in d.conſ.27.Saluo niſi fęmina produceret derogationē dicti.§.ne beneficiorū. ſeu in bonis feudalibus allegaret & probaret pro ſe inueſtiturā,aut cōſuetudinē,aut aliud veriſimile, tunc enim fœmina hæres donec diſputaretur ſuper validitate dictæ derogationis aut inueſtituræ, debet mitti in poſſeſſionem ſummariā,& cōſtitui rea, ſaluo iure aliorum cōpetitorū in agendo
ſuper

ſup poſſeſſorio plenario & petitorio. Alberi.Brun.d.cõſ.1. col.2.verſi.ſed maior.ibi, idẽ eſſe videtur.Campeg d.conſ.2. col.3.verſi.tertia in hoc in fi.ibi, ꝙ tamen intelligo l.fin. col.fi.vbi Alexan.& alij Doctor.C.de edict.diui Adria.Tol.
43 In hoc poſſeſſorio † ſummario,ſiue retinendæ,quando diſputatur quis reus,& quis actor eſſe debet,& ſic eſt præpara torium iudicium ad poſſeſſorium plenarium vel petitoriũ, & non diſputatur quis debeat eſſe perpetuus poſſeſſor, nõ requiritur ordo iudicij nec litis cõteſtatio,nec libellus.Pau. de Caſt.d.cõſ.3.Bal.d.l.quiſquis ver quæro.C.quor.app nõ recip.& in l.ordinarij col.3.ver.ſed hic quæro.C.de rei vendic.Cag.d.l.in pari.nu.7.nec plena probatio requiritur,ſed ſuffici: probare poſſeſſionẽ ſemiplenè per vnũ teſtẽ, vel famam publicã,& dicitur plene probatũ abſque alio iuramen to in ſupplementũ:quia dicitur agi de leui præiudicio,etiã ſi agatur de poſſeſſione magnæ rei.Dec.conſi.252.Agitur col.1.verſ.reſtat.in fi.& in l.2.nu.2.C.de Carbo.edict.Alex. conſi.91.In cauſa col.1.vol.5.Craue.conſi.158.Viſis col.3. nu.12.verſi.& multomagis Matheſil.not.2.Nota, quòd in iudiciis. Calca.conſ.100.Quòd veniat col.pen.ver.Nec habet.Soc.cõſ.187.In cõtrouerſia col.6.ver.poſtremò.in fi.& conſ.266.In cauſa col.9.verſ.ſecundo accipitur.in fi.nu.26. vol.2.Hipp.ſing.433.Trita.Grat.conſi.42 Licet nu.6.& 7. vol.2.Cag.d l.in pari.num.7.ver.tandem.Bar.l.admonendi col.antep.nu.55.verſ.Aduerte hoc. vbi Iaſ.in 2.lect.col.79. nu.187.ver.& qui ſunt caſus. in fin.& hæc eſt com.opin.vt dicit ibi D.Fran.de Cu.nu.203.ff.de iureiur.Fallit vbi contra ipſum teſtem ſeu ſemiplenã probationem eſſent aliqua indicia:tunc.n.vnus teſtis vel ſemiplena probatio non probaret poſſeſſionem. Bal.l.qui accuſare col.fi.ver.vlt.not.C. de eden.Afflic.deciſ.364.Fuit deciſum col.pen ibi,maximè quia.Gratus conſi.40.Antequàm colum.3.num.29.vol.2.
44 ¶ Aliud verò † eſt poſſeſſoriũ plenum,ſiue plenarium,quod agitatur; poſtquàm eſt certum quis poſſideat de præſenti, & quis actor, & quis reus eſſe debeat.Cagn.d.l.in pari. nume.8.verſic.aliud Pau.de Caſtr.dict.conſi.3. Et ordinatur ad finem perueniendi ad ſententiam diffinitiuam in poſſeſſorio plenario, ſiue antiquiori, vt pars victrix in ipſo

poſſeſſorio perpetuo maneat, donec altera pars egerit, & obtinuerit in petitorio, & ordinatur iudiciũ poſſeſſorium plenariũ,ad effectum & finẽ perueniendi ad ſententiã diffinitiuã in petitorio, & vim perpetuam obtinet,& agitur vt pars victrix in iſto poſſeſſorio perpetuò poſſideat, donec altera pars egerit & obtinuerit in petitorio ſeu domin io: & dicitur poſſeſſoriũ plenariũ; quia requiruntur in eo plenæ probationes,libellus,litis conteſtatio,& ordo iudicij debet ſeruari,& requiritur diffinitiua ſententia, nec poteſt in hoc iudicio procedere motu proprio prout in iudicio ſummarij poſſeſſorij.Cagn.d.l.in pari.num.8.ver.aliud eſt poſſeſſorium plenum ff de reg.iur.Bal.d.l.quiſquis ver.quæro ibi, ſecus in alijs poſſeſſorijs, in quibus debet procedi ordine iudiciario,niſi in notoria ſpoliatione vbi nõ eſt neceſſaria niſi ſimplex facti propoſito.C.quor.app.nõ recip.Spec. ti.de lib.cõcep.§.nũc dicendum eſt ver.26.cũ in fi.& ver.33. cum poſtulatur. in fi Dec.conſ.302.Et pro tenui colum.2. ver.ſecundo quia. Doc.oẽs in l.fi.C.de edict.di.Adria.Tol. in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſ.Alex. conſ.2.Conſideratis col 3.nume.9.verſ.inſuper alia vol.3.

45 ¶ In iſto autẽ † iudicio poſſeſſorij plenarij plenè requiruntur probationes, nec ſufficit probare poſſeſſionẽ per vnicũ teſtem, maximè vbi actor intentaret remediũ c.reintegranda 3.q.1.vt dicit Afflict.d.deciſ.364.col.2.in fi.verſi.item licèt.& col.3.in prin.D.Fran.de Cur.d.l.admonẽdi nu.203. in fin.Cag.d.l.in pari.nume.8.in fin.verſ.aliud eſt. Paul. de Caſtr.d.conſi.3.Bald.& Paul.de Caſt.d l.ordinarij.C.de rei vend.Bart.tract.ad reprimen.verbo ſummariè Gratus conſi.110.Thema.col.1.& 2.vol.2 Iaſ.d.§.nihil commune col.pen.ff de acquir.poſſeſſ.Bald.& doct.in.l.iudices,C.de

46 iudic.Datur enim † remedium ca.reintegranda. contra tit. poſſidentem.ſecundum magis commu.opi.Dec.conſ.252. Agitur.colum.2.ver.præterea op,Rob.Mar.in ſuo ſpec.in 7. part.princ.Diſ.iudiciorum nu.50.in fin.ver.19.Aut conſtat

47 iudici † ꝙ vna pars poſſidet, & tũc iudex etiã ſi eſſet timor armorũ non debet ſequeſtrare poſſeſſionẽ, nec fructus,ſed debet manu tenere, & defendere poſſeſſorem in ſua poſſeſſione,& inhibere alteri parti ſub graui pœna, vt non turbet

poſſeſſore,

poſſeſſore, & ad arma non veniat. Iaſ.d.l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi certum petatur.Dec.d.l.fin.col.3.nume.7.verſ. ſi autem conſtaret.de edict diui Adr.Tol.Bald.d.ca.ordinarij.C.de rei vend.& in l.ſi diſceptetur.ff.vbi pup.ed.deb. Innoc.d.cap.in præſentia.col.2.de proba.Specu.in locis, de quibus ſuprà. Alexand.Iaſ.& Dec.d.l.ſi ſuper poſſeſſione colum,1.cum ſequen.C.de tranſact.

48 ¶ Quinta, & vltima † eſt violentia inquietatiua, qñ aliquis qui nō eſt poſſeſſor, nec prætēdit ſe poſſeſſorē inquietat tñ me in meo ædificare,vel aliud facere,vel clam, vel apertè,& tunc cōpetit mihi interdictum, ꝙ vi,aut clam,vt per Iaſ.hic col.1.nu.6.Iaſo.& Doct.l.1.§.hoc autē.ff.de op.no.nuntia.

49 ¶ Nota tamen † quòd nunciatio per me facta authore Prætore, contra te, ne ædifices, ſeu nouum opus facias etiam ſuper ſolo tuo,ſeu à te poſſeſſo pro eo: quia prætendo habere ius ſic nunciandi,ꝙ talis nunciatio ligat, & nocet tibi etiam iuſtè ædificanti, adeò ꝙ ſi ſpreta nunciatione tibi facta,vt opus nouum non facias, ædifices ſpernendo præcepta prætoris procedendo in opere, ꝙ opus poſtea factum debet in primis,& ante omnia deſtrui,ſeu demoliri,etiam ſi velles oſtendere quòd iuſtè ædificaſti. Nunciatio enim facta authore prætore,vt non ædifices,etiam ſi eſſet iniuſtè facta, nocet tibi,& ligat ædificantem,vt teneatur deſiſtere ab opere iuſta cœpto, etiam in ſuo, & ſi non obtemperat nunciationi deſiſtēdo,debet poſtea ædificatum demoliri, & deſtrui ſumptibus ædificatis, Iaſ.l.1.col.1.nu.1.in 1.notabil.cū ſeq. vbi etiam Bar.Pau de Caſt.& alij Doct.ff.de oper.no.nunc. & eſt text.in d.l.1.§.ſed & ſi his. & in l prætor ait in prin.ff. de oper.no.nunc.& in c.1.& 2.extra de noui oper.nunciat. vbi text.gloſ.& Abbas Sicul.Horman.Detus d.l.1.num.2.

50 Cautela tamen eſt † ꝙ ille, cui fuit nunciatū nouum opus ne faciat etiam in ſuo,ſeu ſolo à ſe poſſeſſo,quòd offerat ſe paratum ſatiſdare de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ,& ꝙ præſtet fideiuſſionem de hoc, tunc enim per ipſam ſatiſdationē præſtitam tollitur nunciatio, & ille cui eſt nunciatū poterit perſeuerare in opere text.in l.prætor.§.deinde &.§ ſequen.& in l.de pupillo.§.ſi is cui vbi text.Barto.& Doct.ff.de noui oper.nunc.ſed ille, qui nunciauit nouum

opus,

opus non fieret, poterit replicare. Hodie conſtat, hodie agatur, ſuperſedeatur per tres menſes, & tunc volens ædificare tenetur ab opere cœpto ſuperſedere per tres menſes, nō obſtante ipſa fideiuſſione oblata, vel data, ſed non acceptata per nunciantem, etiam, quòd nuncians interim nullum ius ſic prohibendi doceat, donec cognoſcatur de iuribus partium. ſeu infra quos nuncians poſſit iu a ſua probare: quibus elapſis data ipſa fideiuſſione poteſt in opere perſeuerare vbi nuncians nihil probauit. Bar. & Doct. in l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de ope. nō. nun. gloſ. Sal. & Doct. communiter in l. 1. C. de oper. nou. nun. per illum tex. & in c. pen. & c. fin. de noui oper. nunc. vbi text Abb. & Doct. & eſt communis opin ita dicit Iaſ. in d. l. 1. colum. 10. num. 19 verſic. 3. habes. ff. de oper. no. nuncia. Ioan. Peti. de Ferrar. in pract. Papien. in for. lib. in act. no. op. §. ante aliquam remiſſionem nume. 3. verſicu. ſed circa. & iſtam dixit communem eſſe opinionem Carolus Ruinus in repetitio dict. l. 1. colum. 18. nume 124. verſic. Deinde gloſſ. noſtra. & Horman. Detus Florenti. in reptitio. dict. l. 1. nume. 23. & 24.

51 ¶ Opus autem nouum † factum poſt denunciationem ita demum debet deſtrui in primis, & ante omnia, vbi denunciatio facta fuit in re præſenti, ideſt, in ipſo opere fabris etiā, quod Dominus neſciat: quia debet demoliri l. de pupillo. §. in re. n. præſenti. ff. de ope. no. nun. Factum aūt opus per fabros, quibus non fuit denunciatum in opere, ſed domino fuit denunciatum, non debet demoliri, vbi interim fabri ignorantes ædificant dict. §. in re enim præſenti. &
52 eſt com. opi quòd nunciatio † facta dn̄o extra locum operis, quòd nullo vnquam tempore valeat, & in aliquo non aſtringat dominum Iaſ. d. l. de pupillo. § ſi quis fortè nu. 3. vbi autem facta fuit nunciatio noui operis operarijs in loco abſente domino valet, & ligat dominum, etiam ignorantē ad patiendū, vt poſtea ædificatum demoliatur expenſis fabrorum inobedientium. Bart. d. l. de pupillo. §. nunciationem verſ. ſed quæro. & verſ. quæro. vbi Modern. in apoſtil. ad Bartol. dicunt, quòd hæc eſt communis opinio.

53 ¶ Nunciatio † tamen poteſt ſperni primo vbi clarum, & notorium eſt nunciantem non habere ius nunciandi, & eſt

communis

communis Iaſ.d.l.1.col.2.verſ.additio ego.& nu.3.verſi.primo limita.ff de oper.no.nun.Secundò vbi periculum eſt in mora.Tertiò,quādo graue damnū verſatur eius,cui fit nunciatio ex dilatione,& modicū eius, qui nunciat ex ædificatione. Quartò,vbi nuncians nō petijt in primis,& ante omnia quod opus factū ſpreta nunciatione deſtruatur, ſed litē fuit cōteſtatus ſuper principali iure,vel facta fuit nunciatio ad domū nunciati, & nō in opere Iaſ.d.l.1.col.2.ver.limita
54 nunc.& col.ſeq.per totum.& vbi,† quis ædificiū vetus reficit,non poteſt illi nunciari d.l.1.§.ſi quis ædificium vetus.
55 ¶ Ille autem † qui nunciauit mihi nouum opus nē fieret, & iniuſtè,& per calumniā nunciauit, & ſuccubuit, an teneatur erga me ad damna mea? Dic,ꝙ ille nuncians cōtra me in ſolo à me poſſeſſo,ꝙ dicitur me turbaſſe,& mihi vim intuliſſe l vim facit.ff.de vi, & vi arma.Horman.Det.in repet. d.l.1.col.23.nu.24.verſi.iuxta hæc Iaſ.Ruin.& Mod.d.l.1.ff. de oper.noui nun.quo caſu dic,quòd aut patior damnum pro eo: quia deſtructū fuit opus factū expenſis meis ſpreta per me nunciatione, & pro iſto damno nullo modo mihi nunciato ſuccurritur cōtra nunciantē:quia culpa mea paſſus fui illud damnū ſpernendo nunciationē,& damnum,ꝙ quis ſua culpa ſentit,ſibi debet,& nō alij imputari text.in c. damnū. vbi glo.& Dyn.de reg.iur.in 6.l.qui proprio.§.procura.ff.de proc.l.ſi quis negocia.ff.de neg.geſt.l.cum duobus.§ fi.& l.ſeq.ff.pro ſoc.Io.And.& Phil.Fran.d.c.damnū. & ita dicit Bar.d.l.1,col.7.nu.16.ver.ſed qualiter.vbi Old.de Ponte, Alb.de Roſ.col.8.Iaſ.col.11.num.20.verſi.extra glo. Horm.Detus col.2.nu.26.verſ extra glo.quærit; & col.26. ver.teneo cōcluſionē.faciūt no.ꝑ Bar.in l.ſi pign.in prin.ff. de pign.act.Aut ego nunciatus paſſus fui damnū: quia ꝑꝑ nunciationē mihi facta diſtuli opus ædificare:poſtea ſuperuenit hiens ꝑꝑ,quod ædificare nō potui:vel paramēta ſunt corrupta,& ſimilia dāna ſum paſſus, & ad iſta ſuccurrit mihi nūciato pro dānis meis cōtra nunciātē ꝑ actionē de dolo vbi nūciatio eſt facta via iuris,ſed calūnioſè l.rē quādā.ff. de dolo.Bar.d l.1.col.7.n.26.ver.ſed qualiter.vbi Iaſ.col.12. nu.20.in fi.ibi,circa ſecundū & Carol.Rui.col.2.nu.13.verſ. qa ſi poſtea,& col.21.n.257.ver.ſcd'a cōcluſio eſt, ꝙ Horm.
Detus

Detus col.27.verſ.ſecunda concluſio eſt; q.ff.de oper no, nun.nam qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe vide
56 tur l.qui occidit.§.in hac.ff.ad l.Aquil.Item cõpetit † actio iniuriarũ contra talẽ nunciantẽ, vbi nunciatio non fuit facta via iuris, ſed dolosè & calumnioſè via facti abſque nunciatione prohibendo l.iniuriarũ.§.ſi quis prohibeat.in fi.ff. de iniur.l.qui pendentẽ.ff.de act.empt.vt p Iaſ.d.l.1.col.12. ver.circa ſecundum & ibi Alb.col.7 Bar.l.prætor.§.nõ nulli.ff.de op no.nun.Imò & actio iniuriarũ locũ habebit, qñ via iuris nunciauit, ſeu via facti ſed calumnioſè d.l.iniuriarum.§.ſi qui per iniuriã.vbi etiã Ang.ff.de iniur.tamẽ actio
57 † de dolo,& actio iniuriarũ non poſſunt ſimul concurrere exercitio, licet concurrant in origine: vt per Rui.d.col.22. nu.157.in fi.& col.ſeq.nu.158.& 159.Et vbi ageretur ciuiliter contra talem nuntiantem dolo via iuris, ſiue cõtra prohibentem dolo & de facto, me ædificare, ſtatur iuramento meo de quantitate & æſtimatione damnorũ, præuia tamen taxatione iudicis, & probata prohibitione per teſtes, vel acta: vt ſentit Iaſ hic col.1.& nu.44.Et de prædictis quinque ſpeciebus violentiarum habetur per Iaſ hic col.1.& colum. antep.nu.44.per gloſ.& Doctor.l.1.C.quod met.cau.& per Doct.in c.fi.extra de his quæ vi metusve cauſa fiunt.

SVMMARIVM.

1 *Violentia qualibet probata, res amiſſæ, vel occupatæ, tam reſpectu quantitatis, quàm æſtimationis, probantur ſolo iuramento, violentiam paſſi contra violentum.*

2 *Violentus raptor etiam dicitur is, qui cum armis init & paratus erat vim inferre, ſi reſiſtentem inueniſſet, licèt nulla interuenerit violentia: quantum ad hoc, vt quantitas & valor rerum contra eum probari poſſit iuramento.*

3 *Fugiens ob timorem armatorum, quos ad ſe venire intellexit contra eos iuramento probat valorem, & quantitatem rerum amiſſarum, & etiam per tertium aſportatarum. Et quid ſi armati ad illum non veniebant.*

4 *Timor belli & armorum idem operatur. quòd bellum, vt conductoribus debeat fieri remiſſio, idem & de timore tormentorum.*

Furtum

5 *Furtum contra ſurem probatur iuramento damnum paſſi quoad quantitatem, & valorem.*

6 *Clandeſtinus actus ſi appareat, contra illum actum facientem poterit iurari de rebus ſubtractis & amiſſis.*

7 *Dolus conuenti, & difficultas probationis vbi concurrunt poteſt contra doloſum conuentum iurari in litem.*

8 *Clandeſtinitas facit dolum, & præſumi ſcientiam delicti.*

9 *Perſonæ, quæ ob ignorantiam iuris vel facti excuſantur, ſi faciunt actum clandeſtinum non excuſantur.*

10 *Actus per ignorantiã excuſabilis, non excuſatur vbi fit clandeſtinè.*

11 *Clandeſtinitas: vt tollatur ille cui aliqua pars de fructib. debetur, pro ſuo iure & intereſſe poteſt deſcribere fructus in agro pendentes, & prohibere ne fructus colligantur ſine ſui, vel eius nuntij præſentia.*

12 *Socius occupando totam rem cõmunem, & priuando ſocium non excuſatur à crimine ob decretũ Mediolanenſe, quo cauetur, quòd vbi res habet originem à contractu, criminaliter procedi non poſſit.*

13 *Dominus, vel ille cui aliqua pars fructuum pendentium debetur, iurare poteſt in litem contra colligentem fructus contra prohibitionem Domini ſibi factam, vbi dixit velle eſſe præſens collectioni.*

14 *Leges vel ſtatuta non ſeruans, dicitur eſſe in dolo.*

15 *Probandi facultas vbi facto rei ſublata eſt, poteſt contra illũ iurari, & ſtatur actoris iuramento, de quantitate rerum, & æſtimatione.*

16 *Iuratur contra colonos, qui abſque Domino fructus colligunt.*

17 *Clandeſtinus actus qui dicatur.*

18 *Conſuetudo colligendi fructus abſque Domino, cum inducat ad delinquendum, non valet, niſi ſit tanti temporis, cuius initij non eſt memoria in contrarium.*

19 *Probationis difficultas ſi eſt ex malitia & dolo rei conuenti, contra ipſum doloſum, probato dolo poteſt in litem iurari, & iuramento actoris probari quantitas, & æſtimatio rerum amiſſarum.*

20 *Iurari in litem vt poſſit duo requiruntur, dolus rei & difficultas probationis, quæ omnia iuramento actoris probantur, quod iuramentum, dicitur veritatis, & non affectionis. Et vnum ſine altero non ſufficiunt, niſi in actionibus bonæ fidei.*

21 *Probationis difficultas ſi ſit etiam extra naturam rei & negotij iuramento actoris probantur res amiſſæ, damna & intereſſe.*

22 *Teſtes aliàs inhabiles admittuntur vbi ex natura rei & negotij veritas aliter haberi non poteſt.*

Socij,

23 *Socij, amici, parentes, & domeſtici actoris licèt non ſint teſtes pro eo idonei, tamen ad probandum furtum, vel dolum factum in ædibus actoris & ad probandum quantitatem erunt teſtes idonei.*

24 *Teſtes domeſtici admittuntur, & præferuntur alijs ad probandum acta in domo.*

25 *Innocentia rei poteſt probari per eius parentes, fratres, domeſticos & alios teſtes aliàs non idoneos, niſi contra tales teſtes alij teſtes eſſent in contrarium.*

26 *Teſtes de vniuerſitate an & quando admittantur, pro vniuerſitate.*

27 *Teſtes aliàs infames admittuntur ad probandum actum in proſtibulo, quando alij teſtes veriſimiliter haberi non poſſunt.*

28 *Socius criminis non admittitur in teſtem, niſi in ſubſidium, vbi aliter veritas haberi non poteſt.*

29 *Teſtes infames, & aliàs inhabiles admittuntur cum tortura.*

30 *Laici non poſſunt teſtificari contra clericos, niſi quando veritas aliter ſciri nequit.*

31 *Minores 25. an in criminalibus teſtes idonei non ſunt, fallit quando veritas aliter ſciri non poteſt ex natura negocij.*

32 *Teſtes aliàs inhabiles nō admittuntur, vbi alij teſtes idonei in potētia et habitu interuenire potuiſſent, licèt ex accidēti nō interfuerit.*

33 *Probationis difficultas licèt non ex natura rei ſit, ſed alia minor difficultas ſit, locus eſt ipſi iuramento, de quo in hac lege.*

34 *Veritatem aliter haberi non poſſe, niſi à teſtibus, alias inhabilibus aſſerenti, huiuſce incumbit probatio: aliàs non admittuntur, fallit in caſu huius legis.*

35 *Clandeſtinus actus, puta, furtū probari poteſt per coniecturas cum alia probationes haberi non poſſint. Et hoc ſufficit vt deferatur iuramentum actori ſuper quantitate, & æſtimatione rerum.*

36 *Indicia ad probandū dolū debēt eſſe perſpicua, clara & manifeſta.*

37 *Delicti nocturni probationes etiam factæ per coniecturas probant.*

38 *Iuramento actoris quæ in hac lege probari poſſint. & an habeat locum in incidentibus, & acceſſorijs.*

39 *Iuramento quotiens cauſa principalis decidi poteſt, omnes itē articuli incidenter emergentes. ſimiliter iuramento poterunt terminari.*

40 *Rerum appellatione quæ veniant.*

41 *Conſilij ſapientis ſi ex ſtatuti diſpoſitione debeat à iudice ad partis requiſitionem cauſam committere, vtrum, etiam articulus incidens, an cauſa ſit committenda vel ne debeat conſilio ſapientis committi.*

committi. Et inibi, quibus exceptionibus poſſit euitari, quominus cauſa committatur conſilio ſapientis.

42 Sententia principis vel ſenatus ſiue ſint diſſinitiuæ ſiue interlocutoriæ, habent vim generalis legis.

43 Iudex à quo ſicut non põt cognoſcere de appellatione interpoſita, ita etiã nec an cauſa ſit appellabilis, vel tẽpore debito fuerit appellatũ.

44 Appellatio ſi à iudice reijciatur, punitur 30. auri pondo, & ideò ſint cauti iudices admittere, eam ſi & inquantum tenentur de iure.

45 Iudex admittens appel. ſi & inquantũ, à ſe abdicat iuriſdictionem.

46 Statutum de compromiſſis, inter coniunctos faciendis de qualibet eorum quæſtione, habet locum non ſolum in principali, ſed etiam in emergentibus & connexis.

47 Cõpromiſſi, ſeu cõſi. ſapientis petitione, ex ſtatuti diſpoſitione, ligantur manus iudicis: vt non poſſit cognoſcere ſi cauſa eſt compromiſſibilis.

48 Principalem cauſam ſi conſtat non eſſe compromiſſibilem, vel conſilio ſapientis committendam, vel articulus an debeat committi, & ſit compromiſſibilis.

49 Cõpromitti articulus non debet, quãdo conſtat, litem protelandi cauſa, id petit: vel quando tantum dubium eſt in iure, non in facto.

50 Minoris bona quemadmodum non poſſunt ſine decreto iudicis alienari, ita vertente dubio vtrum ſint bona minoris non poterit ſuper eis tranſigi ſine decreto iudicis.

51 Principalis cauſa ſi quolibet tempore poteſt ſummariè tractari, poterunt ſimiliter omnes quæſtiones incidentes ſummariè agitari: idem eſt de cauſa appel.

52 Iuramento actoris probari poſſunt damna expenſæ & intereſſe in contractibus bonæfidei contra reum conuentum doloſum.

53 Argumentum à delictis ad contractus valet in iure, data paritate terminorum.

54 Venditor qui habet facultatem tradendi rem poteſt cogi præcisè manu militari, & per mulctas ad tradendum poſſeſ. realem rei venditæ emptori, nec præſtando intereſſe liberatur.

55 Venditor per conſtitutum non liberatur ab actione perſonali exempto, quando teneatur tradere emptori realem poſſeſſionem.

56 Conſtitutum probat contra conſtituentem, quòd eſſet in poſſeſſione tempore conſtituti, & in præiudicium conſtituentis probat conſtitutum abſque alia probatione.

57 Ficti præſtationem petens ex ſola inueſtitura an habeat intentionem

nem fundatam. Et an & quando ei poſſit obijci à conductore, vel emphyteuta ſibi realem tenutam bonorum datorum inueſtituram, non fuiſſe traditam.

58 *Venditor ſi teneatur præcisè ad traditionem rei, & eam non tradat, poterunt iuramento venditoris probari eius damna, expenſa. & intereſſe etiam ſingulare, rei pretium excedens.*

59 *Venditor, qui dolo ſuo facultatem rei tradendæ non habet, tenetur ad omnia damna expenſas, & intereſſe captiuis, quæ eius iuramento probabuntur.*

60 *Vendens rem duobus inſolidum diuerſis contractibus tenetur pœna falſi & contra eum iurari poteſt in litem, fallit vt ibi.*

61 *Decretum Mediolanenſe, quo cauetur, quòd vbi res habet originem à contractu non poſſit procedi criminaliter, non procedit vbi contractus fuit dolo initus.*

62 *Contrahens multũ æs alienũ ſciens ſe non eſſe ſoluendo, debet detineri, & arbitrio iudicis puniri, nec ad bonorum ceſſionẽ admittitur.*

63 *Mercator fugiens nõ ſatisfactis creditoribus ex decreto Mediolanenſi, ſi capitur, debet furca ſuſpendi, vel ad triremes perpetuò damnari, niſi ſit infra tres menſes in concordia cum eius creditoribus.*

64 *Mercator fallitus non admittitur ad ceſſionem bonorum cum ſemper fuerit doloſus, & fraudator.*

65 *Creditor remittens partẽ debiti mercatori fallito: vt reſiduũ ſoluat, poterit partẽ remiſſam etiã repetere condictione ob turpẽ cauſam.*

66 *Venditor ſi non tradit poſſeſſionem, rei venditæ, quia ſine eius culpa eius tradendæ facultatem non habet, ad quæ teneatur emptori.*

67 *Debitor ſeu venditor rei mobilis in quibus caſibus non teneatur ad intereſſe quantiplurimi, etiã ſi non ſolniſſet debito loco, & tẽpore.*

68 *Valor communis rei dicitur ille, pro quo in foro publico communiter venditur, & non alibi.*

69 *Emens frumentum ad credentiam precio quo valuerit de menſe Maij, non tenetur de iure communi ad ſummam immoderatam, ſi eueniat penuria inſolita.*

70 *Debitor, qui fuit in mora ſoluendi, vel fur tenetur ad intereſſe, ac precium quantiplurimi, & ad æſtimationem momentaneam.*

71 *Argumentum à fure ad moroſum valet. & nu. 80.*

72 *Debitorem iuſta cauſa litigandi excuſat à mora, & ab intereſſe, & ab interitu rei, etiam ſi eſſet depoſitarius.*

73 *Difficultas ſoluendi aliquo caſu fortuito ſuperueniens excuſat à mora.*

mora. & ab intereſſe quantiplurimi.

74 *Iurari poterit in litem per actorem contrà reum, & econtra, qui lite pendente rem litigioſam alteri vendidit.*

75 *Litigioſa res quando dicatur ad hoc vt alienari non poſſit. Et ſit locus pœnæ. & quid ſi lapſa ſit inſtantia.*

76 *Alienãs rem iudicij mutãdi cauſam potentiorẽ, qua teneatur pœna.*

77 *Venditor omni iure agere poteſt ad intereſſe contra emptorem qui percepit fructus rei emptæ, & fuit in mora ſoluendi precium, quod intereſſe eius iuramento probatur.*

78 *Statutum puniens venditorem cenſetur punire etiam emptorem, & econtrà, vbi eſt eadem ratio.*

79 *Statutum de non exportandis bladis non ligat clericos pro bladis bonorum Eccleſiaſticorum. nec forenſes ignorantes.*

80 *Dominus, vel locator poteſt iurare in litem contra colonum vel conductorem, vel eum, qui ſibi locauit operas ſuas, & eas non præſtitit, vel minus rectè, & econtrà, vbi conductori per locatorem res locata non traditur.*

81 *Statutum in venditione, habet locum etiam in locatione.*

82 *Colonus, vel conductor, quando ab emptore, vel ſingulari ſucceſſore expelli nequeat.*

83 *Locator contra conductorem non reſtituentem rem conductam iurat in litem, & hoc caſus, quando conductor teneatur ad damna & intereſſe, & quando non.*

84 *Aliena negotia tractantes, tenentur de adminiſtratis librum, & inuentarium tenere, alias poteſt contra eos iurari in litem, quod etiam in perſonis Eccleſiaſticis procedit.*

85 *Iurari in litem regulariter non poteſt niſi contra doloſum. Fallit in actione tutelæ, & curæ. quia contra tutorem, & curatorem ob vorum latam culpam iurari, in litem poteſt.*

§. IIII.

1 PRIMO itaq; † amplia iſtam l. ſi quando. C. vnde vi, & d. ca. fin. & c in primis. verſicu. glorioſus 2. quęſt. 1. & alia iura quibus cauetur, quod contra violentum probato prius per teſtes, ſeu alio modo legitimo de violentia, quod res amiſſæ, occupare, vel vſurpatæ, tam reſpectu quantitatis, quàm æſtimationis, probantur ſolo iu-

ramento paſſi uiolentiam contra ipſum uiolentum, proce
dere,ſiue fuerit uiolentia expulſiua, ſiue ablatiua, ſiue tur-
batiua,ſiue compulſiua,ſiue inquietatiua, ſiue alia quæuis
uiolentia:probata enim uiolẽtia, cenſetur probatus dolus.
Alexan.conſ.103.Videtur col 1.2.& 3.uol.1 Cyn.hic col.1.
uer.ſed quæritur Ang hic, & Sal.in 5.q Iaſ.hic col.1.& col.
antep.nu.44.uerſ.quero ſucceſſiuè Inn.d.c.fi.col.1.& 2.ubi
etiã Anto de But.& Bald col 1.Abb Panor.col 1.& 2.cum
ſequen.Pet de Anch.Io.de Imol Hoſt.& alij ext quod met.
cau.Nico.Boe.deciſ.55.Quia ſuprà col.1.in 1 part.Ang § ex
maleficiis col.5.uerſi.& aduertas.ubi etiam Iaſ nu 90.uerſ.
aduertite inſtit de acti.glo in ca fi.uerb iurauerit.3 q 3.ubi
Archid.& alij gl.c.dilecti.uerb.cum iuſtis ubi Sebaſt.Sapia.
in addit.ad Abb.& alij moder de for.compe Bal.d.l.1.nu 2.
uerſi.ſed unum.C.quod met.cau Sali l qui accuſare in fi.
ubi alij doct.C de edend ſumma Ang uerbo,metus nu 12.
uer.utrum probanti.Sal.l.1.col.12.nu 28 uerſic tamen pro
clariori ibi, probatur etiam per iuramentum ubi alij doct.
C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.

2 ¶Secundò amplia † hanc legem, & iura, de quibus ſuprà
procedere etiam ſi nulla interueniſſet uiolentia,dummodò
exportantes,uel rapiẽtes bona, iuiſſent cum armis,ſeu alio
modo parati uim facere, ſi reſiſtentem inueniſſent:nam ta
les habentur perinde,ac ſi uim intuliſſent,quantũ ad hoc vt
quantitas & ualor rerũ contra eos probari poſſit iuramen
to, & ut teneantur etiam actione ui bonorum raptorum.
Alex.d conſ.103.col.2.nu.9.uer.plus dicit. Io.And.in addi.
Spec.tit.de rapt.§.1.in prin.text.l qui iniuriæ.ff.de fur.text.
& glo.in l.ſi quis ex domo.ff.de furt.Corſ.ſing.ver.vis l.2.§.
damni.ff vi bon.rap.glo.inſt.vi bo.rap.in princ.Bald.l.1.C.
3 vti poſſi.Et ſi quis † audita fama,quòd armati veniant con
tra ſe relictis rebus aufugit,illi armati, qui veniebant cõtra
fugientem,tenentur de omni damno,& intereſſe, & rebus
amiſſis fugientis,etiam ſi non per armatos venientes cõtra
fugientem, ſed per tertium fuiſſent bona occupata:quia ta
les armati tenentur ad reſarciendũ ipſas res & ſeu pretium
rerum,damna & intereſſe fugientis, & ſolo iuramento fu-
gientis probantur res amiſſæ, & earum quantitas ac valor,
&

& damna ad intereſſe Inn.d.ca.fi.col.2.ver.item nobis vſq;
ad fi.ibi,& tenerentur armati.& ibi Abb.Panor.col.4 uerſ.
ex hoc infertur vbi etiam Ant.de Butr.col.2.in fi.num.12.
& 13.ver per prædicta in fi.vbi etiam Ancha.col. 2 l.ſi cum
exceptione.§ in hac &.§.Pedius.ff.quod met.cauſa. Nam
ſciens gentes armatas venire contra ſe non tenetur expecta
re:ſicuti nec ille contra quem irruit Titius cum armis tene
tur expectare quòd Titius illum percutiat, ſed poteſt ſe de-
fendere: & quicquid egit contra Titium, dicitur feciſſe ad
ſui defenſionem. Bart.l.ſed & ſi quæcunq; per illum tex.ff.
ad leg.Aquil.Alexan.conſ.109.vol.1.Cæpol.conſi.29 Lud.
Carrer.in pract.crim.§.homicidium circa quartū nu 127.
ver.facit dictum. Fallit vbi armati non veniebant contra
me, ſed ad alia ibant loca,vel fuit vanus timor: tunc enim
ſi aufugio,& patior damna, & amitto res, ipſi armati non
tenentur & ita loquitur tex.in l.metum autem præſentem;
vt declarat glo.ff.quod met.cau Innoc.Abb.& Butr.d.ca.fi.
& ita etiam loquitur l.2.§.ſi quis autem &.§.proinde.ff.de
vi & vi arma aliàs ſecus,ſi veniebant contra me, & fuit pro-
babilis timor,quia tunc tenentur,& poteſt contra eos iura
ri.Innoc.Abb.& Ant.de Butri.d.c fin.l.1.§.idem Labeo ait
cum &.§.ergo etiam & l.4.§.qui armati venerunt.ff.de vi
& vi arma.& licèt vbi armati non occupant, non tenean-
tur interdicto vnde vi.d.l.3.§.ſi quis autem & l.3.§.non ſo
lum.ff.de incen.Ruin.naufr.tamen tenentur tales armati
etiam pro rebus,quas alij abſtulerunt ob dolum armatorū
venientium contra fugientem, & ipſæ res amiſſæ proban-
tur contra armatos iuramento fugientis Inno.Abb.Bur.&
4 doct.d.cap.fi.Sic & † timor belli armorum idem operatur,
quòd bellum,vt conductoribus debeat fieri remiſſio Corſ.
ſing.ver.metus vbi dicit quòd conductoribus gabellarum
debet ita fieri remiſſio ob ſuſpicionem belli, ſicuti ob bel-
lum, vbi propter ſuſpicionem belli paſſi fuerunt damna.
Sic & confeſſio dicitur metu tormentorum facta, & non
valet, niſi ratificetur non ſolùm ubi tormenta fuerunt ad-
hibita,verum etiam ubi fuit terror tormentorū:puta, quia
confeſſio facta fuit in loco tormentorū, uel prope tormen
ta, uel per alligatum in uinculis ſeu funibus tormentorū.

cum comminatione inferendi tormenta, vel per ſpoliatum, vt torqueretur Tho. Gram. conſil. 15. Viſo col. 4. verſic. quò ad tertium Hipp. de Marſi. prac. crim. §. ſecunda nu. 31. Bar. l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. Doct. l. 2. ff. de cuſtod. reo. text. vbi Bar. l. nouiſſimè. ff. quòd falſ. tutor. autho. Salic. l. 3. C. de cuſto. reor. Angel. l. item apud Labeo. §. quæſtio. ff. de iniur. Gand. tract. mal. rubri. de quæſt. ver. dictum eſt ſufficit enim iuſta cauſa timoris periculi, licèt periculum non venerit l. habitatores. §. fi. ff. locat. Dec. l. vt vim col. 3. nu. 10. verſi. vnde ſi probo. ff. de iuſti & iur. Rip. tract. de peſte in 2. parte, quæ incipit, Venio ad ſecundã partẽ. i. ad ſpecialia nu. 26.

3 ¶Tertiò amplia † procedere etiam ſi violentiæ, vel timor violentiæ non interueniſſet, ſed clandeſtinè factum fuiſſet furtum: quia conſtito legitimè ꝙ Titius commiſit furtum cõtra me, etiã abſque vi & timore violentię, debet ſtari iuramento meo contra ipſum furem, de quantitate, & æſtimatione rerũ. Iaſon hic, col. 8. ver. an autem iſta lex. & Ang. hic, ver. ſtatur etiam. Alb. de Roſ. hic verſic. ſed nunquid. & Bald. hic, nu. 3. Inn. d. ca. fin. col. 1. & col. 2. ver. ſed in furto. vbi etiã Bald. col. 1. verſi. quæro quid. & Abb. Pan. col. 2. verſic. idem etiam concludit in furto. & verſic. ex hoc infertur & Anto. de Butr. col. 2. verſi. idem ſi agatur furti. & Anch. colum. 2. verſic. quæro textus & verſ. de quo, vbi etiam Hoſt. & Ioã. de Imol. & alij per gloſ. ibi, verſicu. ex maleficio. ext quod met. cau, Bald. ca. 1. §. iniuria col. 3. verſ. quæro an res. de pac. iur. firm. vbi allegat Innoc. d. ca. fin. & ſequitur Barb. in apoſti. ad Bald. d. §. iniuria. Pau. de Caſtr. l. ſi creditor. C. de pign. act. Abb. Pan. cap. bona fides. extr. depo. Ang. Are. d. §. ex maleficijs col. 5. ver. aduertat. & ibi Iaſ nu. 91. ver. habet etiam. inſt. de act. Bald. l. ſi res verſic. in text. in fin. vbi etiam And. Bar. C. de ordin. cog l. cum furti. vbi glo. & docto per illũ tex. ff. de in lit. iu. Alexã. l. 2. in fi. ibi, verum eſt. vbi alij docto. ff. de dam. infe. Bald. l. nauta. §. quæcunque. ff. nau. caup. ſtabu. vbi Barb. & Mod. in apoſt. & eſt cõmunis opin. ita dicit D. Hier. Gratus præceptor meus conſi. 61. In cauſa col fin. nu. 16. & conſ. 100. Viſis col. 2. num. 9. vol. 2. Vnde probato ꝙ Titius aperuit crumenam, vel valiſiam, aut capſam, vel quod in horreo, vel cella vinaria, aut apotheca alterius fuit furando,

do,licet nō poſſit probari quantitas rerū,debet deferri iuramentū illi qui paſſus fuit furtum ſuper quātitate & æſtimatione rerum,quę dicuntur ſubtractæ,& ſecundū illud iuramentū debet fur condemnari propter odium furis,& difficultatem probationis vt dicit Inno.d.c.fi.col.1.2.& 3.vbi alij doct.de quibus ſuprà Iaſ.hic & doct.de quibus ſuprà.
6 ¶Quartò amplia † iſtam legem & prædicta omnia iura procedere non ſolum in furto,verumetiam in omni clandeſtinitate & contra omnem facientem actum clandeſtinum: quia propter difficultatem probationis & dolum malum, qui præſumitur adeſſe in faciente actū clandeſtinū, poteſt probato prius per teſtes ſeu alio modo legitimo actu clandeſtino, iurari contra facientem actum clandeſtinum de rebus ſubtractis,vel amiſſis,damnis,& intereſſe,illius cōtra quem factus fuit actus clandeſtinus Iaſ.hic col.8.num.44. verſ.quæro ſucceſſiuè.in fi.ibi,& clandeſtinitatis. Bal.l.vnica ver.modo cōtra hoc oppono.vbi etiā Barb.in apoſtil.C. de ſent.quæ pro eo quod intereſt text.in l.ſemper.§.in hoc interdicto . in fi.ff.quod vi aut clam.arguendo ex illa rub. verbo, aut clàm.vt facit in ſimili Inn.in d.c.fi.col.1.in fi.& idem voluit Inno.Bal.Abb.But.Anch.& Imo.in d.ca.fin.&
7 probatur:quia vbicunq; † eſt dolus conuenti, & difficultas probationis, poteſt contra doloſum conuentū iurari in litem: & per iuramentum contra eum probantur damna & intereſſe. Bal.d.c.fi.col.1.ver.& ratio ſpecialitatis. vbi Ant. de But.col.1.nu.4.cum ſeq.& col.2.Anch.ibi, col.2.verſ.& idem eſt, vbi non deprehenditur glo.§.fi.verbo, probat. vbi etiam Arc.& doct.inſtit.de verb.oblig.Sed clandeſtini-
8 tas † facit probari dolum, & præſumi ſcientiā delicti & impedimenti.D.Mar.Soc.Iu.conſ.13.Thematc num.49.vol.2.
9 Bal.conſ.441.Viſis col.fi.vol.5.Et clandeſtinitas † operatur quod etiam illæ perſonæ ſpeciales quæ ob ignorantiā iuris vel facti excuſantur, quod tamen non excuſantur, vbi faciunt actū clandeſtinū:quia probata clandeſtinitate,cenſetur probatur dolus. Rom.ſing.714.Reg.eſt glo.l.1.vbi etiā Bald.C.de interd.mat.& in l.qui contra.C.de inceſt nupt. tex.in l.fi.ff.de rit.nup.Io.de Anan.c.cū ex iniuncto col.2. nu.4.& 5.extr.de hæret.vbi dicit,quòd omnia iura excuſan-

tia mulieres & ruſticos & alios propter ignorantiam, quòd
non procedunt vbi faciunt actum clandeſtinum: quia ex eo
probatur dolus. Caſte. in add. in d. ſing. 714. Felin. c. conſul-
uit col. pen. ver. glo. in ver. lucem de offic. & poteſt. iud. de
10 lega. & † actus per ignorantiam excuſabilis non excuſatur
vbi fit clandeſtine, ex quo ex actu clandeſtino ꝓbatur ſcien
tia, malitia, ac dolus c. cum inhibitio. de clandeſt. deſpon.
Rom. conſ. 506. In re præſenti col. 1. nu. 5. ver. his tamen. vbi
dicit cõmuniter iſtud, teneri, vbicunque enim facto rei eſt
iniecta difficultas probationis põt contra eum iurari, & ſibi
& non alij debet imputari Bal. l. qui accuſare col. 1. ver. item
fallit. & ver. item dico. C. de eden. Bal. d. c. fi. col. 1. Et omnia
iura & authoritates ſuperius allegatæ, quòd lex iſta procẽ-
dat contra furem, faciunt etiam in hoc quòd procedant
contra facientẽ actum clandeſtinum: cum furtum à furuo
græcè, id eſt, nigro dicatur, eo quòd clam fiat l. 1. ff. de fur.
vbi text.& alij Doct.ff.de admin.tut.Bald.conſi.353 Ad euidentiam vol 1.Ange.conſi.277.Tutor.col.pen num.5. ver.de tertio,& nu.6.verſi.ideò,& conſi.286.Quoniam col. fi.in fi.& conſi.308.Portio.Anch.conſi.316.In cauſa col 1. Bar.conſ.150.Cùm prædicta.Doc.l.cum tale.§.1.ff.de cōd. & demon.per illum tex.Abb.Dec.& alij c.ex parte,vbi Dec. col.pe.de appellati.Vital.de Cambanis tract.clauſularum, in clauſula.Nil nouari inuentarij confectione pendēte per totum,maximè col.10.ver.prædicta vera. Spec.tit.de inſtrumentorum editione.§.dicto de impugnatione teſtamenti. per totum,& titul.de tutore.§.generaliter.Corn.conſi.197, Ad euidentiam col.pen.& fi.vol.3 Grat.conſi.23.In cauſa. num.7.vol.1.Pau.de Caſt conſi.124.In cauſa,col.fin.vol.1 Ioan.de Imol.l.cum ſeruus,num.2.de condi.& demon.per illum text.in quibus locis communiter Doct.ipſi dicunt,ꝙ tutores & curatores omnes minorum,adultorum furioſorum,mentecaptorum,hæreditatis iacentis, bonorum abſentis,ventris prægnantis,ſurdorum,hoſpitalium, & ſimilium,ac Publicani,Datiarij,Theſaurarij, Collectores pecuniarum vel annonæ,Hoſpitalarij,Caſtaldi, factores, negotiorum geſtores,procuratores ad negotia vel iudicia,ſindici,executores teſtamentorū vel aliarum rerum, & denique omnes negotia aliena vel communia adminiſtrātes, quòd tenentur reddere rationem iuxta verbum ſacri Euangelij, Redde rationē villicationis tuæ.Et quia caput rationis reddendæ eſt exhibere inuentarium,ac librum rationū, quòd tenentur ad omnē requiſitionē,illius cuius res vel negotia fuerunt adminiſtrata,exhibere inuentarium, ac librum rationum quotidianarū, in quibus appareant deſcripta bona res,ac iura,redditus,& introitus,ac expenſæ, debita,& credita,accepta,& ꝑ eos expenſa,& prouentus omnes.Et ex ipſo inuentario,ac libro rationū conueniri poterunt & conuincentur.Alioquin ſi dictum inuentarium,ac librū rationum quotidianarū non exhibeant,ſiue de iure,ſiue de facto adminiſtrauerint, ꝙ contra eos in litem iurari poterit per illos,quorum res vel negotia fuerunt adminiſtrata, & ex ipſo ſolo iuramento,præuia tamen ſemper iudicis taxatione, contra ipſos adminiſtrantes, probabuntur res, rerū quan-

ritates,qualitates,pretium,redditus,fructus,æſtimatio,damna, & intereſſe, in quibus omnibus dicti adminiſtratores & alij omnes præmiſſi erunt condemnandi. Et hæc eſt vera, & communis opinio:vt habetur reſpectiuè per Doct.omnes in locis ſuperius memoratis, in quibus ipſi omnes vnanimes dicunt tale iuramentum deferri debere. Licet Iaſ.conſi.174.Spectabilis vol.2.voluerint ob inuentariũ,ac librum rationum non confectum,cùm ſit dolus in omittendo, & dolus præſumptus,nõ poſſe deferri iuramentum in litem: tamen in hoc, quòd imò deferri poſſit eſt communis opinio,etiam quòd dici poſſet dolus in omittendo, & præſumptus:quia poteſt & debet nihilominus deferri tale iuramentum, & iſtam eſſe communem opin.atteſtatur D.Carlo. Molin.in addit.ad Alex.in conſi.214.Quando vol.8.& Iaſ. in dic.conſi.174.Loquitur contra text.in d.l.tutor qui repertorium ergo non recedas ab ipſa communis opin.ca.ne innitaris, de conſtit.maximè per generalitatem text.in l.in actionibus & per totum tit.ff.de in lit.iur.arg.l.fin §.inter cætera.ff de lib.leg.& l ſi ita fuerit,verſi.in reliquis, de teſt. manu Soc.conſi.2.Sequendo vol.1.

¶Addo ego,ꝙ non ſolum præmiſſi, verum etiam Epiſcopi, Prælati,Præpoſiti,Abbates, Cõmendatarij,Canonici,Rectores Eccleſiarũ, & denique omnes perſonæ eccleſiaſticæ, qđ de rebus omnibus Eccleſiarũ ſuarũ mobilibus, & immobilibus,ac iuribus,ꝙ tenentur cõficere inuentarium, ſiue deſcriptionẽ,alioquin cõtra eos in litem iurari poſſet per ſucceſſorem eorũ ſeu ipſorum ſuperiores vel alios,ad quos ſpectat ab eis rationem petere de prædictis c.de Siracuſanæ ver. rerũ deſcriptione diſt.28.gl.c.manifeſta.12.q.1.Spec.d.§.dicto de impugnatione, & d.§ generaliter.Barb.cõſ.60.illud col.2.verſi.ſimile, quod vol.3.Et ad præmiſſa etiam tenentur rectores hoſpitalium clementi.quia contingit,de religi. domib.iunctis ſuperius per me adductis num.83.verſ.item iurari. & iunctis not.per Socin.Dec.Rom.Pau.de Caſt.& alios ſuperius memoratos, iſti enim æquiparantur tutoribus,Soci.d conſi.213.Cùm in præſenti.col.2.vol.2.

¶Notabis perpetuò, quòd licet regulariter in litem iurari non poſſit,niſi contra illum, qui eſt in dolo adeò, ꝙ culpa

non ſufficit; text in d.l.in actionibus.ff.de in lit.iurand. Et dixi ſupra in quinta ampliatione,nu.19.Tamen ſpeciale eſt in actione tutelæ ac curæ:vt contra tutorem ac curatorem, iurari in litem poſſit, non ſolùm propter eorum dolum,verum etiam propter eorum culpam latã, aut leuem, etiam ſi dolus abeſſet, tex in l.alio iure, & ibi gloſſ.Salic & Doc.C.de in lit.iurand.Doct.d.l.in actionibus, & hic, Bar. conſi.150.Cum prædicta. Ancha d.conſi.316.Et in tutore, ac curatore, ſicuti & in omnibus aliis adminiſtratoribus negligentia dicitur lata culpa. Ergo propter negligentiam tutoris ac curatoris contra eum in litem poteſt iurari, & & res,rerum quantitates,fructus,damna,& intereſſe minorum,contra tales tutores ac curatores negligentes, probabuntur ex iuramento in litem, per adultos contra eos præſtando Socin.conſi.2.Sequendo col.2.in fi.verſi.concluditur ergo in fi.cum ſeq.vol.1.vbi etiam inquit, ꝙ talis negligentia dicitur peccatum mortale, & allegat gl.ca.quoq; de offic.Archid.& Hoſt.c.inter cætera de offic.ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator bona immobilia minorum alienare non poteſt: vel ſuper eis tranſigere, niſi ex iuſta cauſa, & decreto iudicis, quæ iuſta cauſa debet apparere inſtrumentũ cũ perquiſitione iudicis.*

2 *Minorum bona vt vendi poſſint, quæ debeant interuenire. Et quibus ſolennitatibus fieri debeat venditio.*

3 *Tutor vel curator ſine ſolennitatibus requiſitis bona minorũ alienans dicitur eſſe in dolo, & contra eum poterit in litem iurari, & etiã extra ordinem puniri: idem erit & contra prælatum bona eccleſiæ ſine iuſta cauſa, & ſolennitate requiſita locantẽ, vel alienantem.*

4 *Communitas vniuerſitas & reſpub.tia æquiparantur minori, vnde contra ſyndicos earum poterunt in litem iurari, ſi ij earum bona temerè alienauerint.*

5 *Hoſpitalium miniſtri tenentur ſi ſine iuſta cauſa, & ſolennitatibus requiſitis hoſpitalium bona alienauerint. Et contra eos in litem iuratur, & etiam contra dictorum bonorum emptores.*

6 *Emptor & venditor ſunt correlatiua, & diſpoſitum in vno cenſetur etiam in alio diſpoſitum, ſi ſit eadem ratio.*

Emens

7 *Emens res minoris ſine requiſitis ſolennitatibus perdit pretium: fallit vt ibi.*

8 *Minoris, Eccleſiæ, ſeu ſimilium. ſi bona minus ritè fuerint per eorum adminiſtratores, & velint ea recuperare, qua libelli formula in iudicio vti debeant, ne teneantur dominium rerum alienatarum ad ſe ſpectare, probare.*

9 *Iurari in litem poterit contra tutorem, vel curatorem, qui non ſeruatis ſeruandis, adminiſtrauit: idem procedit in quolibet alio adminiſtratore.*

10 *Tutor. vel tutrix, qui ſcit ſe tutela priuatum, debet adminiſtratione abſtinere, aliàs contra eum in litem iuratur.*

11 *Tutor, vel curator immiſcens cum ſuis, redditus bonorum pupilli dicitur in culpa, & contra eum in litem iurari poterit: idem ſi in proprios vſus conuertit, vel dilapidauit.*

12 *Libri rationum tutoris, vel curatoris ſi ſint confuſi, contra eos in litem iuratur, idem ſi ÿ exactas pecunias in libris non conſcripſerint vel in rem pupilli verterint.*

13 *Mēdax tutor vel curator, eſt in dolo præſumpto, & ideò cōtra eū pōt in litē iurari, et ob hoc vti ſuſpectus ab adminiſtratione remoueri.*

14 *Tutor, vel curator ſcribens in libro rationum tantum data, & non accepta, dicitur eſſe in dolo, & ideò contra eum in litem iuratur.*

15 *Tutor, & curator, quemadmodū bona ſua prudēter locat, idē debet facere de bonis minoris, nec excuſatur, dicens ſe pro minoribus id facere non potuiſſe, ſi pro ſe fecit, & contra eum in litem iuratur.*

16 *Tutor, vel curator negligens tenetur minoribus ad damna & intereſſe ob eius negligentiam paſſa.*

17 *Tutor, vel curator qui nomina debitorum non exegerit, & facti ſint non ſoluendo, vel exacta non poſuerit ad honeſtum lucrum, vel in emptionem prædiorum tenetur de ſuo minori ſatisfacere de eo quod veriſimiliter lucrari potuiſſet, fallit ibi.*

18 *Tutor pecuniam pupillarem in negocio non conſueto ponere non debet, aliàs tenetur ad omne damnum, & cum ſoluendo exiſtentibus actus pupillares agere debet, alioquin contra eum in litē iuratur.*

19 *Tutor negligens redimere bona minoris tenetur ad intereſſe.*

20 *Tutor, & curator minores indefenſos relinquere non debet, ſed pro eis comparere tenetur, aliàs ad intereſſe tenetur.*

21 *Tutor vel curator quando teneatur appellare à ſententia contra minores lata.*

22 Minorum bona, ſi ob non ſolutum canonem, incidant in commiſſum tutores, ſeu curatores tenentur ad intereſſe.

23 Hæreditas minori damnoſa à tutore adiri non debet ſine beneficio legis & inuentarij, aliàs tenetur.

24 Tutor ac curator tenetur pro minore facere quod diligens paterfamiliàs faceret, alioquin tenetur de ſuo: & dare operam debet vt minor in ſcientia, vel artificio inſtruatur.

25 Tutor ſcienter indebitum ſoluens eſt in dolo, & contra enim in litem iuratur. Idem ſi deferat iuramentum aduerſario cum habeat probationes.

26 Adminiſtrator, rei alienæ tenetur parti exhibere inuentariū, ac librum rationum, ac pati q̄ copia omnium per partem extrahatur.

27 Mater, vel auia maior. 25 annis infrà annum tutorem impuberi decerni non petens, dicitur eſſe in dolo, & priuatur ſucceſſione filij, & contrà eam in litem iurari poteſt, & quid ſit in dominio Mediolanenſi.

28 Liber rationum tutoris, vel cuiuſlibet alterius adminiſtratoris, qualis eſſe debeat ne ad intereſſe teneatur.

29 Bona immobilia in inuentario per tutorem, qua forma debeant deſcribi, nè ad intereſſe teneatur, & qua forma item mobilia.

30 Inuentarium iurium & actionum pupillorum quomodo à tutore fieri debeat ne contra ipſum tutorem iurari in litem poſſit.

31 Liber rationum adminiſtratoris rei alienæ, qualis eſſe, & continere debeat ne contra eum iurari poſſit in litem.

32 Liber rationum tam publicarum, quàm priuatarū requiritur diem, aliàs nihil valet, nec probat pro ſcribente, ſed contra ſcribentem.

33 Tutores prohibiti à teſtatore conficere inuentarium: tenetur tamen conficere librum rationum; aliàs contra eos in litem iuratur.

34 Habilitatus reſpectu vnius impedimenti, non cenſetur habilitatus reſpectu alterius impedimenti.

35 Adminiſtratores qui tenentur inuentarium, & librum rationum facere, ſi iurent ea perdidiſſe, eis non creditur, niſi hoc probent, ſed contra eos in litem iuratur.

36 Tutores vel adminiſtratores qui tenentur inuentarium, & librum rationum facere, non excuſantur ſi dicant ſe ſemel reddidiſſe rationes, producendo inſtrumentum eorum liberationis, quominus iterum ea edant, etiam ſi dicant ea eſſe apud factores, qui ipſa non exhibent.

37 *Tutores, & alij adminiſtratores excuſantur, ſi ex iuſta aliqua cauſa inuentarium, & librum rationum non confecerint, quod proſequere, vt ibi.*
38 *Exceptio nullitatis actus, vel contractus nunquam cenſetur excluſa.*
39 *Exceptio notorij nunquam cenſetur remota.*
40 *Contractus quando dicatur doloſus.*
41 *Iuris ignorantiam an quando, & quos excuſet à dolo.*
42 *Errantibus in iure naturali non parcitur.*
43 *Notoria ignorans præſumitur doloſus.*
44 *Doloſus præſumitur, qui agit contra ius ciuile originem trahens à iure naturali.*
45 *Ignorantia ſtatuti vel legis prohibitoriæ non excuſat à dolo.*
46 *Ignorare iura, quæ non reſiſtunt actui, ſed illi non aſſiſtunt, non dicitur dolus, ſed lata culpa.*
47 *Lex quando dicatur actui reſiſtere.*
48 *Contractus celebratus ſine ſolennitate à ſtatuto requiſita eſt ipſo iure nullus, & præſumitur doloſus & nu. 50.*
49 *Forenſis à ſtatuto in territorio acquirere immobilia prohibitus, ſi acquirat, ea nunquam præſcribit.*
50 *Tutores inuentarium vel librum rationum ob ignorantiam facti non conficientes excuſantur à dolo, & lata culpa.*

§. V.

DICAM cũ vergiliana Didone, Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. cum enim parentibus meis defunctis dum eſſem minor, bona mea à multis dilapidata fuerint quæ pro maiori parte poſteà recuperaui, ad ſubueniendũ minoribus, ac adultis, hic aliqua inſeram ad reprimendum doloſos vel negligentes tutores, & cũratores, cum minoribus, ſit fauendum toto titulo. ff. de minor.

1 ¶Scias ergo † quòd tutor, ac curator bona minorum immobilia, vel iura ſuper eis conſiſtentia, vel quæ per minores vel eius maiores poſſiderentur, quòd non poteſt vendere, nec permutare, nec ſuper eis tranſigere abſque cauſa iuſta, & neceſſaria alienandi: puta, ob æs alienum per minores ſoluendum l. ob æs, & per totum titulum. C. de prædiis.

minorum l.magis puto.& per totum tit.ff.de rebus corũ. Curt.Iun.conſ.29 Habita in 1 part.l.non ſolùm.C.de prædijs minor. Et ſimiliter ea alienare non poteſt abſque decreto iudicis.d l.non ſolùm, & l.1.l.magis puto.ff.de reb. cor.Et antequàm præmiſſa alienet, debet per aliud inſtrumentum præcedens facere perquiſitionem cum iudicis au thoritate,an ſubſit æs alienum,vel cauſa alienandi, quæ ſit iuſta,ac neceſſaria,& an ſint primò nomina debitorum,vel mobilia, vel alia bona etiam immobilia quæ cũ minori diſpendio minorum alienari poſſint, reſeruando minoribus bona immobilia,minoribus vtiliora. Et iudici,ac tutori,& notario quod ſit facta hæc diligens perquiſitio non creditur, niſi de ea conſtet per aliud publicum præcedens inſtrumentum. Curti.Iun.d.conſi.29.Habita text.d.l.magis
2 puto per tot.Et antequàm bona † minorum alienentur, debet prius ſubhaſtari, & in locis publicis præfigi ſchedulæ; notificando quòd dabuntur plus offerenti Bal l.ordo. col.2.verſic.ſed tu.C.de exequu.rei iud.& in auth.hoc ius porrectum,C. de ſac.ecc.Bart.l.ait prætor.§. ſed hodie,& ibi etiam Bal ff.de minor. Et vbi præmiſſæ non ſeruentur ſolennitates, non valent alienationes in præiudicium minorum d.l magis puto.per tot.d.l non ſolùm. Curti.Iun.
3 de conſ.29 Habita.Vbi ergo tutor † aut curator bona minorum abſque præmiſſis,& aliis iuris ſolennitatibus alienauerit, dicitur eſſe in dolo, ex quo contra legum interdicta contraxit l.quemadmodũ in fi.C.de agrico.& cenſi lib.10. l.non dubium.C.de legib.l.iubemus nulli.C.de ſacroſ.Eccleſiis, & magis in ſpecie iſtud voluit Deci.d.conſil 178. In cauſa col.2.verſ Et caſu.Anch conſi,316.In cauſa col.1. cum ſeq.R uin.conſ.29.Plura.verſ ſuper quarto in fi.vol.5. Soc.conſi 46.Cùm in præſenti col 2.verſi.circa ſecundum, vol 1.& conſ 213 Cùm in præſenti col.2.verſi circa ſecundum, & verſi prima pars vol.2.tex in d.l. tutor qui repertorium, vbi doct ff.de admin tuto.Ergo contra tutorẽ & curatorem abſque præmiſſis ſolennitatibus,& aliis de iure ſeruandis nõ ſeruatis,alienantẽ bona minorũ,poterunt minores in litem iurare,& eorum iuramento probabitur eorum res,rerũ quãtitas,fructus,æſtimatio,ac intereſſe, in quibus

tutores

tutores ac curatores alienantes debent condemnari erga minores. Dec.Anchar.Ruin & Soc.in locis de quibus ſuperius memini: imò tales tutores ac curatores extraordinem etiam puniri poterunt l in eos.vbi text.Bar.& doct.ff.de tutel.Et ſi poteſt in litem iurare cōtra tutores, ac curatores alienantes bona minorū abſque iuris ſolennitatibus: vt ſuprà dixi: ergo etiam poterit iurare in litem contra prælatos ac rectores Eccleſiarum,qui abſque cauſa & iuris ſolennitatibus bona Eccleſiæ locant,vel alienant, cum iſti æquiparentur tutoribus & curatoribus. Soci.d.conſi.213.Cum in præſenti.col.2.ver.circa ſecundum,& verſi.prima pars.& ver.ſimile videmus.vol.2.arg.c ſi primatum.12 q.1.valet.n. argumentum à minoribus ad Eccleſiam aut piam cauſam: quia Eccleſia fungitur iure minoris ca.1.& ca.auditis.de in integ.reſtitu.D Nicol Euera.in loco 31.ibi,locus à minoribus l.orphanotrophos, & ibi Bal.C.de Epiſcop.& cler.text. clem.quia contingit, & ibi Ioan.de Imo.de religio.domib. gloſ.& doct.l reſpublica.C.quibus ex cauſ maior & in l.3.
4 C.quando ex fact.tut.Et quia communitas † ac vniuerſitas & reſpublica æquiparantur minori.tex.in d l.reſpublica,vbi doct.poterit in litē iurari contra conſiliarios,ſyndicos ac decuriones,& alios qui bona cōmunitatum, vniuerſitatū.aut reipublicæ indebitè,vel abſq; cauſa,ſeu abſque ſolennitatibus iuris alienarunt vel locarunt ſeu adminiſtrarunt,puta abſque inuentario,& lib.rationū, prout in ſimilibus iurari poteſt contra tutorem vel curatorem minoris, Dec.d.cōſ.78.In cauſa col.2.verſ.& caſu.Ancha d.cōſ.316. In cauſa col.1.cum ſeq.Ruin.d.conſ.29.Plura verſic.ſuper quarto.Soc.d.conſ.:6 Cùm in præſenti col 2.verſ circa ſecundum vol 1.& conſ 213.Cùm in præſenti.col.2.volu.2.
5 ¶Hoſpitale & † omnes pia cauſa æquiparatur Eccleſiæ & minorib.l Orphanotrophos, vbi tex.Bal.& Doc.de epiſco. & cler.d clem.quia contingit, & ibi Ioan de Imol.& doct. de relig.domib.Ro.ſing.94 Pridie habui.Nicol.Euerardus d.loco 315.ibi,locus à minoribus.Bal.& doct.l.pupillorū. C.de repu hæredi.Ergo ſicuti iurari poteſt in litem contra tutores ac curatores minorū ſine cauſa, vel ſine ſolēnitatibus iuris alienantes bona minorum,vel ea adminiſtrantes ſine

ſine inuentario, ac libro rationum: ita etiam iurari in litem poterit contra rectores vel adminiſtratores ſeu miniſtros Hoſpitalium ſeu locorum piorum, qui præmiſſa facerent. Dec d.conſil. 178. In cauſa colum. 1. verſic & caſu Anch.d. conſ. 316. In cauſa. Rui. dict. conſi. 29. Plura. ver. ſuper quarto Soci. in locis de quibus ſuprà. Omnia enim priuilegia competentia minoribus, vel Eccleſiæ, competunt etiam piis locis. Nicol. Euera. in loco. 32 ibi, locus ab Eccleſia ad pia loca l. omnia priuilegia, & ibi Bar. & Docto. C. de epiſ. & cleri §. pro temporibus in authe. de eccle. ti.

¶Et ſicuti poteſt in litem iurari cõtra tutores, vel curatores minorũ, vel contra prælatos aut rectores eccleſiarũ, piorum locorum, vel hoſpitalium, vt dixi ſuperius, vbi abſque cauſa iuſta, & neceſſaria, vel abſque ſolennitatibus iuris bona minorũ, Eccleſiæ, aut hoſpitaliũ, vel piorum locorũ alienarunt, aut adminiſtrarunt: vt per Dec. Soci. Rui. & Anch. in conſ. de quib. ſup. Ita etiã poterit in litem iurari cõtra illos, qui cum eis cõtraxerunt, emendo, vel conducendo, vel adminiſtrando, aut acquirẽdo bona minorũ, Eccleſiæ, hoſpitalis, aut piæ cauſæ, abſque cauſa iuſta, & neceſſaria, & abſque ſolennitatibus iuris: quia etiã ipſi dicuntur in mala fide. dicta l. quemadmodũ in fi. C. de agric. & cenſit. Emptor enim
6 † & venditor alienans, & acquirens dicuntur correlatiua nomina: & diſpoſitum in vno vel contra vnum, cenſetur diſpoſitum cõtra alium l. 1. C. de cupreſsis, lib. 11. Iaſ. & Doct. l. fi. C. de indicta vid. tollen. Bal. l. conuenticulã. C. de epiſco. & cler. D. Nico. Euerar. loco. 76. ibi, locus à correlatiuis, tex. & doc. d. l. fi. & in l. fi. ff. de acceptilationibus iura enim omnia punientia vel loquentia contra venditorẽ, videntur etiã loqui contra emptorem, vbi eſt eadẽ ratio. Bart. Io. de Pla. & doct. d. l. 1. C. de cupreſsis, lib. vndecimo, & eſt communis opinio, licet de emptore in legibus, vel ſtatutis nõ fiat mentio. Euerar. dicto loco. 76. ibi, locus à correlatiuis, vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem, & ita etiam inquit Pan. c. quia clerici. de iure patr. Fabia. de Monte S. Sauini tracta. de empt. & vend. quæſtio. 2. princi. Et pro hoc allego text. in c. ambitioſe verſi. & tam qui alienat. ſub rub. de reb. eccle. non alien. in extrauag. vbi Pau. Secundus Venet.

Rom.

Rom.Pontifex, prohibet omnem alienationem rerum Eccleſiæ, emphyteuſim, & locationem vltra triennium fieri. Et ſi fiat vult non valere ipſo iure, & excommunicat non ſolum illum qui alienat, verum etiam illum qui acquirit, vel conducit,ſeu in emphyteuſim accepit vltra triennium Eccleſiæ,& abſque abſolutione perſeuerantes in tali excommunicatione priuat beneficiis,ad idem tex.in l.iubemus.§. ſane, & ibi Bar.Bal.& Doct.C.de ſacroſan.Eccle.qui enim contra iura mercatur,bonam fidem præſumitur non habere:ergo præſumitur eſſe in mala fide dolo:vt eſt tex.in cap. qui contra iura mercatur,& ibi glo.Dyn.& Docto.de regu. iur.in 6.d l.quemadmodũ,in fin C.de agric.& cen.Et quod
7 † acquirens à minore,vel tutore,& curatore, & prælatis,& ſimilibus,vel cum eis contrahens, dicatur in dolo & perdat etiam pretium,vbi ſolennitates iuris,non fuerunt adhibitæ & iuſta cauſa non erat alienandi, eſt text.in d §.ſane, & ibi not.Bald.& Doctores, & clarius per Bartol.Bald.Alber.& Doct.in authen.qui res, iam.vbi Bartol in princ.ibi, dolus cum dolo. & Alberi.nume. 1.verſicu.Iacob.Butri & Bald. verſic.ſed contra hoc.C.de ſacroſanct.Eccle.Doctor.cap.ad audientiam,extrà de rebus Eccleſiæ nõ alienand.vbi Barb. dicta de Prælatis & Eccleſiis extendit etiam ad fauorem Hoſpitalium .Ergo ſi tales acquirentes vel contrahentes ſunt, & præſumuntur in dolo eo ipſo quod ſine cauſa vel ſine ſolennitate contraxerunt, vt dicunt Doct.d authent. qui res iam, & d.l.quemadmodum, & d.cap.qui contra iura.& in l.cum qui.C.de aut.præſt.Barto.Alber.& Bal.d. auth.qui res.Sequitur quod contra iſtos illicitè contrahentes, aut acquirentes abſque cauſa aut abſque ſolennitatibus iuris à pupillis, tutoribus, & curatoribus minorum Prælatis & rectoribus Eccleſiarum,locorum piorum,& hoſpitalium,quod in litem iurari poterit per adultos, vel ſuperiores,aut ſucceſſores,aut alios agentes pro Eccleſiis,aut piis locis,aut hoſpitalibus,& res, rerum quantitas, ac æſtimatio,fructus, damna, & intereſſe,quæ peterentur ab eis, probabuntur contra eos, ex ipſo iuramento, ex quo ipſi contrahentes & acquirentes dicuntur in dolo, vt ſupra fuit dictum, & hoc vbi talia eſſent difficilis probationis: vt

per

per Doct.hic,& per tex.in l.in actionibus.ff.de in lit.iurand. & per ea quæ ſuperius deduxi in verſi.primo itaque amplia. in §.amplia.nu.19.ibi, quinto amplia, iuncta d l.alio iure. Fallit vbi contrahens vel acquirens à præmiſſis erat in bona fide, vel quia erat talis perſona, cui permittebatur ius ignorare:puta, miles.l fi.C.de iur.deli.vel quia adminiſtrator dixit quod erat propria,vel vt talem vendidit.Nam tunc contrahens vel acquirens à præmiſſis ſine cauſa,vel aliis ſolennitatibus non perdit quod dedit, quin repetat ab adminiſtratoribus. Et cum non dicatur in dolo,eo in caſu,non poterit contra eum in litem iurari. Bal.d.auth.qui res, iam col.1.verſi ſed contra, & ibi alij Doc.C.de ſacroſanct.Eccle. gloſſ.& Doct.d.ca.ad audientiam.ext.de rebus.Eccleſ.non
8 alienā.Vnum perpetuo notabis † quod vbi bona minoris, vel Eccleſiæ,aut ciuitatis, vel oppidi, ſiue hoſpitalis,ſeu loci pii,vel alterius etiā priuati,ſunt per tutores,vel curatores, prælatos,rectores, aut negotiorum geſtores,vel procuratores,aliquorum,alienata minus ritè, & minus rectè,quod ſi minores,vel adulti,aut agentes pro minioribus,Eccleſiis locis piis, hoſpitalibus, ciuitate, oppidio, vel alio priuato non poſſint, vel non velint probare dominium, vel poſſeſſionem, vel ius aliquod ipſorum, ꝙ cautela eſt per optima, vt tales dum agunt,quod non intentent, eo caſu,rei vendicationem, vel remedium ca.reintegranda.3.q.nec petitionem hæreditatis,nec à iam actionem:quia tunc tenerentur probare dominium, vel poſſeſſionem, ſed forment eorum petitionem narrando talem contractum nullum, & iniquum minus ritè, & minus rectè factum fuiſſe, narrando cauſas nullitatis & iniquitatis ſimul,vel diuiſim, prout erit in facto, & implorabunt officium iudicis petendo declarari ipſum aſſertum contractum nullum, & minores, aut adultos Eccleſiam ſeu ſucceſſores,Hoſpitale, ciuitatem,vel oppidum,& ſimiles, quorum nomine initus fuit cōtractus nullus non teneri ad illius obſeruantia, requirendo etiam ſucceſſiuè eadem ſententia condemnari illum qui contraxit,ſeu acquiſiuit nulliter ipſa bona,ad reſtituendum, & relaxandum ipſorum bonorum poſſeſſionem ipſi minori,vel adulto,Eccleſiæ,hoſpitali,ciuitati,& ſimilibus. Nec poterit

ille

ille qui contraxit, vel acquiſiuit contra quem agitur, refer-re quæſtionem dominij, vel poſſeſſionis contra agentē, ex quo ab eo, ſeu ab agentibus nomine illius qui agit, ſiue ab agētibus nomine illorū, pro quibus agitur, habet cauſam. Et quia actor nō fundat ſe ſuper dominio, vel poſſeſſione, nec aliqua actione niſi ſuper dicta cauſa, & ita abſque teſtibus, & abſq; iuramento in litem, & abſque alia probatione dominij, vel poſſeſſionis actor obtinebit, declarari contractum nullum, & ſe, vel eius principalē non teneri ad illius obſeruantiam, & poſſeſſionē bonorū ſibi ſeu eius principali relaxari. Et ita in ſpecie conſuluit Pau. de Caſt. conſ. 105. ſi non intereſſet iuramentum iſtius impuberis col. fi. verſi. ſuper ſecundo nu. 2. vol. 2. & conſi. 76. In facto vol. 2. Bart. l. ſi in alienam col. 2. verſic. Et per hoc dicebam, & ibi alij Doct. ff. ſolut. matri. & in l. ita vt ſi fur. alias in l. commodare. ff. commod. Mariā. Soci. Iun. conſi. 52. vol. 1. Alex. conſ. 1. Ponderatis in fin. vol. 4. Bartol. l. indebiti. §. ſed ſi nummi. col. 1. verſic. nota q̃ condictio. ff. de condi. indeb. l. 1. cum l. ſed ff. de triticar. vbi Doct. per illum tex. l. ſi pignor § ſi prædo. ff. de pign. act. o. tex. d. l. ita vt ſi fur. vbi Doct. om. Paul. de Caſt. latè d. cōſ. 105. Soc. Iun. d. conſi 52. Bar ſed ſi nummi. col. 1. verſic. nota quod condictio. & ibi Iaſ. ver. nota ſecundo. ff. de condic. indeb. Rip. rubr. ff. de interdic. nume. 3. Dec. conſi. 187. Et pro tenui. col. 1. Corn. conſi. 92. Licet, & conſil. 185. Super volu. 4. argu. l. ſi quis conductionis titulo. C. locati. & l. 2. C. de reſcin. vendi. gloſ. & Doc. l. cum res. C. de prob. Soc. conſi. 89. In cauſa col. fi. ver. præterea quan do volu. 1. Bal. c. 1. de contro. inter. domi. & emptor. tex. d. l. ita vt ſi fur. ff. cōmoda. & ibi Doct. Poſſet tamen acquirens ſic conuentus probare contrarium; puta, rem ſuam fuiſſe, vel à ſe prius poſſeſſam modo legitimo, quo caſu tunc non poſſet moleſtari, niſi agēs aliter quàm modo præmiſſo probaret. Cur. Sen. conſi. 70 Super controuerſia. Docto. l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſeſ per illum text. Contra tuto-
9 rem, & † curatorem, qui ex abrupto, vel ſine ſolennitatibus prius ſeruatis adminiſtrauit: puta inuentario, vel libro rationum non confecto, vel ſatiſdatione, & debitis iuramentis prius non præſtitis, vel adminiſtratione ſibi non decre-

ta, &

tã,& confirmatã, aut aliis de iure ſeruandis prius nõ ſeruatis, iurari in litem poterit. Dec.d.conſi.178.In cauſa col.2. ver.Et caſu. Anch.conſi.316 In cauſa col.1.cum ſeq.Rui.d. conſ.29.Plura ver.ſuper quarto in fi.vol.5.Soc.d.conſi.46. Cum in præſenti col.2.ver.circa ſecundã vol.1.&.conſ.213. Cum in præſenti col.2.ver.circa ſecundam. ibi, prima pars vol.2.text.& Doct.in d.l.tutor qui repertorium. Et idem crederem poſſe in litem iurari contra alium administratorem quemlibet qui ex abrupto, vel abſque debitis ſolennitatibus adminiſtrauit per ea quæ ſuperius dixi in verſic.

10 Primò amplia nu.1.ver.item iurari. Tutor, vel tutrix † cum primum ſcit, vel ſcire debet, ſe eſſe priuatum tutela, vel cura: puta, quia ſi eſt mater, vel auia, tranſiuit ad ſecunda vota, vel viuit luxurioſè, quo caſu perdit tutelam, ac curam text. in auth.ſacram.& ibi gloſ.verſi.nupt.C.qñ mul.offic.tutor. fung.vel alia de cauſa tutor, ſeu tutrix ſciret ſe eſſe priuatũ, ſeu priuatã tutela vel cura debet abſtinere ab adminiſtratione: alioquin cõtra eos in litẽ iurari poterit. Anch.conſ.316. In cauſa vbi etiã filiũ contra matrẽ vult poſſe in litem iurare. ſequitur Grat.conſ.23. In cauſa vol.1.facit tot.tit.ff.& C.

11 de his quib.vt indi.cum ibi not.per Doct. Si tutor † vel curator ſeu, tutrix redditũ ad eius adminiſtrationẽ pertinentẽ immiſcuit cum rationibus ſuis, & nõ tenuit ſeparatim, põt cõtra eum in litẽ iurari, dicitur.n.in culpa. Grat.d.conſ.23. col.2.num.16.Soc.d.conſ.159.In præſenti col.2.ver.2.probatur vol.2.iunctis not.per Inn.Ant.de Butr.Imo.& alios c.cum in offic.de teſt. Bal.auth.licentia.C.de Epiſc.& cler.

¶Poterit etiam in litem iurari contra tutorem vel curatorem, ſeu tutricẽ, vel curatricẽ, etiam ſi eſſet mater, vbi redditus vel bona minorũ in proprios vſus expoſuit, vel eorum bona dilapidauit. Grat.conſi 23. In cauſa col.2.verſic.ſed quid vol.1.Soc.conſi.190.Memini col.2.verſi.quarto quia vol.2. Dicitur enim prędo omnis adminiſtrator qui in proprium vſum cõuertit bona adminiſtrationis, & contra eum in litem iurari poterit. Ang.Imo.& Mod l.Pomponius.§.ex facto.per illum tex.ff.de acquir.poſſeſ.matri tamen & auiæ nihil vel parum habenti, vel dotem nõ repetenti à filio, vel nepote ex filio, debentur alimenta de bonis minorũ, & ob

ipſa

ipſa alimenta per eas habita, quæ tamen ſint moderata, non poteſt in litem iurari l.1.§ prætereà ſi matrem.ff.de tut.& rat.diſtra.tot.tit.ff.de alen.vel agnoſ.lib.

12 ¶Libri rationum † vbi ſunt multum defectiui, & inordinati, ac confuſi, vel in eis apparent falſitates: tunc tutores ac curatores & omnes adminiſtratores dicuntur eſſe in dolo ſaltem præſumpto, & contra eos in litem iurari poterit. Soc.d.conſi.190.Memini col.2.ver.ſecundò quod Bart.d.l. tutor qui repertorium nu.21.ver.Item quod dicitur. Arg.l. ſi procuratores.§ dolo.& l.dolus.ff.mand. Vbi tutor vel curator, ſeu quilibet adminiſtrator fructus, aut pecunias, vel aliud exegit vel recepit, & illud quòd recipit non ſcripſit in libro rationum ad capitula eorum, quæ recepit, & hoc cõſtat ex inſpectione libri, quod non eſt poſitũ: tunc dicitur eſſe in dolo manifeſto, & cõtra poteſt in litẽ iurari. Soc.d. cõſ.190 Memini col.2.ver.quartò quia, & conſ.159.In præſenti.col.2.ver.tertiò cõfirmatur vol.2.Ang.Imo.& Mod.§. ex facto.Doc.d.l.alio.C.de in lit.iur.Fallit vbi ea quæ recepit, & non ſcripſit, confeſſus fuit habuiſſe, & probat quod expendidit in vtilitatẽ principalis ſui: tunc enim in litẽ contra eum iurari non poteſt concurrentibus aliis de quibus per Iaſo.conſi.3.Circa primum vol.1.Leges odio habent

13 mendaces, † & ideò tutor vel curator, & quilibet adminiſtrator deprehenſis in mendacio: puta quia dixit ſe non habuiſſe talia bona, vel negauit bona eſſe ſuorum principalium, vel dixit ſe non habere niſi vnum librum rationum, & habebat duos, vel quia negauit poſitiones ſibi factas, & de prædictis conuictus fuit de mendacio, ex hoc ſolo probatur ꝙ ſemper fuerit in dolo, & contra talem mendacem conuictũ iurari in litem poterit: imò etiam tanquam doloſus, & ſuſpectus remouetur ab adminiſtratione. Soc.d.conſi.213.Cum in pręſenti col.1.ver.cõuincitur, & col.pen.ver. quartò, quia & ver.quintò & vltimò, vol.2. Anch.d.cõſ.316. In cauſa colum.1.argu.l.fina: vbi Doct.ff.de rei vend.& l. rem non nouam.§.fin.C.de iud.& prooemij digeſtorũ circa fi.& l.excellentia.C.de erog.mil.an.lib.12. Et idem ſi negauit ſe fuiſſe tutorem, vel factorem, vel ſe adminiſtraſſe, & in hoc de mendacio conuincatur: quia contra eum

in litem

in litem iurari poterit.Soci.d.conſi.190.col.pen & fin Scri
14 bens in libro † rationum expenſas, quas fecit, & non ſcribens omne quod recepit, & omnē reditum ſuæ adminiſtrationis, dicitur eſſe in dolo.Iaſ.d.conſ.3.Circa primū col.2. verſ.quartò moueor.vol.2.Bar.d.l tutor qui repertorium, vbi alij Doct ergo contra eum in litem iurari poterit. Soc. d.conſ 46.Cū in præſenti.vol.1.& d cōſ.190 Memini vol.2. d.l.alio iure,vbi Doct.& in d.l.tutor qui repertorium. Fallit in caſu de quo per Iaſ.d.conſ.3.Circa primum vol.1 de quo ſuprà dixi verſ.vbi tutor nume 211.Tutor ac curator
15 † quemadmodum bona ſua prudenter locat, vel coli facit, vel pecuniam ſuam ad licitum lucrum reponit,idem debet facere de rebus minorum, nec excuſatur ſi diceret ſe non inueniſſe pro minoribus.ſi pro ſe inuenit:quia eſt præſum ptio ꝙ etiam pro minoribus potuiſſet inuenire. & ideò dicitur in dolo,ſeu ſaltem culpa, & contra eum in litē poſſet iurari l tutor, ſecundum dignitatem.§ 1.ff.de adminiſtra. tutor.Rom.conſ.425.Quò ad primum l quicquid.C arb.tute.vbi dicitur, ꝙ tutor ac curator tenetur de omni damno ac intereſſe minoris de quo ſtabitur iuramento in litē præſtando per eúm d.l.alio iure.C.de in lit.iur.cum ibi no per Sal.& per Bar.d.conſ.150.cum prædicta. Pro omni eo, ꝙ minor perdidit,aut amiſit,vel cum daretur occaſio quærendi;non acquiſierit,dolo,aut culpa,lata,vel leui,tutoris, vel
16 curatoris,† tenetur tutor,& curator d.l quicquid. Rom.d. conſi.425.Summa Silueſtrina verſi reſtitutio tertiò.ibi, tertium tutor.Ergo contra eos pro ipſo dolo vel culpa lata vel leui iurari in litem poterit d.l.alio iure, & Salic.& Doct.ibi dicunt ꝙ damna,intereſſe,ac expenſæ, & fructus & rerum quantitates probabuntur tali iuramento,contra tutorē vel curatorē: vt per Soc.d conſ.46.& d.cōſ.213.& d conſ.190.
17 Memini vol.2.Negligentia tutoris † & curatoris & cuiuſlibet adminiſtratoris dicitur lata culpa, & peccatū mortale,ſiue fuerit in non exigendo nomina debitorū, tam reſpectu extraneorū,quàm eius fratrum, quam etiā ſui ipſius,& exacta in nō reponendo ad lucrum honeſtū, vel prædiorū emptionē, ſiue in non faciendo recte coli bona minorum vel ædificia, quæ ruinam minabantur non reparando, ac
reficiendo,

reficiendo, & alia ſimilia non faciendo: pro iſta enim negligentia tutor ac curator tenentur erga minores, qui contra eos in litem iurare poterunt, eorum damna ac intereſſe proprio iuramento probando. Soci.conſi.2.Sequendo. per totum maximè col.2.in fi.ibi, concluditur ergo vol.1. glo.& Doct.c.quoque. de offic.Archi.Hoſt.& alij c.inter cætera. de offic.ordi.iuncta d l.alio iure. cum ibi nota per Sali.& Doct.C.de in litem iuran.& per Roma.d.conſ.425. Quò ad primum.

27 ¶ Debitorum nomina extraneorum † & etiam ſui, & fratrum ſuorum exigere tenetur tutor alioquin ſi efficiantur non ſoluendo, ipſe tenetur, ac etiã tenetur pro eo: quia non repoſuit pecuniam exactam, vel exigendam à debitoribus, in prædiorum emptionem, vel honeſtum lucrum. Socin. d conſ.2.Roma.d.conſi.425.l.2.vbi text.& Doct.C.arb.tutel.l.chirographis.ff. de adminiſtra.tutor.vbicunque enim olim tutores tenebantur de pecunia pupilli fœnerari in vtilitatem minorum, tenentur hodie cum vſuræ ſint prohibitæ, reponere pecuniam in negotiationem licitam ad partem lucri & damni, vel in prædiorum emptionem, in minorum vtilitatem: alioquin tenentur de ſuo erga minores. Bal & Doct.l.1.in fin.C.de cond indeb.Io.de Anan.ca.quia in omnibus col.21.ver.addo.etiam prædictis.de vſuris l.diui Seuerus.& Antoninus.vbi Barto.verſ.quæro qualiter & Io. de Imol.ver.ſed potes. Et Paul.de Caſtr.ver.ex ſecundo. & Alex.col.pen.ver.Et dicit.& ibi alij Doct.ff.ad legem Falc. & Franc.Angel.de gente Carleta de Clauaſio in eius ſumma Angel.ver.tutela.ver.quid pertinet.in fi Bal.l.fi.in fi.C. de petitio.hæred.Roma.d.conſil.425. Quo ad primum. & conſi.188. In hac nume.4.Socin.d.conſi.2.Sequendo col. fina.vol.1 Doct.c.conqueſtus.de vſuris. Ergo vbi tutor, vel curator nomina debitorum non exegerit, vel exacta, ſeu aliam pecuniam pupillorum tenuerit, illam non reponendo ad honeſtum lucrum, tenetur de ſuo erga minores de eo, quod veriſimiliter ex illa pecunia ex negotiatione licita aut emptione prædiorum lucrari potuiſſet, deductis tamen ſemper laboribus & expenſis, & periculis, de quibus præuia iudicis taxatione iuramento minoris ſtari debebit.

Soci.d.conſi.2.Sequendo.in fi.Bar.Io.de Imo.Pau.de Caſt. Alex.& Doct.d.l diui ſumma Ang.d.ver.quid pertinet.iunctis not.in d l.alio iure.C.de in lit.iur.per Salic.& Doctor. per Decium in d.conſi.178.In cauſa circa prin.

¶Fallit primò vbi tutori, vel curatori in teſtamento relicta fuiſſet liberatio.& omne illud, in quod eum condemnari contingeret.nam tunc non tenetur pro eo:quia prædia non emerit, vel pecuniam ad lucrum honeſtum non poſuerit, & inuentarium,ac librum rationum non confecerit,& contra eum in litē iurari nō poterit:ſed ſolum teneretur tutor eatenus quatenus locupletior factus reperiretur. Dec.d. cōſ.178.In cā col.fi. ver poſtremò l.ſi quis rōnes.ff.de li lega.Ang.cōſ 144.Ad primū col 2.Cor.cōſ.313.in hac vol.1.

¶Fallit ſecundò vbi per adultum uel minorem, & actorem quemlibet nō probaretur per teſtes,uel acta,ꝙ prædia fuiſſent uenalia,quæ emi potuiſſent:hoc enim prius nō probato,agi non poſſet ad tale intereſſe, nec pro eo iurari in litē. Dec.d.cōſ.178.In cauſa col fi.uer.prætereà,etiā, in fi.Aret. cōſ.31.Cōſiderata in fi.Bart.l.tutor qui repertoriū.§.ſi poſt in fi.ff.de admini.tut.Crauet.conſi.89.Nobilis col.fi.uerſi. eſſet tamen. Alex.conſi 200.Perſpectis uer.tamen præmiſſis uol.6.Grat conſi.56.Viſis nu.6.Ruin.conſi.92.Proponitur,num.3.uol.5.Sum.Ang.d.uer.tutela.ibi, quid pertinet.

¶Fallit tertiò ubi non probaretur prius per teſtes, vel inſtrumēta,ꝙ tot pecuniæ ad manus tutoris peruenerint,ſeu exactis debitoribus peruenire potuiſſent,ex quibus prædia illa emi potuiſſent: tunc enim ad tale intereſſe agi nō poſſet,nec pro eo in litē iurari.Dec.d.conſi.178.In.cauſa col fi. ibi,ſecundo debet. Pau.de Caſt.conſi.140.aliàs conſi.301. Ad bene examinandum col.fi.nu.6.verſi.Super quinto.ibi, deberet uol.1.arg.l.2.§ perueniſſe.ff.de hære.uel act.uend.

¶Fallit quartò ubi adultus, uel minor ageret ad intereſſe lucri ceſſantis:tunc enim non debetur, nec pro eo agi pōt, nec iurari,niſi prius probetur per teſtes, vel aliter,quòd tales res mercantiles uenales erant præ manibus,& lucrū certum tunc enim hoc probato, & non aliter, iurari poſſet in litē ſuper quantitate contra tutorem. Pau.de Caſt.l.nō utique.§.nunc de officio,nu.3.ff.de eo quod cert.loc.ubi etiā

Iaſ.per Afflict.deciſ.20.num.2.Deci.conſi 3.Et pro tenui. iuncta d.l.alio iure, cum ibi not.per Salic & Doct C.de in
28 lit.iurand.Si tutor † pecuniam pupillarem poſuit in negotio non conſueto à patre, & quod communiter in patria non fieret,uel poſuit in negotio à patre conſueto,ſed de eo tutor non erat ſicut pater induſtrioſus, ſi ex eo lucrũ proueniat,eſt minoris, ſi damnum eſt tutoris:quia tutor in ipſis caſibus talia facere non debebat, ſed potius debuerat emere prædia. Et pro tali damno in litem iurabitur contra tutorẽ.Soc.conſi.24.Viſis col.12.ver.inſuper confirmatur, vol.1.glo.& Doc.Auth vt hi qui oblig.§.ſi verò. Bart.l.Titium & Mæuium.§.altero col.2.nu.4.verſi quæro dixi.ibi, ſed ſi tutor.ff.de admi.tut.iunctis not.per Bar.& Doct.d.l. tutor qui repertorium col.4 nume.20.verſ.venio ad ſecundam.ff.de admi.tut.& d.l.quicquid.C.arbi.tut.& d.l alio.C. de in lit.iur.Cum perſonis idoneis,& ſoluendo exiſtentibus tutor actus pupillares agere debet: alioquin dicitur in culpa d.l.tutor qui repertorium §.competit.ff.de admi.tu.Ro. d.conſ.425.Quo ad primum col.ſi ergo cõtra eum in litem iurari poterit d.l alio iure, vbi Salic & Doct.C.de in lit.iur. iuncta l.qui cum alio.ff.de reg.iur.& ibi text.Dec.& Cagn.

19 ¶ Conditionis, † vel modi complementum tenetur facere tutor ac curator cõtractui lucratiuo minoris,& bona alienata in termino redimendi conceſſo recuperare, ſi poteſt: alioquin,tenetur ad intereſſe minoris,tex.in l.pupillorum. C.de admi tuto.Roma d.conſi.425.ibi,decimotertio.Ergo pro tali negligentia, quæ dicitur lata culpa iurari poterit in litem contra tutorem, aut curatorem. Soc.d.conſ.2.Sequendo.col.2.in fi.vol.1.iuncta d l.alio iure.

20 ¶ Tutor ac curator † minores, tam in iudicio, quam extra iudicium,indefenſos relinquere non debet, ſed pro eis tenetur comparere:ita tamen,quod tam in agendo, quàm in defendendo,calumnioſè non ſe gerat,ne fiat condemnatio expenſarum.Rom.d.conſ.425.l.fi.§.omnẽ.C.de admi.tut.l. tutoris præcipuum ff.de admi.tut.l.properandum,in fi.vbi Doc.C.de iud.Et in præmiſſis,dolo, vel lata culpa, vel leui, aut negligẽtia,quæ dicitur lata culpa,ſeu calumnia interueniente tutoris, ſeu cur.minor agere poterit contra tutorẽ,

etiam ex iuramento in litem probando eius damna intereſſe,ac expenſas. Soci.d conſi.2 ſequendo col.2.in fi.vol.1. d.l.alio iure.C.de in lit iurand.

21 ¶ A ſententia lata † contra minores, vbi ſit iniqua, tutores,& curatores tenentur appellare,& appellationem proſequi,& curare ne inſtantia labatur ſiue principalis ſit cauſa, ſiue ſit cauſa appellationis,quando onus ſuſtinendi inſtantiam ſpectat ad minores:alioquin tenentur de omni intereſſe, erga minores. Doc.d.l.properandum, in fi per illum text.& in l.ſi actor.& ibi gloſſ.& Doc.C.de appel.Roma.d. conſi.425.Quo ad primum ver.duodecimo ergo.ergo pro tali dolo,ſeu negligentia quæ dicitur lata culpa, poterit in litem iurari per adultos contra eos.Soc.d.conſi.2.Sequendo col.2.in fi.iuncta d.l.alio iure.C.de in lit.iurand.

22 ¶ Soluere tenetur tutor † ac curator pecunias pro oneribus publicis, ſeu canone emphyteutico vel cenſu debitas per minores,alioquin ſi ob non ſolutionem,minorum bona cadunt in commiſſum, ſeu amittantur, vel ſubhaſtentur,tenetur tutor, & curator de omni intereſſe, & damno erga minores, eorum iuramento in litem probando: quia dicuntur fuiſſe in dolo, vel culpa l.ſi tutoris.C.de administr.tut iunctis not.per Soci.d.conſi.2.col.2.in fin.& per Salic.& Doc.d.l.alio iure.C.de in lit.iur.

23 ¶ Minoribus ſi deferatur † hæreditas, debet tutor ac curator agnoſcere,an ſit vtilis,vel inutilis minoribus. Et ſi contra vtilitatem pupilli fecerint, adeundo ſine beneficio legis, & inuentarij, vbi erat in dubio, quod eſſet damnoſa, tenentur ad omnia damna & intereſſe minorum.Roma.d. conſi.425.Quo ad primum. in fi.l.ſi ad pupillum ff.de aut. tut.Pariſ.conſ.25.Vidi nu.44.cum ſeq.vol.2.Soci.d.conſ.2. Sequendo. & d.conſi.73.Circa primum vol.2. Et contra tutorem & curatorem in hoc caſu,ex quo dicuntur in negligentia,quæ dicitur lata culpa.Soci.d.conſi.2.col 2.in fi. iurari in litem poterit l.alio iure.C.de in litem iurand.

24 ¶ Tenetur tutor,† ac curator pro minoribus facere quicquid idoneus vel diligens pater familias faceret, alioquin tenetur de ſuo erga minores l.generaliter ff.de adminiſtra. tut.Roma.d.conſi.425.Ergo ſi fuit negligens, & præmiſſa

non fecit, dicitur in culpa lata. Soc.d conſi.2.col.2.in fin. vol.1.& contra eum in litem iurari poterit d.l.alio iure.C. de in lit.iurand.

¶Dare operam tenetur tutor, ac curator, vt minores ſecundum qualitatem ipſorum in ſcientia, vel artificio inſtruantur, & debitæ mercedes magiſtris ſoluantur. Et dotes ſororibus ex eodem patre natis dentur l.cum plures.§.cum tutor.ff.de admi.tut.Rom.d.conſi.425.Quò ad primum alioquin ſi erit negligens, dicitur in lata culpa. Soci.d.conſi.2. Sequendo col.2.vol.1.ergo contra eum in litem iurari poterit d.l.alio iure.C.de in lit.iurand.

25 ¶Tutor promittens, † vel ſoluens ſcienter indebitum, dicitur eſſe in dolo l.cum poſt.§.1.vbi Bar.col.pen.verſi.venio ad quartam.ff.de admi.tut.Bertac.reper.ver.tutor tenetur. ibi, tutor promittens. Rom.d.conſ.425.Ergo contra eum in litem iurari poterit d.l.alio iure.

¶Doloſus dicitur tutor vel curator deferens iuramentum in litem parti contrariæ, vbi tutor habet probationes, vel vbi defert non habenti probationes, & non valet talis delatio iuramenti l.iuſiurandum, & l.iuſiurandi, & l.tutor pupilli.vbi Alex.& Doct.ff.de iureiur.iunctis no per Rom.d. conſi.425.Bertac.repe.verſi.tutor alienat.ibi, tutor non poteſt.Ergo poterit contra eum in litem iurari d.l.alio iure.C. de in lit.iurand.

26 ¶Tutor ac curator, † & quilibet adminiſtrator, & alius quilibet, qui tenetur reddere rationes, tenetur parti exhibere inuentarium, ac librum rationum, ac pati, quòd copia omnium extrahatur per partem ſibi contrariam, text.in l.cum ſeruus vbi Bartol.& Ioan.de Imol.per illum tex.ff.de condi.& demon.l.ſi ita.§.penul ff.de manu.teſt l.1.§.pen.ff.de eden.Et tenetur ipſe qui adminiſtrauit libros, & oẽs actus ſuæ adminiſtrationis oſtẽdere, & parti exhibere & inſtrumẽta, & res, ac bona, & reliqua reſtituere: alioquin non dicitur reddita ratio, & dicitur eſſe in dolo Soc.cõſ.24.Viſis col.11. ver.Et ideò cum vol.1.Labeo.§.1.ff.de ſtat.lib.d.l.cum ſeruus.Et cõtra tales præmiſſa oĩa non facientes poteſt in litẽ iurari d.l.alio iure.C.de in lit.iur.vbi text.Salic & Doct.

27 ¶Mater, & auia † maior tamen annorum vigintiquinque, ſi

infra annum non petat tutorē decerni impuberi priuatur ſucceſſione eius, & admittitur ſequens in gradu excluſo fiſco.tex.in.§.fi.& ibi not.Don.inſtit.ad Tertul.& in l.ſciāt oēs.C.de l.hær.& idem vbi non petit curatorē.Dec.c.ex par te,el 2.col.fi.in fi.de ap.l.2.§ ſi mater.vbi Bar.ff.ad Tertul. per illū tex.Et tales nō petendo decerni tutorē ac curatorē, dicuntur peccare in iure ciuili ac naturali,& nō excuſantur ob iuris ignorātiā, etiā ꝙ peritiores cōſulere nō potuiſſent l.fi.vbi gl.& Doc.C.qui pet.tut.Imò cū nō faciāt ea ad quæ tenentur, ſeu ſcire debent ſe teneri,dicuntur in dolo.Bar.l. tutor qui repertoriū col.4.nu.20.ver.venio ad ſecundā.ff. de admi.tut.l.nō dubiū.C.de legib.Et quo plus eſt, ſi mater poſtquā acceptauit tutelā filij,tranſiuit ad ſecundas nuptias nō petito illi tutore,& ratione non reddita,& reliquis non ſolutis,aut etiam ſi petijt tutorē,& fuit decretus, ſed non ſollicitauit,ꝙ legitimū inuentariū conficeret, priuatur ſucceſſione filij impuberis.& oībus ſibi à marito relictis.Soci. conſ.30.Viſis col.4.ver.circa ſecundā vol.1.l.2.§ idoneos.& §.ſeq.ff.ad ſenatuſconſult.Tertul.Ergo contra tales poterit in litem iurari per minores,vbi nō moriantur d.l.alio iure. Sed Mediolani adeſt decretū ſub rubri,de tutelis, quo cauetur,quòd agnatus legitimus primo loco defertur tutela,ca ſu quo eidē nō decernatur de facto, ꝙ teneatur perinde ac ſi fuiſſet decreta,quo caſū cōtra talē in litem iurari poterit, perinde,ac ſi fuiſſet tutor decretus,& tenetur de dolo, lata culpa; & leui, prout tenetur tutor d.l.alio iure.vbi Sali.& Doc.per illum tex.C.de in lit.iur.iuncta l.1.vbi Ripa.col.2. nu.4.& ibi Mag.D.Hier.Torniel.affinis meus Gimnaſij Patauini decus æternū nu.19.ver.ex prædictis, per illū text.ff. de leg.1.Alex.& Iaſ.l.ſi Ruffinus.C.de teſt.mil.Dictio enim perindè,denotat omnimodā ſimilitudinē,& refertur ad omnes qualitates regulariter, niſi aliter eſſet dicendum ratione contrarietatis tollendæ, quæ eſſet in eodem volumine legum vel ſtatutorum,aut decretorum,quæ in caſu noſtro non reperitur.Bar.l.1.ff.de receptat.per illum tex.l.à filio.§. pen.ff.de alim.leg.l.quāuis.cum ibi not.per glo.& Doc.ff. de bo.autho.iud.poſ.arg.l.meminimus.C.de leg.hær.

¶ Sed mater & auia non petentes tutorem decerni impuberibus,

ribus,non videntur eorum ſucceſſione priuari in dominiō Mediolani,vbi per legitimos agnatos non fuerunt interpel latæ.& in mora conſtitutæ prout requirit decretum ipſum Mediolani. ſub rub.de tutelis, in quo vult teneri legitimos monere matrē & auiam an velint acceptare tutelam. Ergo ſi nō moneantur mater,& auia non ſunt in mora:ergo con tra eas in litem iurari eo in caſu non poſſet, nec priuantur ſucceſſione. Soci.conſ.153.Pulchra col.pen.in fi.ibi,primò ad hoc vol.2.maximè cum decretum ipſum vbi mater non acceptet tutelā ipſo iure obliget agnatum,cui vbi non eſſet mater,tutela eſſet delata ad onus tutelæ perinde,ac ſi agna tus acceptaſſet tutelā.Et ſic vbi ſit talis agnatus,mater videtur excuſata propter verbū perinde,de quo in ipſo decreto: vt contra eam iurari nō poſſit in litem,nec agi ad priuationem hæreditatis. Rip.d.l.1.nu.4.ff.de leg.1.iunctis no.ꝑ gl. in l.8.C.ad Ter.& ꝑ Mar.Soc.Iun.conſ.36.Viſo:col 2.n.11. vol.2.ꝑ Soc.conſ.20.Viſis col.1.& d.conſ.153.col fi.ver.ſed clarum eſt.& vbi adſint legitimi agnati ad tutelā habiles, videtur eſſe com.opi.ꝙ mater excuſetur, & quòd non priuetur,nec contra eam iuretur. Soc.Iun d.conſ.36.nu.21.vbi inquit,quòd glo.in d.l.3.eſt cōiter probata, ſequitur Soc.d. conſ.20.& d.conſ.153.Et matrē excuſari ob ipſum decretū ſentit d.Cotta libr.memo.ver.mater,& vbi etiā non extaret decretum ipſum; & adſit agnatus aliquis habilis ad tutelā, quem lex ipſo iure dat tutorem, niſi mater dixerit velle tutelam,tunc etiā quòd agnatus non adminiſtret, & illum in tutorem de facto decerni mater non petat, nec ipſa tutela acceptet; excuſatur mater à pœna priuationis hæreditatis, & iuramēto in litem,ex quo pœna d.l.ſciant omnes.locum habet ſolum, vbi eſt locus datiuo tutori, & non legitimo. glo.d.l.3.& ibi Sal.& Bal.Et licèt Bar.ibi reprobet gl.Tamen cōmunis opin.eſt cum glo.contra Bar.vt dicit Soc.Iun.d. conſ.36.Viſo vol.2.Sed vbi non eſſent legitimi.ideſt agnati,de quibus loquitur ipſum decretum.inſtit.de legit.agnat. tute.tunc mater nō videtur excuſari à pœna d.l.ſciant omnes.& à iuramento in litem:quia naturaliter moueri debebat ad prouidendum filiō, ne ipſe & bona periclitarentur d.l.fin.C.qui pet.tuto.Sed conſulo quòd ſiue adſint agna-
 ti,ſiue

ti, ſiue non adſint, non aſpectata dicta interpellatione de qua in ipſo decreto, ad euitandas lites, an cenſeatur priuata vel non, quòd curet mater incontinenti deputari facere tutorem impuberibus, maximè cum decretum ipſum in eius proœmio dicat & ſi iure communi indemnitati minorum prouiſum ſit, quòd tamen prouidetur etiam prout in ipſo decreto, & ſic in fauorem minorũ, nõ matris decretũ ipſum principaliter factũ fuit: proœmia enim declarant mentem, l. fin. ff. de hæred. inſtituen. Curt. Iun. conſ. 157. Præſupponi-
18 tur. Inuentarium autẽ, † & liber rationũ, tutorũ, vel curatorum, & quorumcunq; adminiſtratorum, aliorum omniũ ſuperius memoratorum, quos dixi teneri conficere inuentarium, & librum rationum, debet eſſe candidè, clarè, liquido & ſigillatim, ac diſtinctè cõfectum, adeò q; ex eo abſque alia probatione poſſint ipſi tutores, & curatores, & omnes adminiſtratores & alij præmiſſi conueniri: ita q; minores & alij omnes, quorum negotia adminiſtrata fuerunt, ſeu qui petere poſſunt reddit rationẽ, releuentur ab onere probandi bona, & iura ſua, & eorum quantitates, & qualitates, ac fructus, & pretium, per ipſum inuentarium, ac librum rationum: quia omnia bona deſcripta in tali inuentario & libro rationum præſumptione iuris & de iure præſumuntur eſſe minorum. ita q; probari per tutorem non poteſt contrariũ. Et ex tali libro ac inuentario tutores, & curatores, & omnes adminiſtratores conuincentur, & de ipſis bonis omnibus rationem, & conſignationem, ac relaxationẽ eorum principalibus tenetur facere: alioquin ſi ita ſcriptum nõ ſit inuentarium & liber iurari in litem poſſet contra tutores, & curatores, & omnes adminiſtratores perindè ac ſi nullũ confeciſſent inuentarium, tex. in l. fin. vbi etiam doctores not. C. arbit. tut. & in l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tut. Soci. conſi. 159. in præſenti. col. 1. cum ſeq. & conſi. 190. Memini vol. 2. Pau de Caſtr. conſ. 124. In cauſa colum. fi. vol. 1. Bart. conſ. 150 Cum prædicta, & l. tutor qui repertorium col. 4. nu. 21. ver. venio ff. de admin. tuto. Vita. de Cambanis trac. clau. in clauſu. Nil nouari inuentarij confectione pendẽte, col. 10. ver. prędicta vera, & ver ſed circa. Ruin. cõſ. 29. Plura. col. 5 num. 11. vol. 5. Sali. & doc. l. tutores. C. de admin. tuto.

29 ¶Bona itaque immobilia † omnia per ſcitum cohærentias, & quantitates, ac qualitates in omni inuentario debent deſcribi, ſicuti & in omni alio inſtrumento, & libello l.forma.ff.de cenſi.l.ſi rem.ff.de rei vend.l.libellorum.ff.de accu. ſat. Ergo ſi ita bona ipſa non deſcribantur.& vbi ſint bona neſcitur, vel de eorum identitate, & quantitate, ac qualitate non conſtat, tunc habentur perinde ac ſi inuentarium factum non eſſet; & cōtra conficientem tale inuentarium iurari poteſt in litem, & tali iuramento præſtando per adultos, vel alios rationem potentes, ſeu creditores, probabuntur contra conficientē, aut conficere debentem inuentarium, vbi non exiſtant, & qualia bona immobilia, & cuius qualitatis, pretij, redditus, & quantitatis ſint, ad quorum bonorum poſſeſſionem, vel pretij ſolutionem, & aliarum damnorum, & intereſſe ſolutionem tradendum; illi qui debebat conficere inuentarium, & non confecerunt, vel confecerunt, ſed obſcure, non ponentes bona immobilia per ſcitum, cohærentias, & quantitatem, ac qualitatem. debent condemnari ex ipſo iuramento in litem erga minores, & alios eorum principales, vel agentes, qui petent rationem reddi. Bart.d.conſ.150.Cum prædicta.& d.l tutor qui repertorium col.4.nu.21.verſi.venio. Vital.d. verſ.prædicta vera.& d.verſ.ſed circa. Ruin.d.conſi.29.Plura.nu.11.cum ſeq.vol.5.Paul de Caſt.d.conſ.124.In cauſa col.fi.in fi.Soc. d.conſ.159.In præſenti.& d.conſi.190.Memini.vol.2.

¶Bona mobilia, & ſe mouētia in omni inuentario tutorū, & curatorum, hæredum, adminiſtratiorū, & prælatorum, & quorumlibet, qui ad illud conficiendum tenentur, & in omni deſcriptione debent nominari per ſigna, & eorum quantitatē, ac æſtimationem, & pretium, & valorē. Et quæ æſtimatio cū notario & iudicis authoritate fieri debet, ne vna res minoris pretij, pro alia reddatur, aut exhibeatur. text.in l.fin.ver.in æſtimanda adultæ ſubſtantia. & ibi Bar. & Bald.in 2.not.& Sali.in 1.C de mag.conu.Sal.l.tutores col.2.in fin.& 3.in prin.nume.11.ver.quæro octauo C.de admini.tut.Bart.d l.tutor qui repertorium col.4.num.21. ver.venio ad tertiam.ibi, ita quòd de bonitate ipſarum, & ibi Mod.in apoſtil & gl.ver.propter re, & cauſas amiſſas.ff.

de

de admi.tut.Pau.de Caſt d.conſi 124.In cauſa col.fi.in fi. uol.5.Vita. d.clau.Nil nouari inuentarij confectione pendente col. 10 ver.prædicta & ver.ſed circa.& col.15.verſi.itē ſcias,& col 20.ver.decimò quæro . Ruin.d.conſil.29.Plura, col.5.ibi,de earum bonitate.Bertac.Repe.verſ.inuentarium hæredis qualiter.ibi , inuentarium debet fieri de rebus cum earum æſtimatione & pretiis, & verſi.inuentarium tutoris qualiter.ibi,inuentariū tutoris fieri debet de rebus cum earum æſtimatione, vbi alleg.Bar.in trac.inuentarij col.pen. Et ſi in ipſis inuentariis , ac rerum deſcriptionibus mobilia & ſe mouentia non ponantur per ſigna cum eorū pretio, & æſtimatione,& quantitate,& qualitate, iurari poterit in litem contra tutores,& curatores,ac hæredes,& omnes prę latos,& rectores, & adminiſtratores, qui tenebantur in inuentario,& deſcriptione,ponere bona ipſa cum eorum pretio,valore,& æſtimatione,quantitate, ita quòd contra eos ex ipſo iuramento in litem præſtando, per adultos,& alios actores ad quos ſpectat:puta creditores,vel ſucceſſores,probabuntur res,& rerum mobilium & ſe mouentium quantitates,qualitates,pretiū,æſtimatio,& valor,in quibus omnibus dicti tutores,& curatores, hæredes, adminiſtratores,& alij,qui tenentur ad confectionē dicti inuentarij, & deſcriptionis bonorum mobilium,& ſe mouentium,condemnari debent,ex ipſo iuramento in litē.Pau de Caſt.d.cōſ.124. In cauſa col.fi in fi.vol.1 Vital.d.verſic.prædicta vera , & d. ver.ſed circa. Rui.d.conſi.29.Plura.num.11.vol.5.Bart.d.l. tutor,qui repertorium col.4.num.21.verſi.venio ad tertiā. ibi , ita quòd de bonitate.ff.de admi.tuto.Paria enim ſunt inuentarium non facere,vel facere,& non omnes res ponere,vel obſcurè ponere,ita quòd de earum pretio non conſtet,quia pro iis omnibus iurari in litem poteſt,ſicuti ſi nullum confectum fuiſſet inuentarium. Bar.d.conſ 150.Cum prædicta.Soc.d.conſi 46.Cum in præſenti col.3.verſi.præ- tereà ſi in conficiendo vol.1.Pariſ.d.conſi.25.Vidi.vol.2.& d.conſi.75.Ad victoriam vol.1.

30 ¶Iura & actiones † & ſuper quibus bonis exerceantur debent etiam inſeri in inuentario ſeu deſcriptione cum nominibus debitorum & pro quanta ſumma, ac etiam cum

tenore

tenore ſeu effectu inſtrumentorum, priuilegiorum chirographorum, apodiſiarum, ſiue apocharum, & omnium ſcripturarum, & librorum, ita quòd de ipſorum omnium valore, bonitate, & quantitate, ac effectu, conſtare poſſit tex. & ibi Bar. d. l. tutor qui repertorium. vbi alij doct. ff. de admini. tutor. Et in l. fi. C. arbit. tutel. l. chirographis. vbi text. Bar. & Doct. ff. de adminiſtra. tuto. Et ſi præmiſſa non ponantur, vel obſcurè ponantur, ita quòd de eis, vel ipſorum quantitate, ac ſumma & valore non conſtat, poterit in litem iurari contra tales, ſic conficientes inuentarium, adeo quòd reſpectu quantitatis, qualitatis, ac ſummæ, & pretij, & damni rerum. & intereſſe fiet contra eos probatio ex ipſo iuramento in litem Pau. de Caſt. d. conſi. 124. In cauſa quæ vertitur coram D. Poteſtate Ciuitatis Aretij col. fi. in fin. vol. 1. Ruin. d. conſi. 29. Plura. num. 11. vol. 5. Bar. d. l. tutor qui repertorium num. 21. verſ. venio ad tertiam. Vital. d. ver. Prædicta vera. & d. verſ. ſed circa glo. ver. propter d. l. tutor qui repertorium. Et vbi in inuentario res ponantur ritè, ac rectè, ſed non omnes, poterit reſpectu omiſſarum iurari in litem ſiue fuerint in totum aliquæ res omiſſæ, ſiue non fuerint omiſſæ, ſed poſitæ, ſed ritè ac rectè, prout requiritur. vt ſuprà dixi. Vital. d. uerſic. prædicta, & uerſi. ſed circa, & in colum. ſeq. ver. item quod dicitur. Ruin. d. conſi. 39 Plura. nu. 11. uol. 5. Bar. d. l. tutor. qui repertorium col. 4. num. 21. verſi. item quod dicitur. ff. de adminiſtra. tutor.

31 ¶ Liber rationum † debet eſſe clarus, ita quòd omnia ſingulariter, in eo, de die in diem, tam reſpectu eius quod recipitur, quàm eius quod expenditur, inſerantur: ut tantum ex tali fundo, tantum à tali colono, tantum à tali debitore, tantum tali die, menſe, & anno receptum à tali, & tantum tali die, anno, & menſe, expenſum, in tali re. Hæc enim, & omnia alia ſimilia, debent in libro ſigillatim clarè, & diſtinctè ſpecificari, ut ex eo ueritas, uel falſitas probari poſſit, vel vt contra eum probari poſſit contrarium. Et talia in genere poni non debent. Et ſi omnia non ponantur ita clarè, vel ponantur omnia, vel quædam tantum, in genere tamen. Reſpectu eorum quæ non ſunt poſita, vel ſunt poſita in genere, abſque tempore, cauſa die, menſe, & anno,

& perſo-

& perſonarum, & locorũ nominatione, ſeu aliter obſcure ſunt poſita, iurari poterit in litem contra illum, qui talem librum confecit, ita quod ex ipſo iuramento res, & rerum quantitas, pretiũ, æſtimatio, fructus, & redditus probabuntur, recepti contra tutorem, vel curatorem, ſeu adminiſtratorem quemlibet, qui ad confectionem libri rationum tenetur, & demum, & generaliter cõtra talem iurari in litem poterit, perinde ac ſi nullum librum rationum confeciſſet, præuia tamen ſemper iudicis taxatione. Bar.d.conſi.150. Cum prædicta.in fi.Paul.de Caſtr.d.conſ.124.In cauſa col. fi.vol.1.Soc.d.conſ.159.In præſenti.& d.cõſi.190.Memini. & conſi.213.Cum in præſenti col.2.in fi.ver.ſecunda pars. & col.3.vol.2.& d.conſi.46.Cum in præſenti vol.1.Vita. d.clau.Nil nouari inuentarij cõfectione pendente col.10. Rui.d.conſi.29 Plura.vol.5.Pariſ.d.conſil.25.Vidi.vol.2.&
32 d.conſ.75.Ad victoriam vol 1.Liber enim † rationũ etiam priuatarum, ſicuti & publicarum, requirit diem, & præmiſſa omnia Iaſ.l.ſi qua beneficia.in fin.C de diuer.reſcri. Bal.rub.C.de fid.inſtr.col.9.ver.ſequitur Iaſ.& doc.l.admonendi.ff.de iureiur.Alex.conſi.70.Viſo.nu.7.volu.1.Et vbi non ſit dies liber publicus vel priuatus rationum nihil valet, nec probat pro ſcribente, ſed contra ſcribentem ſolum probat.Hippo.Marſi.ſing.429.incip.liber rationum.
33 ¶Memoria ſeruabis † perpetuo, quòd licèt tutores & curatores non teneantur de iure communi conficere inuentarium, vbi teſtator prohibuit illud fieri.text.in d.l.fi.C.arbit.tute.& eo in caſu ob non confectionem inuentarij non poſſit contra eos in litem iurari.Bar.d.l.tutor qui repertorium col.3.in fi.num.18.verſ.quæro quæ dicatur.& col.4. in princ.ff.de admini.tut.& de hoc dicam inferius nu.42. verſ.primo quotieſcunq;. Tamen tutores, & curatores, & omnes denique adminiſtratores tenentur cõficere librum rationum, etiam ꝙ eſſent prohibiti cõficere inuentarium, vel ab eius confectione liberati à teſtatore: alioquin poſſet contra eos in litem iurari, & tenetur ad intereſſe declarandum ex ipſo iuramento, ita inquit Mag:D.Iacob.Put.Alexandri.in l.nemo poteſt num.51.verſi.quòd licèt tutor.ff. de legat.1.vbi pro hac opin.alleg.Bald.in l.1.§.officio.ff.de
tutel.

tutel.& rat.diſtr.Et quamuis videatur prima facie, quod Bald. iſtud non dixerit in d.§.officio. Tamen ex mente D.Putei iſtud poteſt optimè induci: quia Bald.in d.§.officio dicit quòd inuentarium & codex, ſeu liber rationum, ſunt inter ſe diuerſa, & quòd inter ea tanquam inter diuerſa poteſt ſtare copula Ergo ſi ſunt diuerſa, ſequitur quòd ex diuerſis non infertur.& ſic non ſequitur eſt liberatus ab inuentario: ergo & à libro rationis l.Papinianus exuli.ff.de mino. vbi text.& doc.Et iſta opin.D.Putei confirmo ex alio fundamento. quia tutores & curatores inter cætera tenentur ad duo, videlicèt ad inuentarium conficiendum d.l.tutor qui repertorium.& etiam ad confectionem libri rationum, quem ipſi & omnes alij adminiſtratores tenentur conficere.alioquin contra eos iurari poſſet in litem: vt eſt text in d.l.1.§.officio. vbi Bar.Bal.& alij poſt Rain.de for.& Iaco. de Aret.D.Iac.Put.d.l.nemo pôt nu.51.Et dixi ſuprà in.§. Primò itaque amplia.num.85.ver.Item iurari. Ergo teſtator liberando tutorem,& curatorem, à confectione inuentarij, vel prohibendo illud fieri non videtur illum liberaſſe à confectione libri rationum: quia vbi ſunt duo iura vel impedimenta, ſublato vel remiſſo vno,non cenſetur ſublatum nec remiſſum aliud: ſed intelligitur retentum illud aliud ius vel impedimentum, & illud tantũ operatur,ac ſi à principio fuiſſet ſolum: vt eſt tex.in l.ſi mihi,& ibi Bar.& doct ff.de ſer.ruſ.prædio.& in.§ affinitatis, vbi text.Ang.
34 Aret.& docto.inſtit.de nup Et habilitatus † reſpectu vnius impedimenti, non cenſetur habilitatus reſpectu alterius impedimentis imò repellitur, & tenetur vbi ſubſit aliud impedimentum,quando, prout in caſu noſtro, ſunt plures cauſæ diſtributiuæ, quorũ quælibet de per ſe ſufficit.tex.& glo.& ibi not.Ant.de Butr.Abb.Panor.& Felin,in c.cum nuntius.de teſtib.text.in l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam. vbi enim ſunt duæ aut plures cauſæ, vel duo aut plura vincula, ceſſante vna vel vno ceſſant aliæ, vel alia, nec ceſſat effectus, nec diſpoſitio. ita diffusè inquit Illuſtr.doct.D. And.Tira.in Senatu Pariſienſi Regius Cõſiliarius,vir æterni nominis,Legalis Philoſophiæ ſidus fulgentiſſimum,& totius Galliæ Decus immortale, in eius tract.qui inſcribitur

ceſſante

ceſſante cauſa ceſſat effectus, in 22.limit vbi allegat.l.ſi nō lex.ff.de hær.inſt.& ibi not.Old.Far.Bald.& Imo.& tex.in l.tutor petitus.§.quæ tutoribus.ff.de exc.tut.& l.aſſiduis. C.qui pot.in pig hab.l.1 in prin.ff.ſi quis à part.mād.fuer. & l.2.§.corporis.ff.de var.mun.ac l quod. ait.§.exercitum. ff.de his qui not.inf.Ergo prohibito inuentario, non cenſetur prohibitus liber rationū, ex quo tutores & curatores tenentur ad ipſa duo,& ſublato uno,non cenſetur ſublatū aliud ut dixi ſupra tex.in l.ſi domus.ff de ſer.urb.præd.& in ca.ſtatutum,in prin.uer.canonicis, & ibi gloſſ.& in ca.ſi gratioſe, de reſcrip.in 6.& in cap.non poteſt de præb.in 6. Et prohibito inuentario,& nil dicto de libro rationum,debet fieri liber rationū:quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis l.cōmodiſſime ff de libe & poſth. Ergo ſequitur quòd tutores & curatores, ac omnes adminiſtratores licèt prohibiti ſint conficere inuentariū, uel ab eius confectione fuerint liberati, q tenentur nihilominus conficere librum rationū,alioquin contra eos poterit iurari in litē:vt dixit D.Iac.Put.d.l.nemo poteſt nu.51.ff.de lega.1.Cuiuſquidem D.Iac.Pu.Iureconſulti acutiſſimi aureę lecturæ,& interpretationes ſuper ſecunda parte infortiati, ſcriptæ manu Mag viri D.Ioannis de la Porta olim eius diſcipuli, repertæ apud Mag Doctor.D.Ianum de la Porta conciuem meum Nouarienſem eius poſterum,& itē ſuper prima Digeſti noui eiuſdem D.Putei elucubrationes ſub anno Chriſti 1436.ſcriptæ manu Egregij D.Euſebij de Raſpis Nouarienſis,olim eius diſcipuli,repertæ in bibliotheca Eccleſiæ S.Mariæ Maioris urbis Nouariæ Deo dante præſenti 1555.in lucem prodibunt cura, opera, ac uigilantia ſapientiſſimi Iureconſulti Mag.D.Conradini Putei, patriſij Agrigentini, Prætoris Ciuit.Nouariæ iuſtiſſimi, cuius Tribunal Bonorum Portus, Malorum verò Scopulus,iure merito appellari poteſt. Maximè etiam qui Reuerendiſſ.& Illuſtriſſ.D.Iac.Puteus Nizenus San Rom.Eccleſ.Cardinalis digniſſimus, & Illuſtriſſ.D.Caſſianus Puteus Bugellenſis, Præſes ornatiſſimus, Excellentiſſimi Senatus Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi D Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis,& Principis pedemontium, enixè rogarunt dictum Mag.

Mag D Corradinum vt ipſas interpretationes Puteolanus in primam Digeſti noui, & ſecundam infortiati Nouariæ repertas, quæ hactenus delituerunt, ad cõmunem vtilitatẽ è veſtigio imprimi faceret, licèt ſua ſponte eſſet facturus.

35 ¶Nec excuſantur tutores † & curatores, & denique omnes adminiſtratores, & alij qui ad confectionem inuentarij, ac libri rationum tenentur, ſi dicant etiã cum iuramento ſe præmiſſa confeciſſe, ſed perdidiſſe, niſi probent caſum uel amiſſionem: cum enim tenerentur præmiſſa facere, tenebantur etiam ea diligenter cuſtodire. & non creditur eorum iuramento, quòd ea perdiderint, & contra eos in litem iurari, niſi ea exhibeant, poterit. Anch. d. conſi. 316. In cauſa colum. 1. in fi. ver. non obſt Soc. conſ. 159. In præſenti. col. 2. verſ. idem tenet. & conſi. 190. Memini colum. 3. uer. ſed præmiſſis ibi, & non excuſatu: uol 2. Grat. conſ. 23. In cauſa nu. 19. uol. 1. Bar. & Doct. l. fi. C. de fide inſtrumen. Felin. cap. accepimus col. fi de fide inſtrumen. text. in l. ſi quis ex argentariis. § fi. ibi, perdidiſſe ſe probet. ff. de eden. ubi etiam Doct. notant.

36 ¶Minus etiam excuſantur † ſub prætextu quòd dicant ſe reddidiſſe ſemel rationes, producendo inſtrumentum eorum liberationis, in quo dicatur quòd calculatæ fuerint rationes, & ipſi liberati fuerint ex omni cauſa, quæ dici uel excogitari poſſet, & ꝙ libri rationum fuerunt uiſi, & conſiderati diligenter, nam per iſta uerba non probatur quòd inuentarium ac libri rationum fuerint redditi adultis, uel dominis, quibus ratio reddi debet. Et quotieſcunque tutores, & curatores, & omnes adminiſtratores conueniuntur ſub prætextu, quòd talis liberatio fuerit doloſa uel erronea, tenentur iterato libros rationum & inuentarium exhibere, nec excuſantur ſub prætextu quod ea amiſerint uel reſtituerint, niſi aliter per teſtes probetur: alioquin in litem contra eos iurari poterit, maximè concurrentibus Indiciis & aliis ad demonſtrandum liberationem fuiſſe erroneam, uel doloſam, de quibus per Socin d. conſi. 159. Memini col. 3. & 4. cum ſequent. vſque ad finem colum. ibi, Et ſic debet cogere, & conſilio centeſimòquinquageſimonono. In præſenti. vol. 2.

¶Et

¶Et minus excuſantur tutores & curatores & adminiſtratores, ſi inuentarium ac librum rationum non exhibeant, ſub prætextu quòd illa fuerint apud eorum caſtaldos, factores vel negotiorum geſtores, qui ipſa nô exhibent. nam poſſet nihilominus iurari in litem contra ipſos tutores & curatores vel adminiſtratores,& eis eſt imputandum de mala electione factorum & negotiorum geſtorum. Soci.dict. conſ.190 Memini. col.3.ver.ſed præmiſſis. & col.ſequent. vſque ad.fi.vol.2.Sic & in ſimili videmus quòd contra tutores qui nomina debitorum pupillarium non exegerunt, agi poteſt ad interſſe, & in litem iurari, etiam quòd actorem conſtituerint ad ea exigendum, vbi actores fuerunt negligentes. Socin.d.conſi.2.Sequendo.col.2.verſi.concluditur ergo vol.1.Tutores. & curatores
37 † & alij adminiſtratores tamen excuſabuntur, ſi non fecerunt inuentarium ac librum rationum, vbi aliquam neceſſariam & iuſtiſſimam cauſam allegauerint, quare ea non fecerint, & eam probauerint, nam in illis caſibus,contra eos in litem iurari non poterit, nec pro ſuſpectis recuſari debebunt: textus in d.l.tutor qui repertoriũ.in principio.& ibi Bar.& Doc.ff. de in litem iurand.l.fin.C.arbitrium tutelæ. Et maximè à præmiſſo iuramento in litem contra eos: vt non præſtetur & vt ipſa ſuſpitio contra eos non allegetur, excuſabuntur in caſibus infraſcriptis & quolibet ipſorum.

¶Primò contra tutores & curatores,& adminiſtratores omnes in litem iurari non poterit ob librum rationum vel inuentarium non confectum,vbi ipſi probarent, quòd minores & eorum principales vel domini non habebant niſi talia,& talia bona, ex quibus tantum & non vltra percepetrunt,& de quibus rectè diſpoſuerunt: nam eo in caſu in litem contra eos iurari non poterit, nec pro ſuſpectis recuſari debebunt imò iudex ex officio etiam de hoc ſeſe informare debebit, & vbi compertum erit iſtud eſſe verum, ipſum iuramentum nullo modo in litem deferre debet contra eos. Laurent.Calcan.conſ.93. In Chriſti nomine amen, in primis puto. Iaſ.conſ.3.Circa primum col.2.& ſequent. vol.1.per text.hic, in l.ſi quando.C.vnde vi.in verſ.qualitatis perſonarum.

¶Secundo

¶Secundo contra ipſos iurari in litem nõ poterit,vbi atten ta qualitate perſonarũ apparet,q̃ ob ruſticitatẽ, vel ſimplicitatẽ,& non ex malitia liber rationũ,ac inuentarium confectum non fuiſſet l.ſi quis id quod.vbi tex.& Mod.ff de iuriſdictione omniũ iudicũ.Calcan.d.conſi.93.col fi.verſi.3. adduco.Raph.& Raine.d.l tutor, qui repertorium. Socin. conſ 39.Viſis vol.1.Ripa trac.de peſte tit.de præſer.rem contra peſtem num.232.ver.2 Ruſticitas.& nu.340.ibi tũ fallit.
¶Tertiò contra eoſdem in litem iurari nõ poterit, vbi ipſis tutoribus,vel curatoribus, ſeu adminiſtratoribus in teſtamento relicta fuit liberatio à reddenda ratione cum legato de omni eo, in quod eos condemnari continget. Nam etiam quod inuentario, ac libro rationum non confectis adminiſtrauerint contra eos in ipſo caſu in litem iurari non poterit,ob inuentarij,& libri rationum confectionem non factam, & ob alium dolum in omittendo cõmiſſum, ſtantibus prædictis liberatione, ac legato factis. ita inquit Decius conſi.178.in cauſa col.2.verſi.ſed tamen. & col.3. verſi.ſed conſiderandum. ibi, ſecus videtur. Angelus conſi.185.Super hoc.puncto.& conſi.312.Brunellus Doctor.l. quidam decedens.ff de adminiſtratione tutorum.
¶Fallit in caſu quo tutor,vel curator,ſeu adminiſtrator ſciebat,vel ſcire debebat talem liberationẽ, & legatũ ipſis factũ non valere,& ita teſtatorẽ nõ potuiſſe diſponere:puta,quia bona eſſent libellaria,ſeu liuellaria,emphyteutica,feudalia, vel fideicõmiſſaria.Nam eo in caſu ob inuentarij,& libri rationum non cõfectionẽ,& ob dolum in omittendo,ſicuti, & ob dolum in faciẽdo iurari in litem poterit cõtrà eos, & tenentur rationẽ reddere nõ obſtantibus dictis liberatione ac legato,Gratus d.cõſi.23.In cauſa col.2.nu.18.verſi.Nam tenentes vol.1.Argu.l.nemo poteſt.ff de leg.1.& l.4.§.condemnatum.ff.de re iud & l non putauit.§.nõ quæuis.ff.de bono.poſ.cõtra tab.Sic & decretum Mediolani ſub rubr.in quibus caſibus criminaliter procedi non põt,quo cauetur, q̃ pro aliqua re,vel cauſa,ſeu aſſerto delicto, quæ,vel quod ſumi poſſit ex negotio,quod originẽ habuerit à contractu, & ſapiat naturã contractus, q̃ nõ poſſit procedi criminaliter,non habet locũ decretũ ipſum,vbi contractus eſſet ipſo

iure,ac notoriè nullus, & reprobatus, ita inquit in ſpecie D.Io.Fran.Ponzi.Doctor Placentinus acutiſſimus, in trac. per eum edito ſuper ipſo decreto, verſ.3.vt non habeat locum. & idem etiam in terminis dixit D.Cat.Cotta.libr.Memoral.verſ.actus nullus.in fi.verſ.ex iſtis. Et iſtud ego probo: quia decretum ipſum faciens mentionem de cõtractu, intelligi debet de valido,non aũt de inualido d.§ cõdemna
38 tum.& d.§.nõ quæuis.Exceptio † enim nullitatis actus,vel cõtractus nunquã cenſetur excluſa. Et ideo ſtante ſtatuto, ꝙ cõtra ſententiã arbitri,vel iudicis nõ poſſit appellari nec aliquid opponi, vel ꝙ contra inſtrumentũ nulla exceptio poſſit opponi, poterit tñ opponi exceptio nullitatis ſententiæ,vel inſtrumẽti.Ripa d.§.cõdemnatũ col.1 nu.8.verſi.5. infertur. & ibi alij Doc.Bar.l.fideiuſ§.ꝑtor ait.ff.qui ſatiſd. cog.& in l.diuus ff.de teſt.milit.& in l.1.§.& parui.ff.ꝙ vi, aut clam.Barb.& Feli c.ex parte.2 de offi.deleg.Et decretũ Mediolani ſub rub.de mulctis.tollens appellationem, vt à mulcta fieri non poſſit,non videtur tollere quin dici poſſit de nullitate. Curt.ſen.conſi.59.Dux num.10.ver.licèt.n.c. licèt.& ibi not.de ſent.excom.in 6.Panor.& Doc.c.inter cæteras.de ſent.& re iud.Ergo decretũ ipſum volens nõ poſſe procedi criminaliter,vbi res, vel aſſertũ delictum habet originem à contractu,intelligitur de contractu valido, nõ autem vbi contractus eſſet ipſo iure, & notoriè nullus, ac reprobatus: quia contractus notoriè nullus, & reprobatus, non dicitur contractus:ergo non attento, & non obſtante ipſo decreto ſub rubr.in quibus caſibus,&c.poſſet procedi criminaliter,vt dicunt D.Ponzi.& D.Cotta.in locis,de quibus ſuprà arg.d.§.condemnatum.& d.§.non quæuis.Exce-
39 ptio enim,† vel replicatio notorij,nunquã cenſetur remota. Et ideo ſtante ſtatuto,vel decreto,ꝙ in aliquibus cauſis nõ liceat à ſententia appellare, nec de nullitate dici,nec illi aliquid excipi,nec opponi,prout eſt decretũ Mediolani ſub rub.de accuſ.§.à ſententia.quo cauetur,ꝙ à ſentẽtia lata in cauſa criminali nõ poſſit appellari,querelari,nec de nullitate dici,&c.Et prout eſt etiam aliud decretum Mediolani ſub rubr.de bonis ad cridas ponendis.§.ſuper deductis. quo cauetur, ꝙ à ſententia lata in cauſis cridarum non poſſit appellari,

pellari, nec contra illã querelari. Certè in cauſa ſententiæ criminalis, vel cridarum, & in caſu ipſorum decretorum, vel aliorum ſtatutorum remouentium nullitatem, & appellationem nunquã cenſetur remota nullitas, nec appellatio. vbi notoriè, ſeu manifeſte, & euidenter conſtaret de nullitate, vel iniquitate ipſarũ ſententiarũ: quia ipſis ſtatutis, ac decretis nõ attentis dici poſſet de notoria; & euidẽti nullitate, & iniquitate ipſarũ, & executio ipſarũ ſententiarũ fieri non debet, maximè vbi de earũ nullitate, vel iniquitate ex actorũ inſpectione conſtaret. Et ita in terminis decretorum Mediolani conſuluit D.Fran.Cur.ſenior conſi.59. Dux.col.8.nu.10.verſi.licèt enim. & verſic.Denegata enim Iaſon conſi.44. Ex ſola colum.1.vol.3 Dec.conſi.49. Præſtantiſſimè Doctor num.2.verſic.5.& vltimò glo.& Doct. ca. ex conquæſtione de reſtit.ſpolia. Abba.conſi.44. In præſenti col.2. verſic.ſed his Alexand.conſi.186. Viſis col.pen. & fin.vol.2. Hippol.ſing.473. Memini. Curtius Iunior conſil.104. In cauſa nume 4 in 2.par.Calcan.conſi.118. Quia ex forma col 2.Peruſ.ca dilecto. de appellationibus. Ergo eodem modo decretum ipſum nolens procedi criminaliter, vbi res habet originem à contractu, non habet locum qñ contractus eſſet notoriè nullus, & reprobatus. ſi enim accuſatus, vel inquiſitus allegauerit ipſum contractũ notoriè, nullũ & reprobatum ad effugiendũ iudiciũ criminale, poterit replicare fiſcus, vel accuſator ꝙ nõ eſt contractus, cũ ſit nullus; & notoriè reprobatus. & ꝙ de eo nõ loquitur ipſum decretũ d.§.condemnatum & d.§.non quæuis. Bart. l.1.§ & parui nu.1.verſi.iſta gloſſ.ibi ego in iſta ff.quod vi aut clam. Notoriè.n.exceptiones, vel replicationes nunquã videntur à ſtatutis excludi, niſi de eis in ſpecie dicatur, & eſt com.opin. Abb.d.conſi.44. In præſenti. & non obſtante ipſo decreto, & contractu nullo, ac notoriè reprobato.iudex debet procedere criminaliter: q̃a mens decreti Mediolanenſi fuit, ſtante contractu ex quo videtur abeſſe dolus, ꝙ non procedatur criminaliter Ergo cum ex contractu notoriè nullo, & reprobato à iure cõmuni, decretis, vel ſtatutis notoriis prohibentibus illos contractus fieri; præſumatur dolus l.quemadmodum. in fine.C.de agricol.& cenſi.

lib. 11. c. qui contra iura. de regulis iuris in 6. Do. And. Alc. tract. præſum. in 3. prin. reg. in præſum. 30. num. 3. verſ. limitatur iſta, poteſt procedi criminaliter, ex quo videtur ceſſare ratio decreti. Et ita in ſimili arguit. Abb. d. conſi 44. col. pen verſic. Item dicta. Cauſa enim vel contractus à iure naturali, vel ciuili notorio, vel ſtatutis notoriis reprobatus, non excuſat à dolo, imò arguit, & probat dolum in contrahente, vel in fundante ſe ſuper eo. Alex. conſi. 103. Videtur col. pen. nume. 21. verſi. dum tractat vol. 1. Ang. & Imo. l. ex conſenſu. § fina. ff. de appellationibus l. 2. vbi Iaſ. Dec. Cur & alij. C. de in ius voc. D. Alc. d. verſicu. limitatur iſta. & ibi D. Nico. Aret. in add. Et hoc maximè procedit ex quo decretum ipſum excipit caſum, quo cõtractus doloſè eſſet initus. & tunc vult eo non attento poſſe procedi criminaliter. Et dolus probatur ex quo contra legum interdicta contractus fuit factus d. l. quemadmodum in fi. & d. c. qui con-

40 tra. Alc. d. verſ. limitatur iſta. Vbicunq; enim † ius cõmune, ſtatutum, vel decretum contrauenit, vel reſiſtit contractui, vel illum fieri prohibet, ſeu interdicit, & fit talis contractus, tunc dicitur contractus doloſus, & præſumitur dolus, etiã ꝙ iuris ignorantia allegaretur, imo ignorare ipſum ius cõmune ſtatutum, vel decretum prohibitoriũ, vel interdictorium contraueniens, & reſiſtens contractui, dicitur dolus: ita inquit D. And. Alc. d. verſic. limitatur iſta d. cap. qui contra, & d. l. quemadmodum in fin. Bartol. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. hære. & l. cum lex. ff. de fideiuſſ.

41 ¶ Et licèt ignorare † iura, leges, ac ſtatuta, & proclamationes non dicatur dolus, & ea ignorans non dicatur in dolo, ſed in lata culpa, & eſt com. opin. vt inquit Do. And. Alc. præceptor meus, in trac. præſump. in 3. reg. prin. præſump. in præſump. 31. nu. 6. verſicu. & an ignorans. Iacob. Butrig. Bartol. Bald. & alij l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg. l. lata. ff. de verbo. ſignifi. Tamen iſtud fallit in quatuor caſibus, de quibus infrà quibus iuris ignorantia non excuſat à dolo ſaltẽ præſumpto, quos hic inferius ſubijciam, cum iſtud ſcire ſit vtile ad materiam iuramenti in litem, quod datur propter dolum, ita quòd lata culpa non ſufficit l. in actionibus. ff. de in lit. iurand. Et etiam iſtud ſcire eſt valdè neceſſarium

pro

pro intellectu dicti decreti Mediolani ſub rubrica, in quibus caſibus criminaliter procedi non poteſt, dum vult pro aliquo aſſerto delicto criminaliter non poſſe procedi, niſi contractus doloſè initus reperiretur, vel vis interueniſſet.

42 ¶Primò quotieſcunq; † ignoratur, ſeu erratur, vel delinquitur, ſeu contrahitur, vel fit contra illud, quod ius naturale, vel quaſi, vult ſeu dictat, præſumitur dolus, & contractus dicitur doloſus, & poſſet iurari in litem, & quòd plus eſt procedi criminaliter ipſo decreto, & contractu non attento, & huic erranti nullo pacto ſuccurretur. D.And.Alc.d. tract. præſumpt. in 3. reg. prin. in præſumpt. 30. verſic. limitatur etiam Ang. Raph. Comment. & Imol. l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appellatio. adeò, quòd etiam militibus, minoribus, mulieribus, ac ruſticis, in ipſo iure errantibus non parceretur text. in l. venia. & ibi no. Iaſ. Deci. Curt. & alij C. de in ius vocand. Alex. d. conſi. 103. Videtur col. pen. num. 21. verſic. dum tractat. vol. 1. Ponzin. d. verſi. 3. vt non habeat locum glo. & Doct. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Alex. Dec. & alij d. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.

43 ¶Secundò quotieſcunque † ignoratur ius ciuile notorium & indubitatum, vel ſtatutum decretum, ſeu proclama notorium, & indubitatum, vel fit aut contrahitur, ſeu delinquitur contra ius ciuile notorium, & indubitatum, vel contra ſtatutum, ſeu decretum, vel proclama notorium, & indubitatum præſumitur dolus, & poſſet in litem iurari, & ipſo decreto ſub rubrica, in quibus caſibus, &c. & dicto contractu facto contra prohibitionem iuris ciuilis, notorij, & indubitati, vel ſtatuti, aut decreti, & proclamatis notorij, & indubitati, non attentis poſſet procedi criminaliter, ex quo contractus doloſus præſumitur Alcia. dicta præſumptione. 30. in 3. regula principali verſicu. Et idem ſi erraret. Alex. d. conſi. 103. Videtur vol. 1. Ponzin. d. verſic. 3. Moder. dict. l. venia. Doctor. d. l. ſi id quod l. Bald. l. error. in prima quæſt. col. 2. ibi, item in delictis, & in l. leges ſacratiſſimæ, col. fin. C. de legi. vbi alij Doct. C. de iur. & fact. ignor. l. 1. §. hoc autem iudicium, vbi. Curt. & Moder. ff. ſi quis iuriſdi. non obtemp. Docto. d. §. fina. iuncto. d. §. condemnatum l. nec ſupma. ff. de iur. & fact. igno.

44 ¶ Tertiò quotieſcunq; † ius ciuile, vel ſtatutum, ſeu decretū trahit originē à iure naturali, ſeu à naturali æquitate, quæ eſt ſecundum naturā, aut iure gentiū merè poſitiuo, quod eſt quodammodo iuſgentium propter generalē conſuetudinem, ſemper contrafaciens, vel cōtrahens, ſeu delinquens contra illud, dicitur & præſumitur eſſe in dolo, licèt alias præſumeretur lata culpa: ergo talis contractus tanquā nullus, & doloſus non excuſaret à proceſſu criminali vigore dicti decreti Mediolani ſub rub. in quibus caſibus, &c. nec à iuramento in litem. Bal. l. leges ſacratiſſime. colum. fi. verſ. Tertiò quæritur. C. de legi. Ponz. in d. verſi. 3. vt non habeat.

45 ¶ Quartò dico, quod † quotieſcunq; lex, vel ſtatutum, aut decretum contrauenit, vel interdicit, ſeu cōtradicit, ſeu reſiſtit actui, vel contractui, vel illum fieri prohibet, ignorantiā talis legis, ſtatuti, vel decreti interdictorij, ſeu prohibitorij, vel reſiſtentis, ſeu contradicentis, non excuſat à dolo, imò cōtrahens, vel delinquens, vel cōtraueniens præſumitur in dolo, & vigore dicti cōtractus facti contra legē, ſtatutū, aut decretū prohibitoriū, ſeu interdictoriū actui, & contractui reſiſtens non excuſatur à dolo, imò dicitur eſſe in dolo d. c. qui cōtra. & d. l. quemadmodū in fi. Alci. d. præſump. 30 ver. limitatur iſta Bar. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hær. Ponzi. d. verſ. 3. vt nō habeat. Ergo vigore talis contractus tanquā cōtractus nulli, & doloſi nō adiuuaretur aliquis à proceſſu criminali vigore d. decreti ſub rub. in quibus caſibus, &c. cū excipiatur in eo cōtractus doloſè initus, nec excuſaretur à iuramēto in litē, ex quo ex ipſo cōtractu præſumitur dolus Alc. d. verſi. limitatur iſta maximè cum talis cōtractus eſſet nullus, ac reprobatus, ex quo ei lex, vel ſtatutū reſiſtit l. nō dubiū. C. de legi. & cōtractus nullus nō dicitur contractus d. §. cōdemnatū, & d. § non quæuis. Secus aūt vbi ius cōmune, ſtatutū, ac decretū non prohibet, nec interdicit actū, vel cōtractū fieri, nec illi reſiſtit, ſed nō aſſiſtit: quia tūc faciens talē contractū etiā nullū, nō dicitur in dolo, nec mala fide. Ergo talis contractus non diceretur doloſus, quia ignorare

46 iura † quæ nō reſiſtūt actui, ſed illi nō aſſiſtunt, non dicitur dolus, ſed lata culpa: ſed dicitur & præſumitur dolus, & iuris ignorantia ab eo non excuſat, vbi illud ius reſiſtit actui.

Alci.

Alci.d.verſ.limitaẽ iſta in reg.3.præſum.in præſum.30.Bar. d.§.ſcire.Abb.& Doct.c.conſultationibus. de iur.patr.& c. grauis col.pen.de reſtitu.ſpol.& c.dilecto.col.3.de præben. Cur.ſen.conſi.71.Princeps, colum.5.& ſeq.Fel.c.de quarta col.10.de præſcr.Et talis contractus etiã nullus,cui lex non reſiſtit.ſed illi non aſſiſtit,excuſaret à dolo,& cõſequenter à proceſſu & pœna criminali,ſtante dicto decreto ſub rub.in quibus caſibus,&c.tex.d §.ſcire Imò & excuſaret à iuramẽto in litem, vbi error iuris erat probabilis, vel arbitrabatur ſeu putabatur contractum valere, & talis cõtractus nullus ſufficit ad lucrũ fructuũ,& eſt com.opi.per Cur.Iun.conſ.6. Circa primã col.pen.ver.poſtremò igitur.in 1.par.gl.& Bar. l.ſi fur.§.1.ff.de vſucap.Fel.d.c.de quarta col.9.Pan.c.ſi diligenti col.7.de præſcr.facit l.4.& l.fi.ff.pro lega.vbi etiã tit. nullus præbet iuſtã cauſ.pſcribendi.& poſſidẽs ex teſtamento inutili vel nullo hæreditatẽ tanq̃ proximior agnatus,cũ tũ alius eũ præcedat,ſi hoc fecit per errorẽ etiã iuris, nõ dicitur in dolo,nec prædo,nec tenetur ad fructus,ex quo lex ei nõ reſiſtit,ſed nõ aſſiſtit, & teſtamentũ etiã nullũ excuſaret à criminali pœna ſtante decreto, de quo ſuprà ſub rub.

47 In quibus caſibus,&c.tex.& Bar.d.§.ſcire.Lex autẽ,† vel ſtatutũ ſeu decretũ dicitur reſiſtere actui vel contractui,quando præcipit ne fiat contractus dirigendo verba ad perſonas ne contrahant,vel ad vnã ex eis:puta, dicendo nullus ciuis vendat forenſi rem immobilẽ, vel præcipiendo ſeu dicẽdo, ne cõtrahant ſine tali ſolennitate:vel qñ reſiſtit potentiæ dicendo,ꝙ nullus poſſit vendere forenſi,vel ꝙ forẽſis nõ poſſit vendere,vel qñ reſiſtit obligationi,dicendo,ꝙ minor vel mulier non poſſit obligari ſine tali ſolennitate.Io.de Imol. & Doc.c.cum contingat. de iureiu.Doc.l.non dubiũ.C.de legi.Bar.& Pau.de Caſt.l.cũm lex col.2.nu.3.4.5.ac 6.ff.de fideiuſ vel qñ lex vel ſtatut.reſiſtit pp naturã rei,cuius non eſt cõmerciũ: puta ſi eſt res ſacra,vel relig.Bar.d.l.cũ lex.in prin.Vel qñ aufert poteſtatẽ in futurũ contrahendi,vel aliquid prohibet in futurũ.Bar.d.l.cum lex col 2.nu.6.ver.ſed iuxta. Idẽ vbi mulier alienat fundũ dotalẽ lex ei reſiſtit: vt etiã obligatio naturalis nõ oriatur,& pro ea fideiuſſor non poſſit obligari.Bart.d.l.cum lex col.1.nu.2.ver.Quæro quid

gloſ.l dotalem.ff. de teſt.mil.& in l.ſi prædium.C.de iure dot.Idem vbi minor prædium ſuum alienat, lex ei reſiſtit: vt etiam fideiuſſor pro eo non teneatur. Sed marito,& tutore, vel alio alienate lex ei non aſſiſtit, ſed non reſiſtit, & in eorum præiudicium fideiuſſor dari poterit.Bart.d.l.cum lex.col.1.nume.2.ver.quæro quid,& col.fi.in fin.vbi etiam Pau.de Caſt.Et generaliter quando lex vel ſtatutum dicatur reſiſtere, interdicere, prohibere, vel non aſſiſtere actui vel contractui, vide Bar.& Pau.de Caſtr.d.l.cum lex.& in l.1.col.fi ff.de nouationibus. Bald.Iaſ.& alios in l.non dubium.C.de legi.

¶ Ergo ſequitur ex præmiſſis,quòd cum decreto Mediolani ſub rub.de donationibus diſponat, ne quis audeat donare, vel titulo lucratiuo cedere, niſi donans & donatarius, cedens & ceſſionarius iurent prout in ipſo decreto, q̃ decretum ipſum dicitur reſiſtere donationi nõ iuratæ ad formam dicti decreti, adeò quòd ex ea etiam obligatio naturalis non oriatur, & fideiuſſor datus pro ea non teneatur, nec valeat donatio,nec ſtipulatio de euictione, ex quo decretum prohibet perſonam donantis ne eam faciat abſque ipſo iuramento. Bar.& Pau.de Caſtr.d.l.cum lex.col.2.ff de fideiuſſo.nu.3.& 4.& 5.& 6.Quod quidem decretum reſpectu iuramenti ponendi, & publicationis faciendæ ad formam dicti decreti, procedit etiam reſpectu donationis factæ in dominio Mediolani per forenſes, & etiam inter forenſes de rebus etiam exiſtentibus extra dominium Mediolani,ex quo ſolennitas loci cõtractus & iudicij debet attendi,alioquin non valet contractus nec iudicium D.Lau.Siluanus conſ.40.Viſa Bar.l.1.col.5.verſi.& primo quæro.C. de ſumma tri.Bal.& Doc.l.fi.de iuriſd om.iud.& in l.1.q.4. & 5.C.de contrahe.emp.& eſt com opi.D.Silua.d conſ.40. col.fi.Ergo ſi donatio ipſa non eſt iurata decretum illi reſiſtit, & præſumitur contractus doloſus Bar.d §.ſcire.Alcia. d ver.limitatur iſta. Vnde ſequitur,quòd donatio inter viuos non iurata ad formam dicti decreti non prodeſt ad euitandum iudicium criminale in caſu dicti alterius decreti ſub rub.in quibus caſibus &c.vt dixi ſuprà nu.43.verſi.ſecundo quotieſcunque,& nu.45.ver.quarto dico.

¶Sequitur

48 ¶Sequitur etiam,† quòd decretum Mediolani,ſub rubr.de notar.publ.in.§.nulli notarij.& §.cōtrahentibus. cum prohibeat notarijs,& cōtrahentibus,& diſtrahentibus,cum mulieribus,ne cum illis contrahant,vel diſtrahant,niſi præcisè & ad vnguem ſeruentur ſolennitas requiſitæ per ſtatuta,& ordines ciuitatum,& locorū, in quibus fiunt inſtrumenta, ſub pœnis de quibus in ipſo decreto;puta, ſi nō adhibeatur conſenſus agnatorum vel cognatorum,qui debet adhiberi in contractibus mulierum ex forma ſtatuti,certè ſi tales ſolennitates non adhibeantur nō valet contractus,nec diſtractus,nec conſenſus mulierum, maximè vbi ſtatutum diceret, ꝙ mulier vel minor non poſſit alienare ſine conſenſu conſanguineorum, quo caſu talis cōtractus ſeu diſtractus, vel conſenſus mulierū,dicitur nullus, & præſumitur doloſus,& ex eo non oritur etiā obligatio naturalis,nec tenetur fideiuſſor mulieris; quia decretum ac ſtatutum dicitur tali contractui reſiſtere.Bart d.l.cum lex.col.2.nu.4.ver.& hoc fi.& ver.idem ſi prohibitio.& nu 6.ver.ſed iuxta prædicta, & ibi Pau.de Caſt.& alij,ff.de fideiuſſo.Ergo ex ipſo contractu præſumitur dolus, ex quo eidem decretum, ac ſtatutū reſiſtit,& dicitur contractus doloſus. Ergo talis contractus vel diſtractus,aut conſenſus mulierū in quo dictæ ſolennitates ſeruatæ non fuerint dicitur doloſus,& eo non attento & non attento ipſo decreto prohibente procedi criminaliter, vbi res habet originem à contractu poſſet procedi criminaliter,ex quo talis contractus dicitur doloſus, Alciat.in 3.regu.prin præſumpti.in præſumpt.30.ver.limitatur iſta. Bar.d.l.ſed & ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.hæredit.d.c. qui contra,& d.l.quemadmodum.in fi.C.de agric.& cenſ.

49 ¶Decretum eſt in dominio † Mediol.ſub rub.de pœn.§.collegijs.& etiam eſt ſtatutum in vrbe Nouariæ, quibus cauetur,quòd interdicitur quibuſcunque, ne rem immobilem ſitam in dominio Medio.alienent non ſubdito dominij Mediolani,abſque principis licentia,quo caſu tale decretū, ac ſtatutū dicitur reſiſtere ipſi contractui,ex quo dirigit verba in actum hominis.Pau.de Castr.d.l.cum lex col.1.& ibi Bar ff.de fideiuſſ.Ergo ſi fiat contractus ipſe,cui decretum reſiſtit, præſumitur dolus. Bar d.§.ſcire.Alci.d.ver.limitatur,

tur, quòd non ſubditus non poſſet præſcribere rem ipſam vigore talis contractus. Iaſ.conſi.166.Verſiſur col.fi in fi. vol.2 prohibita enim alienatione cenſetur prohibita præſcriptio.l.vbi lex. & ibi gloſſ & Bart.ff.de vſucapio & eſt com.opin.Alexan.conſi.1.Ponderatis col fi.vol.4 l.alienationis.ff.de verb.ſignifi.Ergo non attento d.decre.quo cauetur,quòd non procedatur criminaliter vbi res habet originem à contractu, & non attento ipſo contractu facto abſque licentia principis poſſet procedi criminaliter, ex quo ipſe contractus diceretur doloſus.Bar.d.§.ſcire.Alc.d. ver.limitatur iſta. cum decretum eidem reſiſtat. Paul.de Caſtr.d.l.cum lex ff.de fideiuſſo.

30 ¶Statutum inclitæ, & † antiquiſſimæ Herculeæ ciuitatis Nouariæ patriæ meæ nobiliſſimę,inquit,ꝙ aliquis contractus,vel quaſi,vel aliqua obligatio nō poſſit fieri cum filio familias ſine conſenſu patris,vel eius in cuius poteſtate fuerit,vel cum minore maſculo, minore annorū quatuordecim,nec fœmina minore duodecim annorū,ſine authoritate tutoris,& cum minore decemocto annorū,ſine authoritate curatoris,ſi curatorem habuerit·& ſi nō habuerit,ſine authoritate trium conſulum, iuſtitiæ, quo caſu ſtatutum ipſum videtur reſiſtere obligationi.& contractui facto ſine ipſa ſolennitate. Paul.de Caſtr.d l.cum lex col.1.verſ tertius quando,& ibi Bar.& Doc.ff.de fideiuſſo.Ergo contractus factus abſque ipſa ſolennitate ipſo iure non valet, & ex eo non oritur obligatio etiam naturalis Pau de Caſt.& Bar.d.l.cum lex. Et conſequenter dicitur contractus doloſus, vbi non fuit ſeruata forma ſtatuti reſiſtentis obligationi.Bar.d.§ ſcire. Alci d.ver.limitatur iſta. Et per conſequens contractus ipſe abſque ſolennitate dicti ſtatuti, tanquàm contractus doloſus, non poterit allegari ad effugiendū iudicium criminale vigore dicti decreti Mediolani ſub rub.in quib.caſibus criminaliter procedi nō poteſt,maximè vbi ex lectura inſtrumenti, vel aliter ex actis cōſtaret, ꝙ filiusfamilias aut minor vel mulier, aliquibus minùs veris,vel minùs legitimus, aut minùs iuſtis narratiuis,enuntiatiuis, præfationibus ſeu perſuaſionibus indicti fuerint ad cōtrahendū,cedendū, aut renuntiandū,quia tūc multo magis

magis præſumeretur contractus ipſe doloſus, & non valeret, & quatenus valeret, deberet reſcindi.l.pen.C.de dolo. Dec.conſ.180.Viſa.Et ita in ſpecie ſuper ipſo ſtatuto ciuitatis Nouariæ pro domina Antonia de Partonis vxore Magnifici artiū & medicinæ doct.D.Andreæ de Plot.Patritij Nouariæ, fratris patruelis Magnifici D.Marci Ploti aui mei paterni conſuluit D.Iaſ.conſ.69.Quæritur col.2.& 3.in fi. vol.2.licèt per errorē impreſſorū in themate dicti conſilij Iaſ.29.Quæritur vol.2.legatur de Plot.cum dici debeat do Plot.cū familia noſtra appelletur familia antiquiſſima de Plotis quæ à Gneo Plāco Ploto Romanorū Imperatore,& Cōſule deſignato, ac Lugduni cōditore,ſuā originē ducit. Ad quem M.Tul.Cicero in decimo eius epiſtolarum familiariū libro plures ſcripſit Epiſtolas. Nec eſt dubiū Plancū ipſum fuiſſe cognomēto Plotū, prout atteſtātur Martinus Philèticus, interpretes in d.lib.10.& Ambro.Calepinus in eius vocabu.In ver.Planci.Et eundē Gneū Placū Ro.Impe. fuiſſe ex Plotorū ſtirpe, teſtificatur Mag D.Bartholomæus Taegius Iurçconſultus optimus collegij Mediolani, Hiſtoricus doctiſſimus,& Poeta facundiſſimus, in eius epiſtola, cui titulus eſt de nobilitate,quā lingua ethruſca ſcripſit ad Magnificū Pontificij, & Cæſarei iuris doctorem acutiſſimū D.Bernardinum Plotum cōſanguineum meum, & locum tenentē in Marchionatu Montisferrati,Illuſtriſſimi,& reuerendiſsimi D.Hippoliti Gonzagæ Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ & tutoris illuſtriſſimi domini Gulielmi Gonzagæ Ducis Mantuę,& Marchionis Montisferrati digniſſimi.

¶Sed redeundo ad locum à quo digreſſi pauliſper ſumus,

51 Dico quod ſi tutor ac curator ignorabant liberationē rationis reddendæ,cum legato eius omnis, in quod condemnarentur, eis facto nō valere:quia fortè ignorabant factū, id eſt,bona eſſe feudalia,vel liuellaria, & ſic ignorarunt teſtatorē de eis non potuiſſe diſponere, relinquendo dictā liberationē.certè ſi non fecerunt inuentarium ac librū rationum ob ipſam facti ignorantiā excuſantur à dolo & à lata culpa l.qui in alterius vbi tex.glo.Dec.& Cag.ff.de reg.iur. l.fin.ff.pro ſuo l.igitur § pōt ff.de lib.cau.l.ſed & ſi lege §.ſciu e.ff.de petit.hæred.Corn.conſ.147.Quia col.pen.vol.2.

Ergo ob non confectionẽ inuentarij & libri rationum, etiã quod liberatio non valeret, non poſſet eo in caſu iurari in litẽ, ex quo liberatio etiã nulla, relicta tutori & curatori excuſat à dolo & à lata culpa, vbi ignorabatur factũ ex quo liberatio reddebatur nulla d.§.pót, & d.§ ſcire. Et vbi non eſt dolus nec lata culpa, non poteſt in litẽ iurari contra tutorem, nec curatorem l alio iure.C.de in lit.iur.Et in dubio ignorantia facti præſumitur l.verius.ff de proba.Et liberatio, ſeu legatũ etiã nullius valoris ſicuti etiã titulus nullus & putatiuus cauſatus etiam in errore iniuſto iuris, vel facti, excuſat à dolo, & à mala fide, & à pœna criminali, & vt non teneatur tanquã prædo de fructibus percipiendis d.§.ſcire, & d.§ poteſt, eſt commu.opin Alciat.in 3.reg princ.præſump.in præſumptio 5.ibi, quinto bonafides. Bart.Bald & Doct.l.Celſus.ff.de vſucapionib.Bald.poſt gloſ.in l.1.C.vbi cau.ſtatus, latè per Cur.Senio.conſi.71.Princeps gloſſ.Roma.Alex.& Moder.l quod vxor.ff.de acquir.poſſ.gloſ.l.de fructibus.ff.de donat.inter virum & vxor.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Mediolanenſe ſub rub.in quibus caſibus criminaliter procedi non poteſt, quo cauetur quòd vbi res habet originem à contractu, non poſſit procedi criminaliter, niſi contractus doloſè initus reperiretur, an procedat etiam quòd contractus eſſet nullus per errorem facti, & iuris, dummodo non eſſet doloſè initus.*

2 *Contractus doloſè initus non dicitur propriè contractus nec valet, etiam ſi ſit iuramento firmatus.*

3 *Contractus appellatione venit etiam contractus nullus, quando alias verba eſſent ſuperflua.*

4 *Exceptione ſit ſuperflua, & inutilis, tunc cenſetur regulam ampliare ſecundum qualitatem exceptionis.*

5 *Regula p exceptionẽ ampliatur, quãdo aliàs exceptio eſſet inutilis.*

6 *Beneficium principis debet latiſſimè interpretari.*

7 *Mitior interpretatio in legibus & decretis ſemper fieri debet.*

8 *Appellatio à ſententia ſi ex ſtatuto ſit prohibita, non cenſetur prohibita, quando iudex fuit in dolo, vel lata culpa.*

9 *Sententia lata per dolum iudicis nunquàm tranſit in rem iudicatã.*

Iudex

10 *Iudex præſumitur dolo pronuntiaſſe, quando erat capitalis inimicus eius, contra quem pronuntiauit.*

11 *Dolus in omni materia ſemper præſumitur exceptus.*

12 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*

13 *Lex noua diſponens ſuper eo, quòd diſponit ius commune intelligitur ſecundum ius commune, & ſecundum legem antiquam.*

14 *Hæres in iure errans non dicitur prædo, nec tenetur de fructibus percipiendis: idem eſt in legatario.*

15 *Prædo non dicitur, qui pretiũ numerauit etiam in contractu nullo.*

16 *Abigeus, quo caſu non teneatur de abigeatu.*

17 *Turbans aliquem in poſſeſſione, quo caſu criminaliter non teneatur ex ſtatuto Mediolanenſi.*

18 *Poſſeſſio ex contractu nullo transfertur, vbi interuenit actus facti.*

19 *Contractu principali non ſubſiſtente nec eius acceſſoria valent.*

20 *Poſſeſſio per contractum nullum, ſeu conſtitutum aut alium actum fictæ traditionis poſitum in contractu nullo non transfertur.*

21 *Contractu nullo, etiam conſtitutum in eo appoſitum dicitur nullũ: tamen excuſatur is, qui harum prætextu propria authoritate, & per rem ingreſſus eſt poſſeſſionem, niſi ei fieret reſiſtentia facto.*

22 *Matrimonij nulli contractus, contrahentes excuſat qui ſimul habẽt copulam, à pœna illiciti coitus, dummodo ſtatim quòd ſciuerunt matrimonium non valere, abſtineant à coitu. Idem etiã procedit in muliere, & minore maſculo, ſi ſtatim quòd cognouit, pœnituit.*

23 *Contractus vel titulus nullus cauſatus etiam ex errore iuris, excuſat à mala fide, & à dolo.*

24 *Iudex debet in dubio eligere partem paribus, minus onéroſam.*

25 *Delictum ſi à contractu originem habeat de iure communi in multis caſibus criminaliter procedi non poteſt.*

26 *In pœnalibus contra fiſcum in dubio eſt pronuntiandum: idem eſt contra accuſatorem.*

27 *Curia conſequitur maiorem honorem abſoluendo, quàm in condemnando.*

28 *Doli mentionem expreſſam vbicunque lex, vel ſtatutum facit, lata culpa non comparatur dolo, de quacunq; pœna pecuniaria agatur.*

29 *Partes facientes actum nullum, præſumuntur actum eſſe nullum ignorare, maximè ſi fuerint expenſæ.*

30 *Criminaliter agi quando dicatur.*

31 *Cauſa qualibet quæ excuſat à dolo, & eius pœna, an excuſet à pœna*

pecuniaria,

pecuniaria, quæ datur ratione latæ culpæ, & an in pœnis pecuniarijs lata culpa dolo æquiparetur.

32 Lata culpa non æquiparatur dolo etiam in caſibus, quibus agitur de ſola pœna pecuniaria, quando lex vel ſtatutum facit expreſſam doli mentionem.

33 Copulæ proprietas quæ ſit, & quæ ſint dictiones copulatinæ, & vtrum copulatorum concurſus requiratur.

34 Copula, & poſita inter duas orationes perſectas, quæ ſtare poſſunt de per ſe, tunc habet vim dictionis continuatiuæ, non copulatinæ.

35 Copula in decreto, vel lege fauorabili habet vim dictionis continuatiuæ, non copulatiuæ.

36 Verba debent intelligi, vt euitetur mala grammatica.

37 Verba in medio poſita interpretãtur ex præcedẽtibus & ſequẽtibus.

38 Copulatiuarum dictionum natura eſt copulare diuerſa.

39 Contractus appellatione in fauorabilibus quæ veniant.

40 Copulatiua negatiua vel affirmatiua vt verificetur requiritur concurſus omnium copulatorum.

41 Matrimonio nullo per ignorantiam facti contracto, ſi coitus ſequatur, non punitur; ſi ſit ſecundum naturam, ſecus ſi ſit ſodomiticus.

42 Sodomia graue delictum, & grauiter puniendum, etſi inter coniuges committatur.

43 Sodomia dicitur, ſiue fiat cum maſculo, ſiue cum fœmina.

44 Sodomitarũ bona cõfiſcantur, & ipſi fiũt infames, & teſta nõ poſſunt.

45 Sylua cædua communis; ſi ab vno ex ſocijs inciditur, ille non poteſt accuſari nec puniri de turbata poſſeſſione: ſecus ſi illam occupet.

46 Lex habens plures intellectus, poteſt allegari in quolibet intellectu, quando quilibet intellectus probatur per bonas rationes, vel leges.

47 Contractus appellatione venit etiam contractus nullus, quando ſumus in fauorabilibus, & militat eadem ratio.

48 Statutum cauens de ſoluenda gabella, pro contractu intelligitur de valido, & efficaci.

49 Exceptio declarat de quo genere loquatur regula, & vbi exceptio eſſet ſuperflua, per exceptionem ampliatur regula.

50 Contractus à lege reprobatus an poſſit allegari in caſu decreti Mediolani, quod prohibet procedi criminaliter, vbi res habet originem à contractu.

51 Lex vel ſtatutum non receptũ, nec moribus vtentium approbatum non habet vires: & ſufficit lapſus decennij à tẽpore conditi ſtatuti.

Legis

52 *Legis, vel ſtatuti ſolennitas, quæ actui reſiſtit, quoties eſt ſecreta, ceſſat doli præſumptio.*

53 *Ignorantia iurium, quæ ſunt dubia & intricata excuſat à dolo & mala fide.*

54 *Contractus nulli & illiciti, quæ communiter fiunt, tanquàm liciti, excuſant à pœna criminali huius ſeculi, licèt non quo ad Deum.*

55 *Conſuetudo excuſat notarios à pœna falſi.*

56 *Dolus vt excludatur, conſuetudo inſpicitur.*

57 *Conſuetudo etiam mala & nulla excuſat in delictis.*

58 *Doli præſumptio ceſſat probata bona qualitate, & fama contrahentium.*

59 *Fama bona probatio tollit indicia leuia, in genere, non in ſpecie.*

60 *Contractus an ſit dolosè initus ex qualitate facti contrahentium, loci & temporis concipi poteſt.*

61 *Contractus facti contra legem, ſi in ſe naturalem æquitatem contineant, ceſſat præſumptio doli & malæ fidei.*

62 *Statutum, vel lex requirens certam ſolennitatem ad aliquem effectum, non habet locum in foro conſcientiæ, ſi actus fiat ſine illa ſolennitate, & ipſe actus effectui non conueniat.*

§. VI.

VNDE ex præmiſſis infero, ꝙ decretū Mediolani ſub rub. in quib. caſib. crimi. procedi non poteſt, quo cauetur ꝙ vbi res habet originem à contractu ꝙ non poſſit procedi criminaliter, vt habeat locum decretum ipſum etiam in cōtractu nō tamen dolosè inito, adeò quòd pro aſſerto delicto habente originem à contractu etiam nullo, non poſſit procedi criminaliter, ex quo contractus etiam nullus, excuſat à mala fide, & à pœna, & proceſſu criminali text. d. §. ſcire. & d. § poteſt, & in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Imperatores, &
1 verſi. idem Pollioni. ff. de adulter. Et † quamuis D. Catellia. Cotta in lib. memor. verſic. actus nullus. in fi. & D Io. Fran. Ponzinib. in tracta. per eum edito ſuper ipſo decreto in 3. lim. velint decretum ipſum procedere in contractu valido, non autem nullo, per regul. l. 3. §. condemnatum. ff. de re iud. Ego tamen teneo intrepidè, quòd decretum ipſum

Mediolani,ſub rub.in quibus caſibus criminaliter procedi non poteſt, quo cauetur non poſſe procedi criminaliter pro negotio, cauſa, vel re, ſeu aſſerto delicto habente originem à contractu, niſi contractus doloſè initus reperiretur, procedere, vt non poſſit procedi criminaliter, pro re vel aſſerto delicto habente originem à contractu, etiam ſi contractus ipſe valeret, vel non valeret, ſed eſſet nullus per errorem facti tantum, vel iuris errorem tantum, uel etiã per errorem iuris, & facti ſimul, dummodo tamen non eſſet doloſè initus, & hoc per tex.in d.§.ſcire.& d.§.poteſt,& in d.§.idem Imperatores, & dict.verſi.idem Pollioni & per duodecim fundamenta de quibus infrà.

¶Primò quia decretum ipſum Mediolani facit regulam ꝙ non poſſit procedi criminaliter, vbi res habet originem à contractu: Deinde facit exceptionem, niſi contractus doloſè initus reperitur. Vnde præſuppono quòd contractus doloſè initus, cum ſit contractus à iure reprobatus, quod non dicitur propriè contractus, nec venit appellatione contractus in legibus, ſtatutis nec alia materia. Bald.l.non dubiũ. in 2.not C.de legibus. Et iſtud ego probo. quia contractus propriè loquendo dicitur quando eſt vltro citroq; obligatorius. text.gloſ Bart.& Alcia in l.l,abeo,§.contractum.ff.de verb.ſignifi. Et contractus non dicitur † obliga-
2 torius, nec dicitur propriè loquendo obligatio; ergo nec contractus, cui poteſt opponi exceptio doli, vel alia exceptio, cum obligatio ſit iuris vinculum quo neceſſitate aſtringimur alicuius ſoluendæ rei cauſa, ſecundum noſtræ ciuitatis iura. textus inſtitu.de obligat. vbi glo. verſi. neceſſitate. & ibi Doct.l.creditor. & l.debitor, vbi not. per illum textum.ff.de verb.ſignifi. Et conſequenter contractus doloſè initus non dicitur propriè contractus, cum in effectu non ſit vltro citroq; obligatorius, nec habeat iuris vinculum, quo partes aſtringantur illi ſtare, ex quo dolo deceptus nõ tenetur illi ſtare, cum contractus doloſè initus etiã cum iuramento, ſit nullus, & quatenus aliquis reperiatur debeat reſcindi. Dec.d.conſ.180. Viſa. Iaſ.d.conſi.69. Quæritur col.pen.in fin.vol.2.totó titu.ff.& C.de dolo.& ff.de doli exceptio. cum in contractum dicimus, non debemus intelligere

intelligere de doloſè inito, cui partes ſtare nō tenentur. ex quo verba cū effectu debent intelligi l. 1. §. hæc aūt verba. ff. quod quiſque iur. Ergo ſequitur, φ ſicuti ipſa exceptio decreti de contractu doloſè inito, eſt exceptio de contractu nullo ſaltem in effectu, cum vbi ſit aliquis debeat reſcindi. Dec. d. conſi. 180. Viſa toto titu. ff. & C. de dolo, φ pari modo regula ipſius decreti, vt non poſſit procedi criminaliter. vbi res habet originem à contractu, intelligitur etiā de contractu nullo, non tū doloſè inito, vel etiā de contractu valido, ſed reſcindendo, non tū ratione doli: cum. n. exceptio ipſa eiuſdem decreti ſit de contractu doloſè inito, & ſic de contractu nullo, & qui propriè non eſt cōtractus, vt ſuprà probaui. Ergo etiam regula eiuſdem decreti debet intelligi etiam de contractu nullo, nō tū doloſè inito: vt pro re habente originem etiā à contractu nullo, non tū doloſè inito, non poſſit procedi criminaliter: quia exceptiones ſunt, & eſſe debent de genere regulæ. Et ex qualitate exceptionis declaratur, de quo genere loquatur reg. l. nam φ liquidè. §. fi. ff. de pen. leg. Dec. l. 1. nu. 26. verſ. Et licèt, & ibi Cagno. ff. de reg. iur. Alex. & Doct. l. ſenium. C. qui teſtam. facere poſſ. Alioquin ſi non intelligeremus regulam dicti decreti procedere etiam in contractu nullo, & qui propriè non eſſet contractus, vt pro re habente ab eo originem, non poſſit procedi criminaliter, exceptio decreti contractus doloſè initi eſſet exceptio ſuperflua, & impertinēs, & quæ nō eſſet de regula, ſicuti ſi diceremus, omnis homo currit, excepto aſino, cū dici deberet, excepto Petro. Ergo ne ipſa exceptio ſit ſuperflua, & nihil quo ad regulā operetur, & ſic non faciens ad regulā, verba regulæ debent intelligi etiā de contractu nullo, non tū doloſo, vt non poſſit procedi criminaliter pro negotio habente ab eo originē, quia etiam appella
3 tione † contractus, vel donationis, venit contractus etiam nullus, & donatio etiā nulla, qū verba eſſent ſuperflua, & nihil operarentur, quod not pro limita. text. in l. 3 § condemnatum. ff. de re iudic. vt eſt de hoc text in l. ſi qū quis vxori & ibi Bart. Paul. de Caſtr. & Iac. Put. ff. de leg. 1. & hoc modo reſpondetur ad allegata in contrarium per Cott & Ponzin. in locis, de quibus ſuprà dixi nu. 1. verſi. Et quāuis,

4 hoc eodem verbo. Vbicunque enim exceptio † eſſet ſuperflua,& inutilis,& de eo, quod in regula non contineretur, tunc exceptione videatur inutilis, & ſuperflua, cenſetur regulam ampliare, ſecundum qualitatem exceptionis. Dec. d. l. 1. num. 3 1. verſ. & prædicta. ff. de reg. iur. & eſt com. opi. vt inquit D. Hierony. Cagn. d. l. 1. nu. 30. verſ. Et conclu ſio. & num 33. verſi. ſed non eſt recedendum. ff. de reg. iur. l. tribunus. §. 1. ff. de teſta. milit. Exemplum ſi conſtituo procuratorem generaliter ad omnia, non veniunt illa, quæ mandatum ſpeciale requirunt c. qui ad agendum, cum ibi notatis per gloſ. & Doct. de procu. in 6. ſed ſi facio procuratorem generaliter ad omnia, niſi quòd iuramentum nõ poſſit deferre, & ſic exceptio vnum caſum, in quo ſpeciale mandatum requiritur, illa exceptio ne ſit ſuperflua, declarat, & ampliat mandatum, & regulam, vt omnia alia includantur in mandato, in quibus etiam mandatum ſpeciale requiritur. D. Geminia. poſt Lap. d. c. qui ad agendũ. §. 1. Alex. Clau. Aquen. & Iaſ. l. fi. ff. quod quiſque iuris. Iaſ. l. nummis col. 3. ff. de in litem iurand. Bar. Chaſſa. conſi. 3. Stat ſtatutum nume. 7. verſi. Hinc videmus. Dec. c. conſultationibus. in fi. de offic. deleg. & in d. verſic. Et prædicta. Et hæc eſt com. opi. vt inquit Cagno. d. l. 1. num. 30. verſi. & concluſio. & nu. 33. verſ. ſed non eſt recedendum. ff. de reg. iur. Nicol.

5 Euerar. arg. 3. ibi, locus ab exceptione. Sic & Papa † confirmando generaliter priuilegia, non intelligitur confirmare priuilegia, quæ ſunt contra ius. Et tamen eſt verum, quod ſi exciperet vnum, quòd eſſet contra ius, cenſetur confirmaſſe alia, quæ ſunt contra ius: & ſic ampliatur hoc caſu regula per exceptionem. Ergo exceptio contractus doloſè initi facta in ipſo decreto, videtur ampliare regulam decreti, vt non procedatur criminaliter, vbi tres habet originem à contractu, vt procedat etiam in contractu nullo, & contra ius: dummodo doloſè non ſit initus ex quo excipitur contractus doloſè initus. Bal. c. 1. col. 2. in princ. per quos fiat inueſtitura. Iaſon d. l. fi. in fi. ff. quod quiſq; iuris. & in d. l. nummis. Chaſſan. d. conſ. 3. At ſtatutum nume. 8. verſic. Primam tamen. Cagno d. verſic. ſed non eſt. Nicol. Euerard. dict. verſic. locus ab exceptione.

Secundo

6 ¶ Secundò iſtud † ego probo: quia decretum ipſum Mediolani prohibens procedi criminaliter, vbi res habet originem à contractu, non dicitur priuilegium, ſed beneficium principis, ex quo ſibi ſeu eius Fiſco tantum nocet, dum nõ vult procedi criminaliter, & prodeſt accuſato denuntiato, vel inquiſito, vt non teneatur perſonaliter ſeſe conſtituere, & vt non poſſit moleſtari ad pœnam, nec ex proceſſu criminali, in quo plures expenſæ fiunt, quàm in proceſſu ciuili, & nõ nocet accuſatori, vel actori, ex quo eſt ſibi ſuccurſum agendo ciuiliter in cauſa ciuili, ex forma dicti decreti pro re habente originẽ à cõtractu. Ergo decretũ ipſum cum ſit Principis beneficiũ ab eius indulgentia, ac clementia emanans, debet quàm pleniſſimè, & latiſſimè interpretari, vt procedat etiã in cõtractu nullo: vt pro aſſerto delicto ab eo originẽ habente nõ poſſit procedi criminaliter, cum beneficia principis latiſſimè ſint interpretanda, & latiſſimè, & quàm pleniſſimè loquendo contractus etiã nullos dicatur cõtractus l. fi. ff. de conſt. principum. Bell. conſ. 20 Inſpectis nu. 18. verſi. quoniã glo. & Alc. l. princeps bona. in prin. ff. de verb. ſignificà. iuncto tot. titu. Inſtit. de inutil. ſtip. & de inoffic. teſtam. & iuncta l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto autem teſtamento. C. de teſtamen. vbi etiam teſtamentum imperfectum dicitur teſtamentum ſaltem largo modo. Et ſtipulatio nulla, & inutilis, dicitur ſtipulatio etiam largè, ſeu largiſſimè, latiſſimè loquendo. Et beneficia principis; quàm pleniſſimè, & latiſſimè debent interpretari text. d. l. fin. ff. de conſtitu. princ. Alciat. d. l. princeps bona.

7 ¶ Tertiò etiam † quia agitur de interpretatione pœnarum, & remittendo ne procedatur criminaliter: ergo decretum ipſum debet intelligi etiam in contractu nullo: cum ſemper mitior fieri debeat interpretatio legum, ſtatutorum, & decretorum l. penult. ff. de pœnis.

8 Quartò, quia decretum † dum dicit, non poſſe procedi criminaliter pro aſſerto delicto habente originẽ à contractu, & deinde dum excipit niſi contractus doloſè initus reperiretur, dicitur excipere illud, quod tacitè à iure ſubintelligebatur: quia in omni materia ſemper dolus intelligitur exceptus, etiam ſi non excipiatur. Et ideo omnes leges, omnia

decreta Mediolani,& omnia ſtatuta,& omnia pacta partiũ, quibus cauetur, ꝙ iudex cognoſcat appellatione remota, prout eſt Mediolani decretum ſub rubr.de bonis ad cridas ponendis.§.ſuper deductis. quo cauetur ꝙ iudex in cauſis cridarũ,cognoſcat appellatione,& querela qualibet remota.Et aliud decretum Mediolani ſub rub.de accuſa.§.à ſententia.quo cauetur ꝙ à ſentẽtia lata in cauſa criminali nõ liceat appellari, nec de nullitate dici. Et aliud decretũ Mediolani ſub rubr.de Arbi.§.ſi contingat.quo cauetur ꝙ nõ licet appellari,nec querelari ab arbitrijs, vel arbitramentis. Et aliud decretum Mediolani ſub rub.de appel.§.lata.quo cauetur appellari non poſſe,nec de nullitate dici,à ſententia lata in cauſa appellationis, vbi ipſa ſententia ſit conformis primæ, & omnia alia ſimilia iura, quibus remouetur appellatio,& nullitas,& diſponitur ſentẽtias debere exequi remota appellatione, intelliguntur niſi iudex fuerit in dolo,vel lata culpa.quia tunc non obſtantibus omnibus legibus,pactis,ſtatutis, & decretis ipſis remouentibus appellationem poterit appellari,& dici de nullitate ab ipſis ſententijs,arbitrijs,& arbitramentis, propter dolũ,vel latã culpã, quę ęquiparatur dolo,& dolus futurus nunquã cenſeatur remiſſus. ita dixit in ſpecie Hip.de Marſ.ſing.289 Incip.dolus. Bal.c.vt debitus col.2.de appel Et idem vbi eſſet dolus iudicis,vel partis forte participantis cũ iudice puta,ſi pecunia eum corrupit, vel dolus iudicis tantũ,vel partis tantũ: quia tũc iura,decreta,ac ſtatuta ipſa,nõ cenſentur remouere appellationem,nec nullitatem.Phi.Fran.c.dilecto col.4. verſ.7.limita.de appel.Bal.c.paſtoralis.§.fi.verſi.quæro q.d. de offic deleg.Ang.conſi.197.Incip.A.& B.cõtraxerunt. per text.in l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iudic.l.cum à te.ff.
9 de dolo l.1.C.ſi tuto.vel curator fal.alleg.Quinimò † etiam ꝙ non appelletur,talis ſententia lata per dolum iudicis,vel partis nunquã tranſiret in rem iudicatam,ex quo reus per doli exceptionẽ, & actor per doli replicationẽ eſſet tutus: tñ tutius eſt appellare text.d.l.cum à te. Bal.d.verſi.quæro
10 quid.Et in iudice † præſumitur dolus, ſi erat capitalis inimicus eius,contrà quẽ pronuntiauit,& contrà eius ſententiam obſtat doli exceptio l.non diſtinguemus.§.cum quidam

dam.ff.de arbitr.Bal.d.verſi.quæro quid.Et eſt generale ta-
11 citam † conditionem ineſſe, non ſolum in contractibus, verum etiam in legibus,& ſtatutis, & in omni materia,ne quis doli ſui præmium conſequatur l.1.ff.de dol.& excep. Bal.d verſ.quæro quid.Et in omni liberatione dolus ſemper intelligitur exceptus,etiam ſi expreſsè nõ exceptuetur, Crauet.conſ.166.In hac nu.5.l.quidam decedens.ff.de adminiſt.tut.cum ibi not l.cum tale.§.Titius.in fi.ff.de cond. & dem.not.in l.tres fratres.ff.de pac.Dec.conſ.178.In cauſa col.2.Alex.conſi.58.Habita.nu.11.verſ.quantum vol.3. Ergo ipſa exceptio contractus doloſè initi facta ab ipſo decreto,de eo, quòd intelligebatur exceptum,ne videatur ſuperflua, & nihil operari, debet intelligi, ꝙ regula dicti decreti volentis non poſſe procedi criminaliter vbi res habet originem à contractu,intelligatur etiam de contractu nullo,vel reſcindendo,non tamen doloſè inito , ita quòd ipſa exceptio operetur declarationem , & ampliationem regulæ,ex quo,vt verba aliquid operentur,intelligi debent etiã de actu & contractu nullo, text.in l.ſi quando.ff.de leg.1. & ad hoc faciunt ea,quæ dixi ſuprà num.2.verſi.1.quia.& num.4.verſi.vbicunque.& nume.5.verſi.ſic & Papa.

¶Quintò, quia decretum ipſum eſt fauorabile , dum continet abſolutionem à proceſſu criminali, vbi res habet originem à contractu : ergo latè debet interpretari. etiam in contractu nullo, non tamen doloſè inito l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.l.abſentem.ff.de pœnis.

12 ¶Sextò, quia † decretum vbi res habet originem à contractu,facit regulã,ꝙ non poſſit procedi criminaliter,deinde facit ſolum duas exceptiones, niſi cõtractus eſſet doloſus, vel vis interueniſſet : ergo in alijs caſibus non exceptis,decretũ debet intelligi generaliter etiam in contractu nullo, cũ exceptio firmet regulã in caſibus nõ exceptuatis l.cum ꝓtor.ff.de iud l.Tribunus.§.1.ff.de teſta.mili.not.in l.1.vbi Dec.& Cagn.ff.de reg.iur.& in l nam quod liquide.§.fi.ff. de penu legat.Nico.Euer.arg.3.ibi, locus ab exceptione. Et princeps concedendo caſtrum,& reſeruando ſibi alium dominiũ,videtur alia iura omnia:puta,conceſſionẽ creandi prætorem,& cognitionem cognoſcendi de appellatione

ab ipſo prætore interpoſita; conceſſiſſe. Iaſ. conſilio 161. cauſa verſicul. 5. facit vol. 2. 1
13 Septimò, quia decretū ipſum, † quo prohibetur procedi criminaliter, vbi res habet origine à contractu, eſt conforme cum iure cōmuni, ſi. in multis caſibus, quib. cauetur de iure cōmuni nō poſſe procedi criminaliter, vbi res habet originē à contractu etiā nullo, non tn̄ doloſo, vt infrà dicam: ergo decretum ipſum intelligi debet etiam in cōtractu nullo, cū quo lex noua, ſeu decretū nouum diſponens ſuper eo, quod diſponit ius cōmune intelligitur ſecundum ius cōmune, & ſecundū legem antiquā l. ſciendū ubi gl. ver. non compelli & ibi Doct. ff. qui ſatiſd. co. & ſed & poſteriores. ff. de legi. l. 2. C. de noxal. ubi Bal. per illum textum.
14 Hæres enim inſtitutus † in teſtamēto etiā nullo, & omnis agnatus, qui arbitratur ad ſe pertinere hereditatē etiā, & ſi ſit in piure, putans teſtamentū valere, cum non ualeat, uel ſe proximiorē, cum alius cum præcedat in gradu; & ex de cauſa ſeſe intromittens in bonis hæreditatis, nō dicitur prædo, nec tenetur de fructibus percipiendis, ſed ſolum de perceptis: prout tenetur bonæ fidei poſſeſſor, & non poteſt conueniri tanquam prædo, vel fur criminaliter, licèt teſtamentum non valeat. tex. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ubi glo. & Bart. ff. de peti. hæred. Curt. Sen. conſi. 71. Princeps in fi. in addi. & ita intellige ea, quæ ſuperius deduxi ſupra in uerb. præcedenti nū. 45. verſ. 4. dico in fi. ibi. Et poſſidens, &c.
§ Legatarius: puta ſeruus, cui ſit relicta libertatio in teſtamento etiam nullo, uel homo liber, cui eſt legata res in teſtamento, etiam nullo, licèt proclamauerit ſi libertatē, uel rem legatam apprehenderit, & in iure erroauerit arbitrando legatum ualere, cum non ualeret, excuſatur à dolo, & ab omni pœna criminali l. igitur. § poteſt. ff. de lib. cau. 11
15 Numerans † pretiū etiam in contractu nullo, non tamen doloſo, nō dicitur prędo, & cōſequēter excuſatur à dolo. & à pena furti l. nemo prædo. ff. de reg. iur. & hoc debet intelligi etiā in contractu nullo, uel aliquo, ſed reſcindendo, per tex. in l. etiam. §. ſi quis ſciens. ff. de petit. hæred. & etiā, quia d. l. nemo prædo. loquitur generaliter non diſtinguendo inter contractum ualidum, & nullum, ergo debet generaliter

liter intelligi etiam in contractu nullo l.non diſtinguemus.ff de arbit.l.1.§.generaliter.ff.de leg.præſt.

16 Ille etiam, qui pecora † de quorum proprietate faciebat controuerſiã abegit, vel abduxit, putãs pecora ſua eſſe, etiã ſi in iuſtis rationibus id crediderit: puta, quia contractus erat nullus, excuſatur à pœna, & ab omni proceſſu criminali, & non tenetur tanquam fur, neq; tanquam abigeus, ſed debent cauſa, & partes remitti ad iudicium ciuile, remoto omni proceſſu criminali tex.in l.1.§ fi.ff.de abigeis, per

17 quem tex.ſæpius conſului, q̃ quando † inter partes fuit diſputatum de cauſa ciuili in poſſeſſorio aut petitorio, q̃ ſi una pars abſque vi turbatiua aliam, q̃ dicitur res habere originem à contractu, vel quaſi, cũ in iudicis quaſi contrahatur. inſtit. de obliga. quæ ex quaſi cont. ubi not. per Doc. Et conſequenter, q; cauſa non debet tractari criminaliter, ſed q̃ debet remitti ad iudicium ciuile, per tex. in dict. l.1.§. final.ff.de abig. iuncto maximè ipſo decreto Mediolani.

18 Licèt ex contractu † nullo, ac inutili transferatur poſſeſſio ubi interuenit actus facti, id eſt, realis traditio, & talis de rigore iuris licèt non in conſcientia; cui ex contractu nullo poſſeſſio realis fuit tradita, poſſet bona ipſa quorum poſſeſſionem realiter fuit adeptus ponere ad cridas iuxta formã decreti domini Mediolani ſuo rub. de bonis ad cridas ponendis, ex quo licèt contractus ſit nullus, tamen ex eo ſequuta reali traditione trãsfertur poſſeſſio tex in l.1.§. ſi uir. uxori & ibi Bar. Paul. de Caſt. Alexan. Soc. & Iaſ.ff. de acquir. poſſ. D. And. Tiraq. Senator optimus in tract. de iure conſt. poſ. in 3. part. 7. limit. nume. 13. uerſi. Ex quibus.

19 Tamen non ſequuta † reali traditione facti, ex contractu nullo, uel inutili, & ex omni actu iuris in eo appoſito: puta. ex cõſtituto, uel precario, aut ex retentione uſusfructus, vel inueſtitura, aut alio actu iuris, uel actu fictæ traditionis in cõtractu nullo appoſito, nõ transfert poſſeſſio, quia cũ principalis cõtractus nõ ualeat, non ualet acceſſoria; puta conſtitutũ, precariũ, & ſimilia, & ex eis nõ trãsfertur poſſeſsio, & conſequenter ille, qui habet pro ſe contractũ nullũ etiã cum cõſtituto, uel precario, aut retẽtione uſusfructus, aut inueſtitura in eodem cõtractu nullo poſitis, nõ poſſet

bona per eum nulliter acquiſite ex contractu & conſtituto nullis ponere ad ipſas cridas ad formã dicti decreti, ubi realiter non fuit adeptus poſſeſsionẽ ipſorũ bonorum ex quo decretum ipſum requirit pro forma, ꝙ ponens ad cridas poſſideat, & ꝙ iuret ſe uerè ac realiter poſſidere bona quæ ad cridas ponit. Et ſi abſque reali, manuali, & effectuali apprenſione, & traditione, poſſeſſionis; habens contractum nullum cũ conſtituto poſito in eo, poneret bona ipſa ad cridas, & eis in termino trium, ac ſex menſium ab ipſo decreto præfixo, nulla fieret contradictio, per ipſas cridas nullum fieret præiudicium non contradicentibus, ex quo cridæ eſſent nullæ tanquam factæ ad inſtantiam ponẽtis ad cridas non poſſidentis, & factæ non ſeruata forma dicti decreti quo requiritur, ꝙ ponens poſſideat uerè, & realiter, & ita iu
20 ſtè, quia per † contractum nullum, & per conſtitutum, ſeu alium actum fictæ traditionis poſitum in contractu nullo non transfertur poſſeſſio. Bar. Chaſ. conſ. 7. Viſis nume. 55 Pariſ. conſ. 55. Cõtractus nu. 22. & cõſ. 59. Viſo nu. 25. vol. 1. Lud. Goz. conſ. 28. Videtur col. fin. nu. 36. Matth de Afflict. deciſ. Neapolit. 40. Caſus col. pe. & deciſ. 331. Quædã Diana. poſt prin Car. Ruin. conſ. 130. Primò videndum col fi. vol. 1. & conſ. 69. Diligẽti nu. 15. vol. 3. & conſ. 28. In cauſa nu. 11. & conſ. 127. Viſa nume. 14. vol. 5. Dec. in l. contractus, col. 7. verſi. Vltimò concluſio ſupradicta & in l. cum principalis, nu. 1. ff. de reg. iur. & conſ. 247. In cauſa col. 2. ver quantum verò & conſ. 366. Pro declaratione col. fi in fi Alex cõſ. 81. Lecto. col. 5. nu. 10. vol. 3. Bald. l. ex teſtamento. C de fideiuſ. & Mod. l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſ. Et hæc eſt communis opin. vt inquit Grat. conſ. 69. Cum ſermones nu. 20. vol. 1. & D. And. Tiraq. in tract. de iure conſt. poſ. in 3 par. 7. lim. nu. 15. ver. Nec hinc longe, & ita ſeruat Senatus, & Curia Pariſienſis prout atteſtatur idem D. Andr. Tiraq in d. 3. part. 7. limit. nu. 22. ver. at qui prior, Et cridæ ipſæ factæ per ponentem ad cridas, ubi non eſt in poſſeſsione tempore quo ponit ad cridas, ut requirit ipſum Mediolani decre. alieni maximè poſsidenti non præiudicarent etiam ſi non contradixiſſet: ut uoluit Alex. conſ. 5. In cauſa col. 1. uer. tamen in iudicio, & uer. ſtatutum etiam uol. 2. Ang cõſ. 289.

Viſo

Viſo themate,& ſtatutis colum.fi.verſi.dicens D.Ant.Rub. cõſ.76.Circa.Io.Mar.Riminal.&.Mod.l.ſi pacto.C.de pact.
21 ¶ Et quauis † vbi contractus principalis ſit nullus,& inutilis,ſit etiam nullum conſtitutum in eo appoſitum, & ex eo non transferatur poſſeſſio ſecundũ communem opi.vt patet ex prædictis, & fuit opinio Argentini filij Rainerij de Foroliuio ſequuta per Paul.de Caſt.Iaſ.Alex.Soci.& cõmuniter Doct.in d.§.ſi vir vxori.Tamen talis cõtractus nullus & conſtitutũ nullum in eo appoſitum, excuſant illum qui habet pro ſe contractũ nullum , & conſtitutum nullum,ſi eorum vigore,& prætextu eius propria authoritate , & per vim,ac etiam manu armata , ingreſſus fuerit poſſeſſionem prædiorum,vel domus etiam clauſæ,aut aliarum rerum,de quibus in dicto contractu, ac conſtituto nullis fieret mentio , etiam ſi inueniſſet conſtituentem contradicentem,& etiam ſi talis ingrediens ad hunc effectũ amicos, & vicinos cõgregaſſet:quia talia impunè fieri potuerunt,& ſic ingrediens excuſatur à dolo,& à lata culpa,& ab omni pœna criminali,tam ratione poſſeſſionis turbatæ,quã alia de cauſa: & non poſſet contra ſic ingredientẽ iurari in litem per contradicentem , ſeu reſiſtentem,nec aliquid de rebus,quas ſibi diceret furto ſubtractas, nec de earũ quantitate,niſi per teſtes probentur, ex quo ſic ingrediens excuſatur à proceſſu & pœna criminali,& ab ipſo iuramẽto in litem,vt cõtra eo non infligantur:quia potuit credere probabiliter,ſibi licere præmiſſa facere ob contractum, & conſtitutũ in eo appoſitũ etiã,ꝙ eſſent nullius valoris,& contractus,ac conſtitutum eſſent abſque ſolennitatibus iuris cõmunis,& ſtatutorum,& aliis careret ſubſtãtialibus.Et ita præmiſſa omnia in terminis conſuluit D.Bar.Cæpol.conſ.4.Viſa querela , per totũ,& conſiliũ ad aliud tñ propoſitũ allegat & cõmendat Dec.conſ.565.Clariſſima col.fi.in fi.verſ.vltimò nõ obſtat. Craue t.conſi.18.Andr.nu.9.ver.quarto poſito,& num.10. ver.quod procedit. Et idem videtur ſentire Bald.conſ.416. In cauſa vol.1.& facit tex.in l.igitur.§.poteſt.ff.de lib.cauſ. & in l.ſed & ſi lege.§.ſcire ff.de petitio.hæreditat.Et iſtud maximè procedit ex quo ſunt quam plures Doc.excellẽtiſſimi,qui volunt,ꝙ ex contractu nullo , & conſtituto in eo

appoſito

appoſito transferatur poſſeſſio abſque reali traditione, & iſtud voluit Dec.conſ.262.Vt præſens col.4.ver.3.etiã fundamento.Carol.Ruin conſ.197.Viſa col.fi vol.1.Cæpol.d. conſi.4.Viſa.Soc.conſi.49.In cauſa col.2.vol.3.gloſſ.poſt Azo.ab ea citatum in l.ſi aliquam rem,& ibi Bar.col.1.ver. ſed quæro vtrum perdatur.Imol,Raph.Cum.Pau.de Caſt. & Alex.ff.de acquir.poſſeſ.& alij Doc.iſtud voluerũt, quos refert idem D.Tiraq.in d.3.part.7.limit.num.17.veſ.ſed vt redeamus. Et licèt contra iſtos patres ſit communis opin. & verum ſit, quòd ex contractu nullo, & conſtituto in eo appoſito non transferatur poſſeſsio, & hæc ſit communis opinio, vt dixi ſuprà nu.19.verſ.Tamen non ſequitur, in fi. Attamen ille qui vigore contractus nulli, & conſtituti etiã nulli in eo appoſiti ingreditur prædia, vel alias res, vel domum etiam clauſam eius propria authoritate,& etiam per vim debet excuſari ab omni proceſſu, & pœna criminali, & iuramento in litem, ex quo fuit in probabili ignorantia, & probabiliter credere potuit ſibi licere præmiſſa facere. Cæpol.d.conſ.4.Viſa tex.d.§ ſcire, & d.§ poteſt. Excuſatur enim qui credidit ipſius doct.excellentibus volentibus ex conſtituto poſito in cõtractu nullo transferri poſſeſsioné, licèt cõtra eos ſit communis opinio in hoc, quia poſſeſsio non transfertur. Ang.Aret.inſti.de pœn.temer.litig.§ hæc autem omnia col.3.verſ.ex quo poſſeſ.argu.gloſ.in l.Titio fundus.ff de cond.& demon.& l.in bonorum,& ibi Bart. ff.de bono.poſſeſ.Non enim ille qui habet pro ſe conſtitutum, aut precarium dicitur vim inferre etiam q. per vim ingrediatur contra reſiſtentem, ſed ſe defendere, cum per conſtitutum cenſeatur in poſſeſsione,ſed ille qui reſiſtit habenti conſtitutum, vel precarium pro ſe, dicitur illi vim inferre.l.cum fundum, cum ibi notat ff.de vi & vi arma. Bart.l.creditores col.5.verſi.& prædicta uera, & colum.8. nu.36.in fi.verſic.ſed pone quòd debitor non ſolum.C.de pig.Cæpol d.conſi 4.Viſa querela col.5 in fin.uerſic.ex his itaque declaratis.

§ Et prædicta intelligo circa ea, quæ deduxi ex ipſo Cæp. conſ.4 incipient.Viſa quando habenti contractum nullũ etiam cũ conſtituto nullo, vel etiã habenti contractum ve-

rum,

rum, & ualidū cũm conſtituto, ſit reſiſtentia verbis; & ceſſat timor ſcandali: puta mortis & vulnerum, vel alterius ſcandali, quia tunc habens pro ſe cõſtitutum poſitum etiã in contractu nullo, excuſatur ab omni pœna criminali, & à iuramento in litem ſi ingrediatur etiam per uim, & manu armata etiam cum auxilio aliorum in poſſeſſionẽ, & ita intelligo Cæp. d. cõſ. 4. Viſa. Sed ſi fieret reſiſtẽtia facto: puta, armis, vel etiã verbis, ſed eſſet timor ſcandali, & ſequeretur ſcandalũ, tunc talis ingrediens per vim, & manu armata nõ excuſaretur à pœnis crimin. & ita ſentit Crauet. cõſ. 18. incip. And. nu. 7. verſ. ſecundo facit. Corn. conſ. 193. Placet col. 2. ver. vbi ergo vol. 3. arg. not. per Bar. in l. 2. num. 3. verſ. hoc præmiſſo. C. de iure emphyt. & ibi Alber. col. 1. in fi. dicit quod eſt communis opin. & ibi Sali. col. 6. per reg. l. non eſt ſingulis, vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. & per l. conductores. C. locat. & l. non ab re. & l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & l. extat. ff. quod met. cauſ. & per tit. C. ne quis in ſua cauſ. iudi. Et ita ego teneo ad euitandas rixas, ac ſcandala, vulnera, ac homicidia quæ poſſent ſequi. arg. l. æquiſſimum. ff. de vſufru. & d. l. nõ eſt ſingulis. Et ſi non pœna ordinaria, ſaltem pœna extra ordinaria debet puniri. arg. not. per Alex. conſ. 135. Circa primũ. in fi. vol. 1. Cæpo. conſi. 26. Magnifice. in fi. maxime in dominio Mediolani, quo cauetur ex ipſo decreto ſub rub. in quibus caſibus criminaliter procedi non poteſt, quod pro negotio habente originem à contractu non poſſit procedi criminaliter; niſi vis interueniat. Et ſic videtur non licere vim primariam adhibere etiam in caſibus quibus res habet origin. à contractu, vbi via iuris eſt ſuccurſum per prætorem, ſi adeatur. & eſt ratio. quia vbi arma cum violentia interueneriunt, tunc ille qui arma cum violẽtia adhibuit, nunquã excuſatur à dolo, & q̃ alias eſſet excuſandus ob contractum, vel aliã cauſam. Do. Mar. Soc. Iun. conſi. 18. Viſo themate col. fi. nu. 33. uerſi. nec etiã poteſt defendi uolu. 2. faciunt not. per Alexan. conſil. 135. Circa uol. 1. Et tali caſu inferens uiolentiam tenebitur ſaltem aliqua pœna arbitraria, & miti uel etiam graui, ſecundum qualitatem perſonarum, & facti: & contra inferentem talem uiolentiã armatam poſſet in litem iurari. Alex.

conſ.

conſi.103.Videtur. & d.conſi.135.vol.1.Non enim eſt licitum alicui occidere, nec vulnerare pro defenſione rerum, vbi nō imminet periculū vitæ ſimul,vbi eſt ſibi ſuccurſum: quia poteſt adiri iudex, vel ſuperior,& res, ſeu prædia eius erunt ſalua.l.furem vbi glo.ff.de ſica.d.l.extat. & iſtud maximè procedit de iure canonico, & in foro conſcientiæ, ſecundum quod pro rerum defenſione: non licet occidere. Pan.Ana.& Fel.c.2.de homi.Dec.l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. Lud.Carr.in pract.crim.§.homicidium, in part.quæ inci. Circa quartum nu.30.ver.iure verò canonico. Et ita debet conſulere quilibet verus Chriſtianus ad euitanda ſcandala, rixas,ac peccata quæ poſſent ſequi, vbi quis vellet ſibi ipſi ius dicere, & vim inferre, ex qua mors, vel vulnera ſequi poſſent d.l.non eſt ſingulis.& quia in dubio debet capi via minus nociua partibus l.1.vbi Pau.de Caſtr.ff.ſi quis cautio.& tutius eſt adire iudicem, quàm arma capere,maximè cum vis non poſſit inferri ad menſurā,ne quis vulneretur, vel occidatur doct.l.2.vbi Iaſ.num.108.in fi.ver.per iſta ergo.C.de iure emphy.& facit illud verbum Domini. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur,animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.& illud,non poteſtis ſeruire Deo,ac Mammonæ. Sequuto tamen(quòd abſit)iam maleficio ad eius excuſationem dici poſſet,quòd habens contractum etiā nullum cum conſtituto in eo poſito, vel alius habens ciuilem poſſeſſionē,excuſatur,ſi fuit etiam per vim & manu armata propria authoritate,ingreſſus poſſeſſionē etiam domus clauſæ, vel prædiorum, contra contradicentem: quia ipſe ingrediens non dicitur vim intuliſſe, ſed ſe defendiſſe, & non tenetur ad aliquam pœnam violentiæ, nec turbatæ poſſeſſionis,ſed cōtradicens tenetur ad pœnas violentiæ,ex quo ipſe dicitur vim intuliſſe.Cępo.d.conſ.4. Viſa col.5.in fi.ver.ex his itaque l.1.§.vim.& l.3.§.eum igitur.& l.colonus. & l.cum fundum ff.de vi & vi arma. Bar. l.creditores q.4.princ.ver.& prædicta vera.C.de pigno.Bar. l.vt vim colum.pen.ver.quærit.glo ff.de iuſti.& iur.

22 ¶Contractus † etiam matrimonii nulli,contracti per ignorantiam facti,inter perſonas prohibitas:puta,inter ſanguine coniunctos,vel inter priuignum,& nouercam,vel inter

ſolutum,

ſolutum,& habentem virum, vbi in facto talia impedimenta facti:puta, coniunctio ſanguinis, vel quod alter haberet maritum contrahentes matrimonium nullum ignorabāt, etiam ſi ius ſciebant, & matrimonium non valeat: tamen talis contractus matrimonij etiam nulli,excuſat contrahentes illud, ſimul habentes copulam carnalem, à pœna inceſtus & adulterij & illiciti coitus & à proceſſu criminali, dummodo ſtatim ꝙ ſciuerunt matrimonium non valere, abſtineant à coitu:tex in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idē Imperatores,& ver.idem Pollioni, & ibi Bart.in d.l.ſi adulterium cum inceſtu col.3.verſic.aut ignorabat factum, vbi etiam Ang.ff.de adult.& text in l.qui contra.C.de inceſt. nupt.Et idem vbi copulatiuè ignorabatur factum, & ius: quia contrahentes inceſtas & prohibitas nuptias, licèt nullas,excuſantur ab ipſis pœnis illiciti coitus ſequuti ſub colore dicti matrimonij d.l.qui contra, Bart.d.l.ſi adulterium cum inceſtu.col.3.verſi.aut ignorauit vterque. Et filij nati ex tali matrimonio ſunt legitimi.Ange.d.l.ſi adulterium.§. quare mulier glo.& doct.auth.de inceſt.nupt.

¶Contractus etiam matrimonij nulli, contracti inter perſonas prohibitas,quando ſciebant factum, ſed ius poſitiuum vel ciuile ignorabant, etiam ſi ſequatur copula carnalis,excuſat à pœna inceſtus, & illiciti coitus,& à proceſſu criminali,ſi erat mulier, vel minor maſculus contrahens tale matrimonium text.d.§.idem Pollioni.Barto.d.l.ſi adulterium cum inceſtu.col 3 verſi.aut econtra ſciebant. Et ſi erat maſculus maior,ſi ſtatim cum cognouit, pœnituit antequam accuſaretur,per diuortium vel per ſupplicationē, illi parcitur.d.§.ijdem Imperatores.Bar.d.verſ.aut econtra ſciebant, ſi verò ſtatim non pœnituit,punitur, ſed mitius.Bar.d.ver. aut econtra. Et ſi clandeſtinè fuit contractum matrimonium prohibitum præſumitur ſcientia, & punitur gloſſ.& doct l.1.C.de interdi.matr.l.ſi.ff.de ritu nupt.Bartol.d.l.ſi adulterium cum inceſtu.col.2.verſic.aut dubitatur,ſi verò fuit palam contractum matrimonium, præſumitur ignorantia.Bar.d uerſ.aut dubitatur d.l.ſi Et ſi unus fuit ſciens, alter ignorans, prout in facto, multoties cadere poteſt, ut pa.et etiam ex Hiſtoriis,& Comediis, quilibet excuſatur, uel

non excuſatur ſeparatim, prout ſuprà dixi, quod prodeſt ignorantia, & nocet ſcientia. Bart. d. col. 3. an autem ignorantia iuris diuini, vel naturalis excuſet, dic quòd non per Ang. & doct. d. l. ſi adulterium. §. ſtuprum.

23 ¶Contractus † etiam nullus, cauſatus etiam ex errore iuris, excuſat à mala fide, & à dolo, textus in l. ig tur. §. poteſt. ff. de liberali cauſa, & in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de petitio. hæredi. Et titulus etiam nullus, & perperam factus, & putatiuus, cauſatus etiam ex errore iuris, & ſeu ex errore iniuſto, facit præſumi bonam fidem, & excuſat à dolo, & prodeſt quò ad acquiſitionem fructuum, vt ſaltem non teneatur, niſi prout tenetur bonæ fidei poſſeſſor: vbi non aliquis habet titulum etiam nullum, licèt non ſubſit iuſta cauſa credendi quòd valeat, ſi tamen habens talem titulum nullum credat, licèt perperam, fatuè, & beſtialiter, & per iuris errorem valere, cum non valeat, excuſatur à mala fide, & à dolo malo. l. Celſus, vbi tex verſi. bona fide, & ibi not. Pau. de Caſt. & Bart. col. 4. nu. 17 verſic. requiritur etiam bona fides & verſic. dic ergo. ff. de vſucap. vbi allegat d § poteſt. Et hæc eſt communis opin. vt inquit D. Franc. Balb. in repet. d. l. Celſus colum. 3. nume. 5. ve ſicu. tertiò not in fin. & Alc. in reg. 3. princ. præſum. in præſump. 5. ibi, quintò. Ergo talis contractus nullus ſi excuſat de iure communi à mala fide, & à dolo, debebit in caſu dicti decreti, excuſare à proceſſu criminali, ex quo decreta debent intelligi ſecundum ius commune glo. 1. in d. l. ſciendum. ff. qui ſatiſdar. cogan. Bal. & doct. l. 2. C. de noxal. Quòd tamen limita non procedere in contractu nullo, cui lex vel ſtatutum, aut decretum reſiſtit: quia tunc præſumitur dolus, & talis contractus non excuſaret à dolo, nec à proceſſu criminali in caſu etiam dicti decreti. Bar. d. §. ſcire. Balbus dict. l. Celſus & dixi ſuprà, verbo, præcedenti. nume. 41. verſic. Et licèt cum ſequ. Alcia. l. bonæ fidei. ff. de verb. ſignifi.

24 ¶Octauò etiã † quia pronunciare eſſe locum dicto decreto, vt procedatur ciuiliter, & non criminaliter, ex quo res habet originẽ à cõtractu, eſt minus nociuũ, & minus præiudiciale partibus: ergo in dubio debet pronuntiari eſſe locũ dicto decreto, vt ciuiliter & non criminal. procedatur, etiã ꝙ

contractus eſſet vel diceretur nullus, cũ in caſu dubio iudex debeat eligere illã partẽ, quæ abſolutè partibus eſt minus oneroſa prout eſt minus oneroſum ꝙ agatur ciuiliter, quã criminaliter text. in l. 1. verſ. neutri litigantiũ. ff ſi quis cautionib. & ibi hoc notat Pau. de Caſt. inferẽs ꝙ ſi eſt dubium an appellatio ſit deſerta, ꝙ in dubio iudex debet pronũtiare non eſſe deſertã, ex quo iſtud eſt minus nociuũ partibus; ſic & o a capitula in dubio debent admitti, vt ſuper eis teſtes examinentur ſaltẽ cũ clauſula ſaluo iure impertinentium, & nõ admittendorũ, ex quo iſtud eſt minus nociuum partibus. Dec. conſ. 162. In cauſa quæ agitatur col. 1. verſ. & imprimis, & col 2. verſ. ſed tamen. Sic & in dubio debet admitti appellatio per iudicem c. vt debitus vbi glo. ver. ex rationabili cauſa, & ibi Dec. & alij de appellat. text. l. ex his. ff. quæ in fraud. credito. ergo in dubio debet pronuntiari eſſe locum d. decreto, vt ciuiliter, & non criminaliter procedatur, ex quo vtriq; parti cõſulitur in cauſa ciuili, & neutrius ius læditur agendo ciuiliter. Sed inclinãdo in partem ꝙ nõ eſſet locus dicto decreto, & ſic ꝙ criminaliter procedatur, tunc fortè fama, vel iura accuſati eſſent extincta maximè in maiorib. expẽſis quæ fiũt in cauſa, criminali, q̃ in ciuili, quæ vt docet experiẽtia in totum nõ recuperantur, & ꝙ aliquis vincat, maxime etiã quia accuſatus ſi procederetur criminaliter, poſſet detineri pſonaliter, vel etiã torqueri, & iſti ſunt actus irreparabiles. Ergo debet in dubio pronuntiari eſſe locũ dicto decreto, vt ciuiliter, & nõ criminaliter procedatur, etiã ſi cõtractus nullus, vel aliud dubiũ deduceretur in contrariũ, cum iſtud ſit litigatoribus, ſeu partibus minus damnoſum, & vtriq; parti cõſulatur d. l. 1. vbi Pau. de Caſt. ver. in text. ff. ſi quis cautionibus. Dec. d. conſ. 162. In cauſa.

52 ¶ Nonò, quia † decretum ipſum ſi intelligeretur ſolum de contractu valido, diceretur facere gratiam quaſi inutilem, ex quo etiã de iure communi in multis caſibus pro rebus habentibus originem à contractu valido procedi non poteſt criminaliter l. 1. in fi. vbi not. ff de Abig. Ergo vt gratia dicti decreti, ſeu eius beneficium magis valeat, debet interpretari quod procedat etiã in cõtractu, nullo, vt pro aſſerto delicto habente ab eo originẽ non poſſit procedi crimina-

liter. argu. not. per Paulum de Caſt. conſi. 257. Super primo dubio, puto. in princ. volu. 1 Et in l. qui concubinam. §. qui ortos. & ibi gloſſ. verſic. præſtaturum. ff. de lega. 3.

26 ¶ Decimò etiam † quia ex præmiſſis & infrà dicendis, res efficitur clara, quòd decretum ipſum procedit etiam in contractu nullo, vt pro aſſerto delicto ab eo originem habente, non poſſit procedi criminaliter, vel ſaltem redditur res dubia: ergo in omni dubio contra Fiſcum eſt pronuntiandum in pœnalibus, vt ſit locus dicto decreto & vt non poſſit procedi criminaliter, etiam ſi contractus eſſet nullus l. non puto. ff. de iure fiſc. Matheſ. notab. 71. Nota vnam. Et etiam quia contra actorem vel accuſatorem in dubio eſt pronuntiandum in abſolutionem rei etiam quòd actoris vel accuſatoris probationes aut argumenta excederent in aliquo probationes, vel argumenta rei l. fauorabiliores. vbi tex. Dec. & Cag. ff. de reg. iur. arg. l abſentem. ff. de pœn. debemus eſſe proni potius ad abſoluendum, quàm ad condemnandum l. Arrianus. ff. de actioni. & obli. Et promptiores eſſe debemus in proceſſus irritatione ſeu annullatione, quàm in extinctione corporis humani, vel quàm in aliquem condemnando criminaliter etiam in pecunia. Bal. conſi. 347. Ecce formata. in fi. vol. 3. Crauet. conſi. 6. Plura. col. fi. in fin. Cum princeps debeat velle Imperium eius potius hominum adiectione, quàm pecuniarum copia ampliari, poſt habita fiſci ratione l. cum ratio. §. ſi plures. ff. de

27 bon. dam. Crauet. d. col. fin. in fine. Et conſequitur † curia maiorem honorem abſoluendo quàm cõdemnando. Crauet. d. col. fi. in fi. Pau. de Caſtr. conſi. 299. Viſa inquiſitione. in fin. vol. 2. Hippol. de Marſil. in practic. crimi. §. occurrunt nume. 7. verſic. item peccet. vbi etiam inquit, quòd iudex debet potius peccare in pietate & clementia, quàm in atrocitate: & quod in dubio debet potius abſoluere quàm condemnare in criminalibus d. l. abſentem.

¶ Vndecimò eſt ponderandum, quòd decretum ipſum facit regulam, ꝙ non poſſit procedi criminaliter, vbi res habet originem à contractus. Deinde facit expreſſam exceptionem doli, dum dicit, quòd non procedat iſtud, vbi contractus doloſè initus reperiretur, vel vis interueniſſet. Et quòd

exceptio

exceptio decreti ſit ſolùm de dolo, probatur ex illa exceptione decreti, qua dicitur. Hæc tamen factio non comprehendit caſum ubi uis interuenit, nec etiam ubi contractus doloſè initus reperiretur. Nam exceptio cõtractus doloſè initi, eſt exceptio doli, item & ipſa exceptio uis, etiam conſtat ꝙ eſt doli exceptio, ex quo uis, ſeu uiolẽtia non poteſt eſſe ſine dolo l 2.§.doli mali mentio.ibi, Nam qui uim facit, dolo malo facit.& §.hac actione is demum tenetur.ff. ui bon.rap.Alexan.conſ 103.Videtur vol.1.Crau.conſi.18. Andr.num 10 uerſi.quod procedit. Et ſicuti quælibet cauſa excuſat à dolo, ita & excuſat à pœnis uis, ſeu violentiæ, ubi aliquis probabiliter ex aliqua cauſa licèt non uera, credidit ſibi licere uim, ſeu uiolentiam adhibere, & homines congregare, ita in terminis uiolentiæ etiam illatæ conſuluit Crauet.d.conſi.18.Andr.num.9.verſic.quartò poſito.& nu.10.ver.Quod ꝓcedit.Ang d § hac actione Soc.cõſi.131. In præſenti. col.4.num 10.ver.ampliùs etiam ex quo hæredes vol.1.Dec conſ.56 <.Clariſſima videtur col.fi.in fi.verſi. Vltimo non obſt.Bald.conſ.319.Decreto Domini vol.1.& conſ.410.In cauſa col.2.ver.nec aggrauat vol.2.Cæp.cõſ.4. Viſa querela.qui enim vim facit dolo malo facit, & doli mali mentio vim in ſe habet d.§ doli mali mẽtio.Alex.cõſ.103. Videtur vol.1.Ergo ſequitur quòd etiam ſi lata culpa interueniſſet, vel contractus nullus, vel validus, ſed etiam reſcindendus, factus fuiſſet etiam per latam culpam, & iuris ignorantiam ꝙ talis contractus etiam nullus, & factus etiã per latam culpam & iuris ignorantiã, ꝙ excuſaret à dolo malo.tex.in l.igitur.§ poteſt ff.de lib cau.& in l.ſed & ſi lege.§. ſcire.ff.de pet.hære.Soc.l.iuſtè poſſidet col.2.verſi.ſed tu.ff. de acqur.poſſ.& text.l.etiam ſi putauit.§ ſi quis ſciens.§ de pet.hære Et per conſequens dicitur, ꝙ ſtante ipſo decreto, quod pro aſſerto delicto habente originem à contractu etiã nullo vel valido, ſed reſcindendo, alia tamen ratione, quàm ratione doli, quod non poſſet procedi criminaliter, etiã ad ſolam pœnam pecuniariã, nedum corporalẽ, pro qua etiam agi non poſſet, etiam ſi talis contractus nullus factus fuiſſet per latam culpam, & iuris errorem, ex quo talis contractus uullus excuſaret à dolo d.§ poteſt.& d.§.ſcire. & d.§.

ſi quis ſciens. Et decretum pro aſſerto delicto habente originem à contractu facit regulam ꝙ non poſſit procedi criminaliter, nec per accuſationem, denuntiam, nec querelã: deinde facit expreſſam doli exceptionem, dum inquit decretum ipſum, & eius regulam non procedere vbi contractus doloſè initus reperiretur, vel vis interueniſſet, cum vis ſit idem quòd dolus. Alex. conſ. 103. Videtur col. 1 l. 2. §. doli mali mẽtio. ff. vi bo. rap. vt ſuprà probaui parum ſupra in verſi. Vndecimo eſt ponderandũ, quia tunc vbi res haberet originẽ à contractu doloſè inito, vel vis, quæ eſt idẽ, quòd dolus malus, interueniſſet, decretum vult poſſe procedi criminaliter. Ergo non ſufficeret, vt poſſet procedi criminaliter, quòd contractus etiam nullus, & per latam culpam, & iuris errorem factus fuiſſet, & res vel delictum ab eo originem haberet, licèt regulariter lata culpa dolo æquipareturː quia in caſu dicti decreti lata culpa non æquipararetur dolo, ſiue de pœna corporali tantum, ſiue de pœna pecuniaria tantum, ſiue ſimul de vtraque ageretur, ex quo decretum facit expreſſam doli exceptionem. vt ſupra dixi. Et vbi-

28 cunque † lex vel ſtatutum facit expreſſam doli mentionẽ, tunc lata culpa, non comparatur dolo, ſiue de pœna pecuniaria tantum, ſiue de corporali tantũ, ſiue de vtraq; ſimul agatur: & tunc non ſufficit lata culpa, vt ſit locus dictis pœnis etiam ſolis pecuniariis, nec vt procedatur criminaliter, res habet originẽ etiã à contractu nullo per latam culpam facto: quia contractus etiã nullus per latam culpam, & etiã per iuris errorem factus excuſaret à dolo d. §. poteſt & d. §. ſcire. Et conſequenter pro re vel cauſa, vel aſſerto delicto habente originẽ à contractu etiã nullo, & per latam culpam, & per iuris ignorantiã facto in caſu dicti decreti nõ poſſet procedi criminaliter, etiam ad ſolã pœnã pecuniariam, ne dum corporalem, pro qua etiã agi nõ poſſet, ex quo decretum excipit expreſsè dolum: ergo lata culpa nõ cõparatur dolo, etiam ſi in ſolis pœnis pecuniariis, & multo minus in corporalibus in caſu dicti decreti, ex quo vbicunque lex, vel ſtatutũ, facit expreſſam doli mentionẽ, tunc lata culpa, non cõmparatur dolo, nec tunc ſufficit lata culpa, ut ſit locus pœnæ etiam pecuniariæ. Bart. l. ꝙ Nerua. col. 6. nu. 20.

uer.item quæro utrum lata.in fi.ibi,aut quo ad pœnam pecuniariam ff depoſiti.D.And Alciat.in l.magna negligentia uer.addunt alij.ff.de uerb.ſignifi Et iſtud maximè pro-
29 cedit : † quia partes contrahentes vel facientes actum nullum præſumuntur regulariter ignorare actum eſſe nullũ, & ſic præſumuntur non eſſe in dolo . Alex l.1.§.ſi quis ita col.3.verſ.ſubdit etiam.ff.de uerbo oblig.Fel.ca de quarta. col.9.num.18.uerſi.Rapha.de præſcri.Rapha de Raim.Comen.in l.an inutilis.ff.de acceptila.& hoc maximè procedit quando in faciendo contractum nullum, fiunt expenſæ, uel ſoluuntur pecuniæ ſaltem notariis,uel alteri parti:quia tunc tantò magis partes facientes actum nullum , præſumuntur ignorare eſſe nullũ , ex quo non eſt ueriſimile,nec præſumendum,ꝙ uellent iactare ſuũ, ſi ſcirent actum non ualere l.cum de indeb.ff.de probat.Et communiter contingit,ꝙ partes facientes actum nullũ , ignorant eſſe nullũ.ut patet ad ſenſum naturalē, quē pro lege ſufficit allegare l.illam.C.de collat.ubi Dec.& alij, per illum tex.ergo eſt præſumendum,ꝙ partes ignorauerint actum eſſe nullũ , cum ualeat arg.à communiter accidentibus. Hippol.ſing.1.c.1. ubi Card.Panor.& alij de clericis non reſid.glo.Cyn.Bald. Sali.& alij in l.neque natales.C.de probat.Nicol.Euerar.in lib.de centum mod.arg in loco 56.ibi, locus à cōmuniter accidētibus,& regulariter ignorātia pręſumitur l.uerius.ff. de probat.niſi contrahentes eſſent ſcientes ac prudentes : puta Doc.quia tunc præſumuntur ſciuiſſe actum eſſe nullum,aliàs ſecus,per tex. in d.l.an inutilis.Et in hoc caſu poteſt ſaluari D.Alcia.qui uoluit præſumendum eſſe partes ſciuiſſe actum eſſe nullum:ut per Alcia.in reg.3.princ.præſumptio.in præſump.51.uer.ex hoc infertur, quod non uidetur dicendum ; niſi partes eſſent ſcientes , ac prudentes: puta Docto.per tex in d.l.an inutilis Ergo cum partes præſumantur ignorare actum,eſſe nullum, excuſantur ex contractu etiam nullo à dolo dict.§.ſcire, & dict.§ poteſt.Soci. dicta l iuſtè poſſidet . Et conſequenter pro re,cauſa vel delicto habente originem etiam à contractu nullo etiam per latam culpam, & per iuris errorem facto , non poſſet procedi criminaliter , etiam ad ſolam pœnam pecuniariam,

ex quo decretum non excipit expreſsè, niſi dolum malum, & ſic contractum doloſè initum, vel caſum quo vis, & ſic dolus interueniſſet, vt tunc poſſit procedi criminaliter, quando res habet originem à contractu: ergo non ſufficit lata culpa, vel quòd cõtractus per latam culpam ſit factus, vt poſsit procedi criminaliter, etiam ad ſolam pœnam pecuniariam, & quando res habet originem à contractu, ex quo decretum ipſum facit expreſſam contractus doloſè initi exceptionẽ: vnde ſequitur ꝙ pro re vel delicto habente originem etiam à contractu nullo per latam culpã & iuris errorem facto, ſtante ipſo decreto, ꝙ non poſſet agi criminaliter ad pœnam corporalem, nec etiam ad pœnam pecuniariã. Bar. d. l. ꝙ Nerua. col. 6. nu. 20. ver. Item quæro vtrum lata. in fin. ibi, aut quò ad pœnam pecuniariam. ff. depoſ. Alciat. d. l. magna verſic. addunt alij. ff. de verb. ſigni. faciunt nota per Alex. l. in actionibus, col. 2. verſi. in glo. ver. ob culpam. ff. de in lit. iur. vbi allj Doc. Decretũ enim ipſum, dum vult non poſſe procedi criminaliter, & ſic de crimine, nec eius pœna per accuſationem, denuntiã, querelam nec alio modo, vbi res habet originẽ à contractu, cum ſit beneficiũ principis, debet latiſſimè, & quã pleniſſimè interpretari, ꝙ procedat, vt non poſſit agi criminaliter, id eſt, ad pœnam corporalẽ, nec pecuniariã fiſco applicandam l. fi. ff. de con-
30 ſtitu. princip. ex quo dicitur agi † criminaliter, ſiue pœna ſit corporalis, ſiue etiam ꝙ ſit ſolum pœna pecuniaria fiſco applicanda glo. & Bar. l. 3. vbi gl. verſ. aureorum. ff. de ſepul. viol. & eſt cõmunis opi. Iaſ. in rub. C. de iudi. col. 2. nu. 2. ver. vera concluſio. Et cum decretum ipſum excipiat niſi cõtractus doloſè ſit initus, & ſic faciat expreſſam doli mentionem, conſtat liquidò ꝙ quando res habet originem à contractu etiã per latã culpam abſque tamen dolo malo facto, ꝙ non poterit agi criminaliter ad pœnam corporalem, nec pecuniariam, etiam ex lata culpa. Bart. d. l. ꝙ Nerua. col. 6. in d. verſi. Item quæro vtrum lata, & d. verſic. aut quò ad pœnam pecuniariam. Alcia. d. l. magna culpa. verſi. addunt alij. Et decretum loquitur generaliter, vt non procedatur criminaliter, nec per accuſationẽ, nec per denuntiã, nec per querelã, quando res habet originẽ à contractu nõ diſtinguendo

do inter pœnam corporale,& pecuniariam, ergo debet generaliter intelligi,vt non poſſit procedi ad pœnam corporalem, nec pecuniariam l.nō diſtinguemus.ff.de arbitr.l.1.ff. de lega.præſt.arg.d l.fi. & l.ſi quando.C.de bon.vacant. lib.10.cum ibi not.per Doct.Et iſta not contra D.Io.Fran: Ponzi qui in trac.per eum edito ſuper ipſo decreto in verſi. tertiò vt non habeat.ibi, & præſertim ,vbi pro cauſa criminali &c.voluit, quòd vbi pro cauſa criminali eſſet pœna pecuniaria,iniuſta cauſa etiam colorata, & lata culpa, & ſic contractus factus per latam culpam,& iuris errorem quòd non excuſaret à pœna pecuniaria criminali in caſu dicti decreti,& allegat nota per Bar.Alex.& Doct.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acquir.poſſeſ.& per Alex.in conſi.119.Quæritur, col.fi.verſi.Et quòd hoc ſit vol.2.vbi volunt quòd vbi agitur ſolum de pecuniaria : quòd quælibet cauſa, quæ excuſat à dolo, & eius pœna, non excuſat à pœua pecuniaria, quæ datur ratione latæ culpæ,& quòd lata culpa dolo comparatur in pœnis pecuniariis. Et propterea ꝙ ingredientes poſſeſſionem alienam etiam vigore inualidi decreti iudicis punientur in pœnam pecuniariam quæ daretur ex forma legis vel ſtatuti ratione latæ culpæ, vt per Bar.in d.l.iuſtè poſſidet.in fi.& per Alex.d.verſi.Et quòd hoc ſit verum.per text.in §.1.inſt.vi bon.rapt.& l.1.ff ſi menſ fal.mod.dixe.& l.1.§.nō aūt.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſ.fue.l.meminerint.C. vnde vi.Quia ad iſta reſpondetur, ꝙ verum eſt ꝙ lata culpa ęquiparatur dolo,vbi agitur,non de pœna corporali,ſed de pœna pecuniaria, quando lex vel ſtatutum ſimpliciter loquitur pœnam pecuniariam imponendo, & doli expreſſam mentionem non faciendo, nec vtendo verbis dolum denotantibus l.1.§ non autem, cum ibi notatis per Bart.ff. ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſ.fuerit Bart.Alexand.& alij d.l.iuſtè poſſidet.Alex.d.conſi.119 Quæritur col.fin.vol.2.& ita declarat magiſtraliter Bart.in d.l.ꝙ Nerua.col.6.nu.20.verſi. Item quæro vtrum lata culpa.in fi.ibi, Aut quo ad pœnam pecuniariam ibi, ſecundo caſu ęquiparatur.ff.depoſ.& ita loquuntur deducta in contrarium per D.Ponzi Sed vbi lex vel ſtatutū facit expreſſam doli mali mentionē, ſeu memoriam etiā ſolā pœnā pecuniariā, vel aliud exprimendo,tunc

lata culpa non comparatur dolo,& nõ ſufficit adeſſe latam culpam abſque dolo,etiam ſi agatur ſolum de pœna pecuniaria.Bar.in d.l ꝙ Nerua.col.6.in d.verſ.vtrum lata culpa. in fi.ibi, Aut quò ad pœnam pecuniariam.ff.depoſ l.1.§.ſi quis.ff.ne vis fiat ei.l.2.§.hac actione ff.vi bon.rapto.Alci. d.l.magna culpa.verſicu.Addunt alij.ff.de verbor.ſignific. Ergo cum decretum loquatur generaliter,non poſſe procedi criminaliter, nec per accuſationem, nec querelam, nec denuntiã,nec alio modo, & ſic nec etiam ex officio, vbi res habet originem à contractu. Et hæc ſit regula decreti, quæ debet,quam pleniſſimè interpretari, vt procedat etiã ſi contractus eſſet per latã culpam, & iuris ignorantiam factus,& etiã ſi eſſet nullus:vt nõ poſſit procedi criminaliter ad pœnam corporalẽ,nec pecuniariam arg.l.fi.ff.de conſti.prin.& arg.l.igitur.§.põt.ff.de lib.cau & l.ſed & ſi leg.§ ſcire.ff.de petit.hære.& l.non diſtinguemus.ff.de arbitr.Et ſequatur deinde exceptio decreti,qua dicitur præmiſſa nõ procedere vbi contractus dolosè ignitus reperiretur, vel vis interueniſſet,quæ eſt idem,ꝙ dolus,vt ſupra probaui nu.27.ver.vndecimò eſt, quia tunc decretũ vult poſſe procedi criminaliter.etiã,ꝙ res habeat originẽ à cõtractu dolosè inito, Et ſic decretũ facit expreſſam doli exceptionẽ, certè non ſufficit
32 lata culpa. Et lata culpa † nõ æquiparatur dolo, etiam in caſibus,quibus agitur de ſola pœna pecuniaria, qñ lex vel decretum facit expreſſam doli exceptionẽ,vel memòriam,ſeu mentionẽ.Bar.d.l.ꝙ Nerua.nu.20.in fi.Alc.d.l.magna. Ergo contractus etiã per latã culpam factus,& etiam per iuris ignorantiã cõtractus,etiã ſi eſſet nullus,vbi res haberet originem ab ipſo contractu nõ doloſo, & vis nõ interueniſſet etiã,ꝙ ille contractus eſſet nullus,& ſeu per latã culpam,& iuris ignorantiam factus,excuſabit à proceſſu criminali,& etiã à pœna corporali,& pecuniaria ſimul,vbi eſſet vtraque pœna infligenda,& etiã excuſabit à pœna corporali tantũ, ubi tantum,eſſet pœna corporalis,& etiã à pœna pecuniaria tantum,ubi eſſet ſolum pœna pecuniaria, ex quo quantum ad pœnã corporalẽ lata culpa nunquã æquiparatur dolo. Et quo ad pœnã pecuniariã lata culpa nõ æquiparatur dolo,qñ lex, vel ſtatutum requirit expreſsè dolũ, prout

requirit

requirit decretum Mediolani, ad hoc vt poſſit procedi criminaliter, vbi res habuerit originem à contractu, quòd contractus doloſè reperiatur initus, vel vis interuenerit, cum vis ſit idem, quòd dolus l.2.§.doli mali mentio.ff.vi bon. rapt. Et ita inquit Bart.in d.l.quòd Nerua.col.6.nu.20.ver. Item quæro vtrum lata culpa.in fi.ibi, Aut loquimur.& ibi, Aut quò ad pœnam pecuniariam.& ibi, Primo caſu.ff.depoſit.Alc.d.l.magna culpa.verſ.Addunt alij.ff.de verb.ſigni. l.1.§.ſi quis.ff.ne vis fiat ei l.2.§.hac actione.ff.vi bon.rapt. Et ita aliàs conſului pro communi, & quibuſdam particularibus Oppidi Aghemij diſtrictus ciuitatis Nouariæ, quòd decretum ipſum procedit etiam ſi ageretur de pœna pecuniaria, & etiam, ꝙ contractus eſſet per latam culpa factus. arg.not.per glo.& Bar.in d.l.3.ff de ſepul.violat.& in auth. ſacra.pub.vbi glo.verſ.contract.C.ſi aduer.ven.& ibi Bar. Pau de Caſtr.Iaſ.Phil.Cor.& Mod.vt pro aſſerto delicto ab eo originē habente nō poſſit procedi criminaliter. & iudex motus authoritate D.Ioan.Franc.Ponzinibij, voluit ſequi conſilium meum, & iudicauit poſſe procedi criminaliter: ſed ego contra tale eius iudicium, dedi preces in excellentiſſimo Senatu Mediolani reſidenti, qui de hoc iudicis iudicio admiratus, reſcripſit debere procedi ciuiliter remota omni criminalitate, ex quo res habebat originem ab ipſo contractu, & prout ego prius tanquā aduocatus conſulueram, ex quo ille contractus non erat doloſè initus, & declaratio ſenatus facit ius quò ad omnes l fin.C.de legi.

¶Duodecimò quia decretum ipſum Mediolani, dicit non licere capitaneo iuſtitiæ, & omnibus iudicibus, cōtra quempiam procedere, per querelam, denuntiam, vel accuſationē, nec alio quouiſmodo, pro aliqua re, vel cauſa, ſeu aſſerto delicto, quæ vel quod ſumi poſſit ex negotio, quod originem habuerit à contractu, & ſapiat naturam contractus: vnde ponderanda ſunt ipſa verba decreti, Quod originem habuerit à contractu, & ſapiat naturā contractus: quia non ſtant copulatiuè, vt requiratur omnium concurſus, ideſt, non requiritur, quòd habeat originē à contractu, & ſimul ſapiat naturam contractus, ſed ſufficit vnum ex eis, ad hoc, vt non poſſit procedi criminaliter, per querelā denuntiam,

vel accuſationē, nec alio quouiſmodo,id eſt, ſufficit,quòd negotium, vel aſſertum delictum habeat originē à contractu,vel ſapiat naturam contractus: puta,quia cōtractus ſit nullus,vel ſit diſtractus,vel quaſi contractus,vel ceſſio, renuntiatio, liberatio,pactum, teſtamentum,legatum,iudicium,iuramentū & ſimilia, ex quo iſta habent ſeu ſapiunt naturam contractus, licèt non ſint contractus: vt habetur inſtituta de obligationibus quæ ex quaſi contractu naſcuntur.Bal.l.fin.in princ.C.ſi tutor vel curator interſit. Steph. Bertr.conſ.292.Dubia.nu.5.vol.3.l.ſeruum filii.§.eum qui chirographum & l.quæ de legato.ff.de leg.1.l.3.§ idem ſcribit.ff.de pecu.l.ex maleficijs.§.3.ff.de act & obli.Et ſic ſufficit vnum ex ipſis ad hoc, vt non poſſit procedi criminaliter,videlicèt, quòd ſit contractus, vel ſapiat naturam contractus illud,à quo negotium, vel aſſertum delictum habet originem,ad hoc, vt non poſſit procedi criminaliter: quia illa verba,decreti,originem habuerit à contractu, & ſapiat naturā contractus, ſtant cōtinuatiuè & ampliatiuè & augmentatiuè & nō reſtrictiuè,adeò. quod non requiritur omniū concurſus. Et hoc probatur ex ſequentibus fundamentis,
33 & maximè, quia proprietas † copulæ, & eſt augere & ampliare,nō autē minuere,nec reſtringere:vnde ſi lego empta parata cauſa vxoris. nō veniūt omnia empta in tali legato, ſed veniunt ſolùm empta,quæ tamen ſint etiā parata cauſa vxoris: ſed ſi lego empta, & parata cauſa vxoris, vel empta paratáq; cauſa vxoris, tunc in tali legato veniunt empta licèt non eſſent parata cauſa vxoris, ex quo natura copulatiuarū dictionū quæ ſunt iſtæ, videlicet, dictio, &,dictio, que,dictio,atque,& dictio, ac: vt inquit Alciat.l.ſæpè.ff de verb.ſing.& quarumlibet ipſarum etiam per ſe poſitarum, eſt augere,ampliare, & augmentare,& adijcere, & non reſtringere,nec minuere tex.in l.ea tamē.adiectio. & ibi glo. & Doct.ff.de leg 3.Bartol.l.cum ita.§.fin num.2.ver.dictio enim,&, habet augere.ff.de l.3.l.ſi ſtipulatus. in princ.vbi gl.ver verba. & ibi.Doct.ff.de vſur.text.& Doc.§.quibus.C. de no.Codic faciend.Et iſta eſt cōis opi.etiā, culpa poneretur abſque relatiuo etiā inter duo ſubſtātiua, vel inter duo adiectiua,vt copula,&,& ſimiles amplient, & augmentent,
& non

& non reſtringant;vt dicit Ripa in ca.ex parte num.47.ver. ſexta proprietas.de reſcr.Ergo illa verba copulatiua decreti,originē habuerit à contractu , & ſapiat naturam contractus,non intelliguntur,reſtrictiuè,vt requiratur concurſus, ſed augmentatiuè,vt quodlibet de per ſe veniat, & ſufficiat ad hoc,vt nō poſſit procedi criminaliter d.l.ea tamen adiectio.Bar.d.§.fi.Sic & legatum factum Doct.& Medicis Patauij,vel vrbis Nouariæ, non requirit concurſum , ꝙ ſit idem Doctor,& Medicus ſimul,ad hoc vt poſſit conſequi legatū, ſed doctor ſolùm qui non ſit Medicus, & Medicus ſolū,qui etiā nō ſit Doctor admittetur ad ipſum legatū Bal.l.1.col, pe.ver.eſt aūt natura copule extēſiua.& ver.Et ideò legatū. in 1.lect.& ibi Iaſ.col.3.verſ octauo limita.ff.de iuſtitia & iur.Alciat.d.l.ſæpè.verſic.ſed ſi nomina.Sic & lex dum dicit jus eſt ars boni & æqui,nō requirit concurſum,cum ius cū arte boni eſſe poſſit abſque arte æqui,& econtrà l.1.vbi Bal. col 2.in 3.op.ff.de iuſti.& iur.& dum lex inquit, vim atque iniuriam licitè & impunè poſſe propulſari,nō requirit concurſum, ſed ſufficit vis abſque iniuria:puta illata ab animali bruto; & liceat propulſari,vt inquit Bar.in l.vt vim.col.3. ff.de iuſt.& iur.Ergo verba ipſa decreti Mediolani , originē habuerit à contractu,& ſapiat naturam contractus , nō requirunt concurſum , ſed ſufficit vnū ex eis;vt patet ex prædictis.& ſuadetur;quia ipſa copula , & eſt poſita inter duas orationes,quæ ſtant de per ſe,cū habeat originē à cōtractu ſit vna oratio , & ſapiat naturā contractus , ſit alia oratio, quo caſu ſequitur,quod qn copula,& vel alia copula,ponitur inter duas orationes,quæ copulantur per ſe principaliter.& nō per modum accidentis, nec reſpectiuè ad vnā ſpeciē,& ſeu copulantur de per ſe , & non reſpectiuè ad aliud, maximè,vbi orationes de per ſe ſunt perfectæ,quòd tūc copula nō requirit concurſum copulatiuorū,ex quo tunc nō habet vim copulæ,ſed uim dictionis continuatiuæ & ſufficit tunc adeſſe unum,ſeu unā qualitatē,uel unum tantum ex copulatis,& in quolibet ēt de per ſe,ex copulatis procedit diſpoſitio & eſt com.opin.Bar l.ſi is qui ducenta.§.utrū col.pen uerſi.tertio caſu.ubi Socin.dicens, quòd diſtinctio data per Bart.ibi com.tenetur.ff.de reb.dub.& idem.Bart.in

l.1.

l.1.col.2 ver.quādo copula cadit inter orationes.ff.de iuſti. & iure, & in l.1.col 2.in fin.verſi.quæro utrum.ff.de is,qui not.infam.& in l.Seiæ.§ Gaio.ff de fund inſt.& in l.ſi hæredi plures in fi ff.de condit.inſt.Petr.de Anch cle.in pleriſq; col.fi.verſ cui adde.de electio Feli.cap.ex parte el.1.col.17. uerſi.Fallit ſextò,quando duo copulantur,& ibi Dec.col.5. ver.Et prædicta & Fran.Rip nu.56.uerſ.quintum ſignum, de reſcr.Rom.conſ.104.Pater nu.4.uerſi.attamen,quando. Soc.conſi.22 Videbatur nu.2.uol.3.& conſi.53.Conſiliis, num.9 uol.1 conſ.129 Videtur in fi uol.2.per tex.in l.1 ff. his,qui not.infa.& in l.1.ff.de ſicar.Alciat.l.ſæpè de uerbo-
35 borum ſignific Et iſtud procedit † maximè in caſu noſtro, in quo agitur de interpretatione decreti fauorabilis concedentis abſolutionem à proceſſu criminali, quo caſu in dubio, quando ſumus in fauorabilibus copula cenſetur poſita,inter duas orationes principales, & quæ copulentur per ſe principaliter,& non reſpectiuè ad aliud,& ſic copula ſtat in uim dictionis continuatiuæ,& non copulæ,& ſic non requiritur concurſus. Ioan.de Imo.d.cle.in pleriſq; colum.3. verſ.conclude & verſic.item aduertendum de electio.argu. c.odia.de reg.iur.in 6 d.l ea tñ adiectio ff de leg.3.& l.fi.ff. de conſtit.prin.Et ſuadetur iſta opinio,ex quo rub.eiuſdem decreti Mediolani , inquit loquendo in numero plurali, in quibus caſibus criminaliter procedi non poteſt. Ergo per
36 illa † verba eiuſdem decreti,quòd originem habuerit à contractu,cenſetur vnus caſus de per ſe,& per alia verba, Et ſapiat naturam contractus, cenſetur alius caſus de per ſe, ad hoc, vt rubrica rectè loquatur in plurali, & ſaltem in duobus caſibus verificetur l.vbi numerus.ff de teſt.alioquin ſi vnus tantum caſus copulatiuus intelligeretur, & requireretur concurſus,ipſa rubrica debuiſſet conciui, in quo caſu criminaliter procedi non poteſt, & non in quibus caſibus. Ergo ad hoc, vt ipſa rnbrica cenſeatur bene poſita in plurali,& euitetur abſurdum malæ Grammaticæ, verba illa decreti, originem habuerit à contractu, & ſapiat naturā contractus intelliguntur poſita continuatiuè, & non copulatiuè,adeò quod non requiratur concurſus: ſed ꝙ quodlibet de per ſe ſufficiat, & ſic ſint duo caſus, vnus quando
negotium

negotium habet originem à cōtractu, alius, quando habet originem ab eo qđ ſapiat naturā contractus. Bart.l.Gall.§. etiam ſi.ibi, ex hoc apparet. dum dicit de ſubſtituto cum filiis, & hæredibus.ff.de lib.& poſth.Fel.d.ca.ex parte col.15. verſ.Fallit quarto & ibi Ripa.col.16.nu.57.verſi.ſextum ſignum, & ibi alij Doc.reſcri.verba enim debent intelligi, vt euitetur mala Grāmatica.l.Plautius.ff.de aur.& arg.legat.

57 ¶Comprobatur etiam iſta opinio † mea: quia rubrica ipſa decreti loquitur in plurali, & nigrum eiuſdem decreti, poſteaquam dixit originem habuerit à contractu, & ſapiat naturam contractus, loquitur de vno caſu, videlicet, quòd teneantur ius dicentes probationes inquiſiti volentis probare rem habere originem à contractu admittere abſque eo, quòd ſe in carceribus conſtituat: ergo ex rubrica præcedenti loquente in plurali, in quibus caſibus, & cętera. Et ex aliis verbis ſubſequentibus, ut admittantur probationes inquiſiti uolentis probare rem originem habere à contractu cum nō dicatur volentis probare rem habere originē à contractu, & ſapere naturam contractus: datur intelligi, q͂ illa verba poſita in medio eiuſdem decreti, quod originem habuerit à contractu, & ſapiat naturam contractus non ſtant copulatiuè, ut requiratur concurſus, ſed quòd ſtant continuatiuè, vt vnum ex eis ſufficiat: alioquin fruſtra decretum admitteret ſolum probationem inquiſiti uolentis probare rem habere originem à contractu, ſi requireretur concurſus: ergo ſufficit unum ex eis, & ita ex præcedentibus, & ſequentibus dici debet.l.ſi ſeruus plurium in fi.ff.de leg.1.Rom.conſ.104.Pater verſic.præterea & tertiò.cū ſeq. Rip.d.c.ex parte col.16.nume.57.in fin.ibi, aliud ſignum colligitur ex ſequentibus. de reſcrip. Et decretum ipſum dum vult iudicem debere admittere inquiſitum volentem probare rem habere originem à contractu, debet etiam intelligi, quòd debeat admittere ad probandum, quòd res ſapiat naturam contractus, de qua ſupra facta fuit mentio, vbi iſtud inquiſitus velit probare, etiam quod non probaret rem habere originē à contractu Pau.de Caſtr.conſ.427. Inhærendo puncto colum.2.verſi.quod autem appareat. vol.2.l.qui filiabus in prin.ff.de legatis primo.

¶Et

¶Et cum de iure cõmuni licèt non ſit contractus, ſed ꝙ res ſapiat naturam cõtractus, excuſetur aliquis à dolo, & à pœna criminali, ex quo decretum iudicis etiã nullum excuſat ingredientẽ poſſeſſionem, vt non teneatur de poſſeſſione turbata l. iuſtè poſſidet. vbi Bar. in fi. & ibi Alex. Iaſ. & Soc. ff. de acq. poſ. & teſtamentum etiam nullum, licèt non ſit contractus, ſed vltima voluntas, excuſat à dolo, & à pœna criminali l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hær. l igitur. §. 1. ff. de lib. cauſ. Sequitur ergo, ꝙ illa uerba copulatiua decreti, originem habuerit à contractu, & ſapiat naturam contractus, ꝙ non intelligũtur copulatiuè, ut requiratur concurſus, quia non requiritur cõcurſus, ſed intelliguntur augmentatiuè, ſiue ampliatiuè, vel diſiunctiuè, ita ꝙ unum ex eis ſuffi ciat, ꝙ habeat originem à contractu, uel ſapiat naturã contractus: puta, quia ſi cõtractus nullus, uel diſtractus, ex quo ita eſt etiã de iure cõmuni, ſaltem in multis caſibus, ut non poſſit procedi criminaliter. Rom. d. conſ. 104. Pater col. 2. uerſ. Et ad hoc probandũ arg. l. 2. C. de noxa. ubi tex. & Bal. & l. ſæpè de uerb ſigni. Et cum decretũ ipſum ſit factũ principaliter in abſolutionẽ reorum, eſt ita uerisſimilis mens diſponentiũ, ꝙ illa uerba non ſtent reſtrictiuè, ſed ampliatiuè ſiue continuatiuè, & quòd non requiratur concurſus. Ripa d. c. ex parte nu 55. uerſ. quartũ ſignũ de reſcrip. Alex. conſi. 130. Attentis in fi. uol. 2. Io. de Imol. d. cle. in plerisq; de
38 electioni. Maxime ſtante † ꝙ natura dictionũ copulatiuarum eſt ſtare, & copulare inter diuerſa gl. & doct. rub. ff. de iuris, & facti ignorantia gl. l. ſi duo. C. per quas perſonas nobis acquiritur. Pano. Rip. & doc. d. ca. ex parte Ergo illa uerba originem habuerit à cõtractu, poterunt intelligi de contractu uero, & alia uerba ſequentia, & ſapiat naturam contractus, poterunt intelligi etiã de contractu nullo, & etiam de quaſi contractu, ac diſtractu, & iudicio, ac donatione: cũ iſta omnia ſapiant naturam contractus, & ueniant appella
39 tione contractus † in fauorabilibus prout eſt ipſum decretum tex. iunct. gl. cõmuniter approbata in auth ſacramenta puberum ubi tex. & gl. uerb. contractib. & ibi Bar. Pau. de Caſt. Iaſ. Philip. Cor. & Fran. Curt. C. ſi aduer. uendi. & hoc modo copula ſtabit inter diuerſa ſecundum, & prout eſt

eius

eius proprietas: ſecundum gl. in d. rub. ff. de iur. & fact. igno
rant. Et dato ꝙ verba ipſa decreti Mediolani, ex negotio
quod originem habuerit à contractu, & ſapiat naturā con-
tractus de quibus dixi ſuperius nu. 32. verſi. 12. quia decre-
tum deberent intelligi proprie, vt ſtarent copulatiuè, ita ꝙ
requiratur concurſus, & copula, ꝙ habeat originē à contra-
ctu, & ſimul ſapiat naturam contractus, ita quòd non ſuf-
ficiat quod habeat originem à contractu, niſi ſimul ſapiat
naturam contractus, & etiam non ſufficiat, quòd ſapiat na
turā contractus niſi ſimul habeat originē à contractu, alio
quin poſſit procedi criminaliter, & dicto decreto non ſit lo
40 cus: cum regulariter de natura † & proprietate copulæ in
omni diſpoſitione, tam legis, ac ſtatuti, q̃ etiam hominis ad
veritatē copulatiuè requiratur cōcurſus omniū copulato-
rum l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. § pen. inſtit. de hæ-
red. inſti. Ripa. d. c. ex parte nu. 39. ver. ad veritatē, & ibi Abb.
& alij de reſcrip. Iaſ. l. 1. col. 3. ver. Circa iſtam materiam, vbi
reprobat Bar qui uoluit contrarium. ff. de iuſt. & iur. gl. in
c. 1. verſ. contra iuſtitiā de re iud. in 6. & in l. qui mancipia.
& ibi Mod. C. de ſeru. fugit. Bar. Soc. & doc. in l. ſi is, qui du
centa. §. vtrum. ff. de reb. dubi. ubi uolunt iſtud procedere,
tam in copula affirmatiua, vt requiratur ꝙ omnia affirma
tiua concurrant, q̃ in copula negatiua, vt requiratur quòd
oīa copulata negatiuè concurrāt, & ſi ſic neutrū fiat. ꝑ tex.
in l. ſi quis ita. ff. de verb. obl. ſequit̃ Rip. d. ver. ad ueritatem.
¶Et capiendo iſtū ſenſum decreti, qui etiam mihi placet, ꝙ
illa verba, ex negotio, ꝙ originem habuerit à contractu, &
ſapiat naturā contractus, intelligantur copulatiuè, ita ꝙ re
quiratur cōcurſus: alioquin poſſit procedi criminaliter, &
non poſſit allegari ipſum decretū: vt dixi ſuprà, nu. 39. verſi.
Et dato. Erit ſenſus ipſorum verborum decreti copulatiuo-
rum, ꝙ ita demum aliquis gaudere poſſit beneficio dicti
decreti, vt non poſſit procedi criminaliter pro aliqua re, vel
cauſa, ſeu aſſerto delicto, quæ, vel quod ſumi poſſit ex nego
tio, quod originem habuerit à contractu, & ſapiat naturam
contractus. i. dummodo aliquis ſcienter nō excedat limita-
tionem contractus, vel nō faciat contra naturā contractus:
quia tunc non poſſet allegando contractū gaudere eius, &

d.decreti beneficio ad eſſugiendum iudicium criminale,ex quo ſcienter exceſſit limitationē contractus,vel fecit cōtra naturā contractus tex in c.ex eo de reg.iur.in 6 l.alia.C.de his q̄bus,vt indig.l.Papin.§.meminiſſe.ff.de inof.teſt.Exempla aūt ſunt infraſcripta, alia uero cogita ex intellectu tuo.
41 ¶ Contracto matrimonio † nullo inter perſonas prohibitas per ignorantiam facti, ſi ſequatur coitus,licet ille coitus ſit illicitus in effectu, tñ ſi eſt coitus ſecundū naturam, excuſatur, & non punitur; ex quo res.i.ille coitus illicitus habet originem à contractu matrimonij, licèt nullo,& ſapit naturā contractus matrimonij:cū de natura cōtractus matrimonij ſit coire,ſecundum naturā,& in hoc caſu verificatur copula, & exemplū d decreti, q̄ res habet originē à cōtractu,& ſapit naturā contractus,& non pōt procedi criminaliter l.ſi adulteriū cum inceſtu.& p totā ipſam legē,& ibi not.Bar.ff de adul.Sed contracto matrimonió nullo,vel valido, ſi ſequatur ex eo copula carnalis contra naturam,& ſic ſodomia, licèt tale delictum fortè habeat originem à contractu matrimonij, quia fortè ſi matrimonum ipſum ſequutum non fuiſſet, talis ſodomia inter ipſos coniuges nunq̄ fuiſſet ſequuta,ex quo fortè, nunq̄ fuiſſent in ſimul:
42 tamen ex quó tale † delictū ſodomiæ nō ſapit naturā contractus,imò eſt contrà naturam,non ſolùm contractus matrimonij, verum etiam contra ipſam naturam naturantē, quæ eſt Deus, & contrà natura naturantem naturatā,quæ eſt cœlū,& contrà naturam naturatā, & eius generationē, quæ eſt homo,& propter delictum ſodomiæ,& fames,& peſtilentiæ,ac terræmotus fiant, & ſit pœna vltimi ſupplicij, ideſt mortis, vt habetur in authen.vt non luxurientur contra naturā.& in l.cum vir nubit in fœminam.C.de adult.§. item lex Iulia de adult.inſtit.de pub.iudi.Et Deus optimus maximus licèt ſit miſericors,& ipſa pietas, ac miſericordia, pro tali tamen delicto atrociſſimo fecerit funditus ſubuerti Sodomam, & Gomorram,& alia de quibus habetur in teſtamento veteri ſacræ ſcripturæ, pro tali delicto Sodomiæ ſequutò inter coniuges inter quos ſit matrimonium ualidum, vel inualidum,licèt diceretur fortè habere originem à contractu: quia tñ non ſapit naturā contractus, ut ſuprà dixi,

dixi,poſſet procedi criminaliter, non obſtante d.decreto. Et,q̃ plus eſt,tales ſodomitæ,tam agentes, q̃ patientes,deberent comburi, & non excuſantur ex colore matrimonii, cum tale delictũ non ſapiat naturã cõtractus matrimonij, licèt fortè originem ab eo inter eos habuerit, vt ſupra dixi. Et decretũ Mediolani ſub rubr.de pœnis.§.ſodomitæ, quo cauetur,q̃ ſodomitæ,tam agentes,q̃ patientes igne combu rantur, haberet locum etiam contra coniuges inter ſe ſodomitas, & etiam locum haberet decretum ipſum ſiue inter maſculos ſodomia fieret,ſiue inter maſculum,& fœminam fieret ſodomia ſub colore etiã matrimonij,vel ſine co
43 lore matrimonij ex quo proprie † loquẽdo. tam ſodomia, quàm peccatũ contra naturã dicitur, ſiue fiat cũ maſculo, ſiue cum fœmina : vt inquit Dec.in l.ſi qua mulier col.3. nu.9.uerſ.& incidenter in fi.ubi reprobat Socinum,qui uoluit ſolum propriè dici ſodomiam, qũ fit cum maſculo,& ſi fiat cum fœmina dici pollutionem extraordinariã.C.de ſecund.nup.Et verior eſt opinio Decij, q̃ propriè loquendo ſodomia dicatur,& pari modo puniatur ſiue cũ maſculo,ſiue cũ fœmina fiat:ut uoluit Card.clem.1.q.13.de con ſangui.& affin.Cotta lib.Memor.uer.Pedicones. Afflict.in conſt.regni lib.3.rub.42.& probatur 32.q.7.cano.uſus ibi, maſculis, & in fœminis & in cano.adulterij malũ.eadẽ cau
44 ſa,& quæſtione.Et ſodomitarũ bona † confiſcantur,& ipſi fiunt fames, & teſtari non poſſunt, ut latè conſuluit D. Anaſtaſius Platus doctor Mediolani in conſ.fin.uolu.1.inter conſilia And.Sic.Barb & D.Nicol.Bel.conſ.69.Circa teſtamentum col.5.uerſic.Non obſt ſecundo. Dec.d.l.ſi qua mulier nu.7.uer.& exemplum.Bal.auth.inceſtas.C.de inceſtis nuptiis.D.Cat.Cotta.lib.memor.uer.ſicul.Pedicones.
45 ¶Aliud quoq; exemplũ do, Si ſocius † incidat ſiluam com munem cæduam, etiam contra uoluntatem alterius ſocij, nõ poteſt accuſari de poſſeſſione turbata, nec pro alia pœna,ex quo cædere ſiluam communem ceduam,habet origi nem à contractu, & ſapit naturam contractus copulatiue. Bald.conſ.37.ad fi uol.5.argum.l.merito & ibi Andreas de Pomate in apoſtil.ad Bartol.in litera F,in apoſtil.incipit. Merito ad iſtam:ubi allegat dictum conſ.Bald.ff.pro ſocio.

¶ item

¶Item ſi ſocius habẽs caſtrum, vel domum in cõmuni pro diuiſo, vel indiuiſo, ing ediatur etiã per vim caſtrum ipſum, vel domum cuius poſſeſſionem ciuilem habeat, vel habere prætendit, ex conſtituto, vel precario, validis, vel inualidis, excuſatur à pœnis turbatæ poſſeſſions, & violentiæ, cũ habeat iſtud originẽ à contractu, & ſapiat naturam contractus. vt habeat partem ſuam, & contra talem non poteſt iurari in litem, & idem ſtante ipſo decreto Mediolani, ſi adeſſet quolibet aliud inſtrumentum, dummodo vis non interueniat. Cæpol. conſi. 4. Viſa querela. per totum. Bald. conſi. 410. In cauſa col. 2. verſ. & ad euidentiam volum. 2.

¶Sed ſi ſocius faceret contra naturam contractus, licèt res haberet originem à contractu, tunc non obſtante d. decreto, ac d. contractu poſſet procedi criminaliter contra ipſum ſocium, & contra eum iurari in litẽ, & agi ad pœnas violentiæ: puta, ſi ſocius noctis tempore velit ingredi caſtrũ cõmune cum trecentũ equitibus clamando ſacco ſacco, arma, arma, frangendo hoſtia. Nam licèt res iſta habeat originem à cõtractu, non tũ eſt de natura contractus. Alex. conſi. 103. Videtùr vol. 1. Idem ſi ſocius velit occupare totã rem, ſeu totum rem furto ſubtraheret, teneretur pœna furti, & alijs pœnis crim inalibus, ex quo iſtud eſt contra naturam cõtractus licet habeat originẽ à cõtractu l. ſi ſocius. ff. de furt. & l. rei cõis. ff. pro ſocio. Alex. d. conſi. 103. Videtur vol. 1. in tali enim exceſſu ſcienter facto ineſt dolus: & ideò poteſt procedi criminaliter. Ponzin. in d. tracta. in 4. limita. argum. not. per Bald. in l. 1. C. ad leg. Iul. de vi publica. & per. glo. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Sic & exceſſus factus ſe defendendo punitur pœna, ſaltẽ extraordinaria reſpectu eius, quod exceſſit. Doct. l. ut vim. ff de iuſti. & iur.

¶Si tamen daretur aliqua iuſta, vel colorata cauſa exceſſus, tunc excuſaretur: puta, ſi ſocius totum etiam per vim occupauit, ſeu totũ teneret, pro ſaluando partem ſuam paratus dare partem ſuã alteri ſocio, quotieſcunq; pars eius, qui totum tenet, vel occupauit eſſet ſalua: nam tunc totũ tenens, vel occupans non tenetur pœna criminali, nec poteſt conueniri criminaliter. Bal d. conſ. 410. In cauſa col. 2. verſic. & ad eui dentiam vol. 2. Cæpol. d. conſi. 4. Viſa querela col. 6. num. 11.

nume.11.verſicu.& ſimiliter.& verſic.cum ergo.

¶Et ſic dato quòd illa verba decreti habuerit originem à contractu, & ſapiat naturam contractus ſtent copulatiuè, ita quod requiratur concurſus, prout iſte intellectus ſtare poteſt, & etiam alius intellectus quòd ſtet continuatiuè, ex quo lex, vel ſtatutum habens † plures intellectus poteſt allegari in quolibet intellectu, quando quolibet intellectus probatur per bonas leges, vel rationes aliarum legum Bar.& Soci.in l.in ambiguo. vbi Barto.nume.2.ff.de rebus dubijs, Pariſ.c.quoniam contra col.11.verſ.tu dicis. de proba Fel.in princ.proœm.decre.

46

¶Tamen capiendo intellectum quòd illa verba decreti ex negotio quod originem habuerit à contractu, & ſapiat naturam contractus intelligi debeant copulatiuè, & in modum quòd requiratur concurſus, vt ſuprà probaui.nu.29. verſ.& dato.cum ſeq.vſque ad nu.46.adhuc dico quòd verba ipſa, originem habuerit à contractu, &c.& ipſum decretum Mediolani ſub rubr.in quibus caſibus criminaliter procedi non poteſt, procedunt etiam in cõtractu ipſo iure nullo, ita quòd ſtante ipſo decreto, pro aſſerto delicto habente originem à contractu valido, vel etiam ipſo iure nullo, non poterit procedi criminaliter, ex quo decretum ipſum eſt fauorabile, cum non velit procedi criminaliter, vbi res habet originem à contractu, & ſic continet abſolutionem l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.l.abſentem.ff.de pœn. & ratio d.decreti eſt: quia ſtante contractu à quo aſſertum delictum habeat originem, cenſetur abeſſe dolus, & ſic non poteſt procedi criminaliter. & iſta ratio militat in cõtractu nullo, ſicuti in contractu valido l.ſed & ſi lege.§ ſcire.ff.de pet.hær.l.igitur.§.poteſt.ff.de lib.c.vbi contractus ſeu quaſi contractus, etiã nullus excuſat à dolo Ergo decretũ ipſum procedit etiã in cõtractu ipſo iure nullo, & etiã facto ꝑ iuris ignorantiam: vt pro re, vel aſſerto delicto habente ab eo

47 originẽ non poſſit procedi criminaliter: quia qñ † ſumus in fauorabilibus, & militat eadẽ ratio, appellatione contractus, venit contractus non ſolum validus, verum etiã ſolus cõtractus etiã ipſo iure nullus, etiã ſi eſſet factus nullus per iuris ignorantiã, & lata culpam.text.eſt ad literã coniuncta

gloſſ.communiter approbata in aut.ſacram.pub.vbi tex & gloſſ.verſ.contractibus.C.ſi aduerſ.vend.vbi gloſ.vult, ꝙ d. auth.ſacram.pub.quę dicit iuramenta præſtita per minores puberes ſuper contractibus rerum ſuarum debere ſeruari inuiolabiliter procedere etiam ſi contractus eſſet ipſo iure nullus ratione minoris ætatis, puta.factus abſque decreto iudicis,vel tutoris, & cura.authoritate.& iſtá eſt com.opin. vt dicũt Bar.Iaſ.Fran.Curt.Phil.Cor.& D.Mar.Anto.Mant. Bonauitus Pataui.& oẽs Modern.in d.authen.ſacram.pub. ¶Eſt ergo concluſio vera,& firma, quòd decretum ipſum Mediolani prohibens procedi criminaliter, vbi res habet originem à contractu procedit etiã ſi contractus eſſet validus,vel inualidus,& notoriè nullus, & etiam factus per latam culpam,& iuris ignorantiam, & quomodocunq; nullus reperiatur,dummodo tñ non ſit doloſè initus.arg.glo. verſ.contractibus, in d.auth.ſacram pub.Et argu.exceptionis decreti de contractu doloſè inito, qui non eſt propriè contractus, ex quo contractus propriè dicitur quando eſt
48 efficax, & ualidus, & ita intelligitur † in ſtatuto cauente de ſoluenda gabella pro contractu.ſ de ualido, & efficaci, non de inualido l.2.ubi Bal.C de Eunuch.per illum text. Bal.l.non dubium in 2.notab.& ibi Iaſ.nu.9.uerſi.Quintò nota.& ante eum Pau.de Caſtr.& Fulg.C.de legib.D.Fran. Cur.d.auth.ſacram pub.col.5.in fi.nu.13.verſ.vltimò adducitur.C.ſi aduer.uend.Iaſ.l.ſed & ſi quis.§.ſed quia num.9. verſ.tu pondera.C.communia.de leg.Ergo reg.d.decreti loquentis non debere procedi criminaliter,quando res habet originem à contractu, intelligi debet etiam de contractu notoriè, & ipſo iure nullo.non tamen doloſo, ex quo eius exceptio eſt de contractu doloſè inito,qui non eſt propriè
49 cõtractus, cum per exceptionẽ declaretur,† de quo genere loquatur regula,& vbi exceptio eſſet ſuperflua.ꝑ exceptionem ampliatur regula,& eſt com.opi.vt patet ex his,ꝗ ſuperius dixi nu.2.ver.1.quia.& nu.4.ver.Vbicunq;.& nu.5.ver. ſic & Papa Dec.& Cagn.l.1.ff.de reg.iur.vbi Dec.nu.31.ver. & prædicta.& Cagn.nu.30.verſic.& concluſio.& nume.33. verſ.ſed non eſt recedendum. Et ſic conſtat,quòd D.Catel. Cotta.in lib.Memor.in verſic.Actus nullus.in fi.& D.Ioan.
Fran.

Fran.Ponzin.in tracta.edito ſuper ipſo decreto in 3 limita verſ.Et facit quia lex,&c.quòd nō bene ſenſerunt,dum voluerunt decretum ipſum debere intelligi ſolum de contractu valido,non autem nullo: cum intelligi debeat de contractu & inualido, & etiam de ſolo contractu etiam nullo. Sed ſaluando opi.Mag.D.Carel.Cot.qui fuit lumen iuris, & Oraculum vrbis Mediolani,ad quod omnes confluebāt; & etiam ſaluando opinionem Mag.D.Ioan.Fran.Ponzin. qui fuit acutiſſimus iureconſultus,dicas quòd eorum opinio procedit,& intelligi debet in contractu nullo; ſimul,& copulatiuè reprobato à lege, vel ſtatuto, & cui lex,vel ſtatutum,aut decretum reſiſtit:quia tunc præſumitur dolus.

50 † Et talis contractus nullus,& reprobatus, cui lex,vel ſtatutum,aut decretum reſiſtit, non poſſet allegari,in caſu d.decreti ad finem,ne procederetur criminaliter,ex quo dicitur contractus doloſus, ſiue valeret,ſiue non valeret.Bart.l.ſed & ſi lege.§.ſcire ff.de petit.hæred.& ita intellige omnia ea, quæ ego etiā dixi de contractu nullo; & reprobato,vt non poſſit allegari in caſu d.decreti ad finem ne procedatur criminaliter,vt procedant ſolum quando lex, ac ſtatutum,ſeu decretum ei reſiſteret,ita ꝙ diceretur,vel præſumeretur,vel eſſet contractus doloſus,ſiue valeret,ſiue non valeret:quia tunc ob dolum,qui ex eo præſumitur,nō poſſet allegari ad finē,de quo ſupra:vt patet ex his,quæ dixi ſupra verſ.præcedenti nu.37.verſ.Sic & decretū Mediolani. ſub rub.in quibus caſibus, &c. & nu.39.verſ.exceptio.n.& verſi.Ergo eodem modo:cum ſeq.vſq; ad nu.51.verſ.ſed redeundo.ſed ſi contractus eſſet nullus, non tamen reprobatus cui lex,vel ſtatutū,ac decretū reſiſtere,ſed eidem nō aſſiſteret; tunc nō præſumitur dolus.Bar.d.§ ſcire.& in l.cum lex.ff.de fideiuſ. & talis contractus etiam nullus poſſet allegari ne procedatur criminaliter in caſu d decreti:vt patet ex prædictis duodecim fundamentis,& idem videtur.licèt non ita clarè,ſentire idem D.Ioan.Fran.Ponzin.in d.tract.edito ſuper ipſo decreto in 4.limit.circa fi.Imò quòd plus eſt, dico ꝙ etiam in caſibus quibus contractus eſt nullus,& reprobatus à lege,vel ſtatuto,aut decreto, & lex ac ſtatutum, & decretum illi reſiſtit, quo caſu dolus, & contractus doloſus præſu-

mitur,& talis contractus non poſſet allegari, nec procedatur criminaliter, quod exemplifica ex his quæ dixi ſupra in verb.præced.nu.37.ver.Sic & decretum, vſq; ad nu.51.verſ. ſed redeundo,quòd multoties poteſt ex aliis coniecturis,vel probationibus ceſſare dicta præſumptio doli, quo caſu talis contractus etiam nullus ac reprobatus, cui lex vel ſtatutum aut decretū reſiſteret, poſſet allegari ad finem ne procedatur criminaliter in caſu dicti decreti:cum vna præſumptio tollat aliam l.diuus.ff.de reſtit in integr.l.nō omnes.§. à barbaris.ff.de remedia.cap.niſi eſſent.de præbend.& hoc maximè procedit in caſibus infraſcriptis.

51 ¶Primò quotieſcunque † lex, ſeu ſtatutum, & decretum contractui reſiſtens, & eorum ſolennitas non fuiſſet vſu receptum ſeu recepta,certè ceſſaret doli præſumptio: & talis contractus poſſet allegare in caſu dicti decreti, & in alio,ex quo lex vel ſtatutum ſeu decretum quod non eſt receptum in obſeruantia, nec moribus vtentium approbatum, non habet vires,& allegari non poteſt ca.1.vbi gloſ.2.ad fi.& ibi Doct.de treug.& pace. Iaſ.l.rem non nouam col.fin.nu.5. ver.facit optimè.C.de iud.Dec conſi.262.In cauſa col.fina. verſi.Vltimò non obſtat.Alex.conſi.132.Viſa vol.1.Et ſufficit lapſus decennij à tempore conditi ſtatuti quo non fuerit obſeruatum ſtatutum, ad hoc vt tale ſtatutum ſit nullius effectus etiam ſuperiore ignorante quando à principio non fuit vſu receptum glo.ca.fi.de cōſuetu.in 6.Iaſ.d. l.rem non nouam in fi.Et per prædicta in fauorem ciuitatis Nouariæ cuius ſum decurio & aduocatus,obtinui contra comitatum Nouariæ, quòd licèt decretum Mediolani ſub rub.de oneribus.§.Quicunque ciuis velit ciues habitantes extra ciuitatem in villis vltra tempora de quibus in ipſo decreto, pro toto illo anno teneri ad onus ſalis, & alia quæcunque onera, & in omnibus,prout rurales faciunt,quod tamen ciues ipſi etiam quòd per totum annum: & ſemper habitarent in uillis quòd non tenentur ad ipſa onera vigore dicti decreti in §.quicunque ciuis, ex quo tale decretum nunquam fuit in dominio Mediolani vſu receptū,nec moribus utentium approbatum, & tranſiuerunt decem anni, quibus fuit conditū,& nunquā obſeruatū, ergo decretum

ipſum

ipſum redditur nullius valoris, & nõ poteſt allegari.Iaſ.d.l. rem nõ nouam col.fi.ver.facit & ver.nota tamen.C.de iud. glo.d.c.fi.de conſuet.in 6.& in d.c.1.vbi glo.2.de treug.& pac.Et ita viua voce iudicauit eſſe verum Illuſtriſſ.D.Vinc. Falcut.Senator optim Mediolani cui cauſa erat commiſſa.
52 ¶Secundò quotieſcunque † ſolennitas legis vel ſtatuti ſeu decreti eſſet ſecreta & paucis cognita, etiam quòd lex, ſtatutum ſeu decretum reſiſteret actui, ceſſat præſumptio doli, & talis contractus etiam nullus, cui lex, ſtatutum, ſeu decretum reſiſtit, non diceretur doloſus, & poſſet allegari ad effugiendum iudicium criminale in caſu dicti decreti Mediolani ſub rub.In quibus caſibus,&c.Bal.l.1.in fi.verſi. breuiter. & ibi Alexan.& alij in apoſtil.C.de pœn.& in l.ex morte.C.ad l.Aquil.Sal.l eum qui duas.C.de adult.
¶Tertiò,quotieſcunq; eſſe probabile dubium an lex ſeu ſtatutum vel decretum annullaret actum vel ne, & an reſiſteret contractui vel,ne & an ſolennitas deberet de neceſſitate ſeruari vel ne,ſeu ius, ſtatutum, & decretum eſſet dubium & intrincatum,ſeu eſſent opiniones doctorum inſignium inter ſe cõtrariantium, ſeu eſſet ius de apicibus iuris ſubtilibus vel diſputabilibus,tunc ignorantia talium iurium,ſtatutorum & decretorum,etiam contractui & actui reſiſtentium,& cõtractus factus cõtra ipſa iura,ſtatuta ſeu decreta, etiam contractui,& actui reſiſtentia excuſaret non ſolum à dolo,verumetiã à mala fide & à lata culpa, & cõtractus ipſe etiam ſi eſſet ipſo iure nullus,poſſet allegari in caſu dicti decreti ad effugiendũ iudicij.criminale,ex quo non diceretur doloſus, & occaſione dicti contractus non poſſet in litem iurari, & ex ipſo titulo poſſet etiã præſcribi. Abb.c.de quarta. vbi Fel.nu.27.ver.Limita vtiliter.de præſcript glo. c.cum dilectus.ver.conſtitutũ. & ibi Abb.col.6.nu 12.verſ. nota tertiò. & nu.13.verſ.& ex hoc. & ibi Butr.col.7.& Io. de Imol.col.7 & Card.& Bar.col 13.nume.110.cum ſeq.de conſuet.tex.glo.& Doct.l.cum probatis.ff.de re iud.Bal.in c.fi.in 3.nota.de tranſ.Epiſcopi.Cor.conſi.147.Quia col.2. nume.9.verſ.Et inſuper vol.2.Lancel.Galiau.Papienſis in l. Gallus.in princ.ff.de liber.& poſth.D.Franc.Balb.in l.Celſus col.6.ver.Primò limi.ff.de vſucap.error enim talium iu-

rium eſt excuſabilis, & æquiparatur errori facti. Felin.dict. verſicul.Limita.vtiliter.

54 §Quartò quotieſcunq; † contractus cõiter fieret tanq̃ licitus,licèt in veritate eſſet doloſus, & contra ius ei reſiſtens: puta vſurarius: vel quotieſcunq; eſſet conſuetudo, ꝙ contractus fierent,licèt eſſent in veritate nulli,ac doloſi,& illiciti,& ius ſtatutũ,ſeu decretum eis reſiſteret:tamen tales contractus attento cõi vſu non dicerentur, quo ad mundũ doloſi, & etiã ꝙ eſſent nulli,ac illiciti, & de iure præſumerentur doloſi,& cõſuetudo ipſa,& cõis vſus nõ valeret, tamen contractus ipſi excuſarent à pœna criminali huius ſeculi,& poſſent allegari in caſu d.decreti ad effugiendum indiciũ criminale licèt quo ad Deum, & quo ad pœnam æternam, & ſpiritualem, tales contractus non excuſarent contrahentes,nec ſuper talibus cõtractibus ſe fundantes. Bar.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeo.per illũ text.& ibi Alex.& Mod. in apoſtil.ff.de ædil.edict.Dec.l.1.col.6.nu.17 verſi.ſed certè,& ibi Mod C.de eden. Bal.l.1.in 3.q.C.de his, quæ pœn. nom.Iaſ l.1.col.antepen.in 4 & ibi Mod.C.de ſumma tri. Et ꝙ tales contractus etiã nulli,& illiciti,qui cõmuniter fierent tanquã liciti, licèt eis ius reſiſteret,& præſumeretur,& eſſent in veritate doloſi: puta, vſurarij, & nulli,ꝙ excuſent à pœna criminali,tam ordinaria, quàm extraordinaria, & à proceſſu,ac iudicio criminali huius ſeculi,licèt non excuſent apud Deum, conſuluit in ſpecie. Dec.conſi.170 Viſo col.pen.verſ.& dato & conſ.175.In cauſa col.7.verſic.tertio hoc idem & D.Aymo.Crauet.conſi.6.Plura nume.103.Sic

55 & conſuetudo † excuſat notarios, & ſcribas,ac ſecretarios, & alios à pœna falſi, & à proceſſu criminali,vt ſi de morte ſit ꝙ contractus ſcribantur,& ſubſcribantur, vel ſigillentur per deputatos ad hoc nomine prælatorum, vel aliorum quãuis de hoc ipſi nihil ſciant:nam conſuetudo excuſat ſic facientes à pœna falſi,& attenta conſuetudine non dicitur falſum cõmitti. Et idẽ de notarijs,qui rogant acta tanq̃ facta corã iudice:puta cõparationes partium:nã licèt ſcribãt ea,ſeu eas facta,vel factas coram iudice, & non reperiantur coram eo facta, vbi erat cõſuetudo ſic faciẽdi per notarios, excuſabuntur notarij ipſi à pœna falſi, & à proceſſu crimi-

nali.

nali.Alex.conſi.70.Viſo & conſi.132.Viſa vol.1.& cõſ.170. Pro inueſtigatione, & conſ.172.Viſis vol.2.& conſi.39.Viſis nu.3.verſ.ad hoc accedit vol.3.Iaſ.l.de quibus colum.2. num.9.verſi.confirmo per id,.& ibi Mod ff.de legi.Hoſtien. Ioan.Andr D.Ioan.Anto.& alij in ca.2.ubi etiam Feli.col. penulti.nume.37 uerſic.ſecunda concluſio.de fide inſtr.D. Roc.Curt.tract.de conſuetu col.19.verſic.Secundò limitatur,ut non procedat. Sic etiam ubi eſt conſuetudo prout Peruſij, quod ſint deputati tres conſeruatores monetæ, & ſit conſuetudo, quòd notarij ſcribant pecuniam numeratam tribus præſentibus,dato quòd unus ſit abſens,conſuetudo ipſa excuſabit notarios, & alios ſcribentes à proceſſu criminali, & à pœna falſi.Iaſ.d.uerſicu.confirmo.Bal.ca.1. col.1.de feu.cog.& in l.vnic.col.1.ver.quæro vtrũ.& col.9. verſ.Modo ſequitur.C.de confeſ.& in rub.C.de fide inſtru. Cotta Memor.uerſic.conſuetudo facit. Dec.d.conſil.175. In cauſa col.7.ver.3.hoc idẽ.Iaſ.l.ſingularia col pe.ff.ſi cer. pet.Roc.Curt.d.uer.Secundo limitatur, &c.ubi etiam in fi. in uer.infero etiã,dicit,qđ notarij alicuius curiæ, uel banchi,qui ſubſcribunt præcepta ex cõſuetudine, in perſonam prætorum,uel prælatorũ,ac iudicum,qui id ignorant,non poſſunt puniri de falſo, ut etiã dicunt Hoſtien.Io.And.&
56 D.Ant.de Butr.d.c.2.de fide inſtr.Sic &† ad excludendum præſumptionẽ doli,uel uſurarũ inſpicitur in dubio conſuetudo regionis.Abb.conſ 15.In Ieſu Chriſti noĩe col.2.uerſ. quid ultra uol.1.Crauet.conſi.6.Plura nu.103.qui enim facit contractũ etiã reprobatũ,& cui ius reſiſtit, ſeu qui facit aliud, quod ſoleat ab aliis fieri non dicitur in dolo, nec in culpa, quantũ ad pœnã tẽporalẽ, licèt non excuſetur apud Deum.Bar.l.ſi pignore §.fi.ff.de pig.act.Iaſ.& Doct.l.certi condictio.§.ſi nummos ubi Iaſ.in 3 not.ff.ſi cert.peta.Et eſt
57 generale, † q; conſuetudo etiam mala, & nulla excuſat in delictis:puta ſi ſit conſuetudo ludendi ad lapides, & aliquis caſu occidatur cum lapide:nam tunc non erit locus pœnis homicidij quò ad hunc mundum. Fran.Cre ſing.149 Moſ. Rom ſing.19.An conſuetudo. Anch.conſ.283.Iure ſtricto. glo.& Doctor.c.cum uenerabilis de conſuetudini.
58 ¶ Quintò dico, † quòd quotieſcunque probaretur bona

qualitas,ſeu bona vxor,& fama perſonarum contrahentiũ, etiã in caſibus,in quibus præſumeretur dolus,ſeu cõtractus doloſus,ceſſabit doli præſumptio,& tales cõtractus etiã nulli poſſet allegari in caſu d.decreti, ad effugiendum iudiciũ criminale ex quo probatio bonæ vocis,& famæ, tollit indicia leuia,& indicia in genere,ſeu indicia,ꝙ ex quo res furtiua reperitur apud Titiũ, vel reperitur homo mortuus apud Titium,quòd Titius præſumatur fur,ſeu homicida. Et item tollit indicia,ꝙ ex quo factus fuit actus, vel contractus reprobatus,& prohibitus:vt præſumatur de iure doloſus. Nã
59 † ex qualitate perſonarũ, & ſic per probationẽ bonę vocis, & famæ,tolluntur ipſa oĩa indicia tex.glo.& Doct in c.niſi eſſent viri prouidi,& honeſti,de præben & in l.non oẽs.§.à Barbaris.ff.de re m.l.Hip.de Marſi in prac.crimi.§.conſtante nu.17.&.§.diligenter nu.96.verſ.ſed ſecus, & nu 91.verſi. quæro vlterius.D.Iac.Nouel.in trac.ad defenſam ſub rub. An indicia pro reo danda ſint nu.33.verſ.indiciũ.Iaſ.conſi.153.In cauſa vol 2.Dec.conſ.189 Lætatus col.9.verſ.accedit bona fama.Bal l.ea quidem col.pe.C.qui accuſ.& in l 1. in fi.C.locat.&in l.fi.C.de prob.D Lud.Carrer.in pract.crimi.in l.obſeruare curabis nu.158.verſ item eliditur indiciũ per priuilegium bonæ famæ.Bal & Doc.l.Dñs horreorũ.ff. locat.tex.in d.c.niſi, & in ca.Lugdunenſis.9.q.2.Notabis tñ perpetuò,ꝙ probatio bonæ vocis,& famæ inquiſiti, accuſati, vel denuntiati non tolleret indicia, quæ eſſent in ſpecie contra reum puta teſtem de viſu commiſſi delicti,vel indicium confeſſionis extra iudicialis per duos teſtes probatæ, ſeu aliud indicium in ſpecie proximum ad delictum.ita inquit.D.Ludo.Carrer.d.verſ item eliditur, &c.in fine.
60 ¶ Sextò,ſcias vnã † eſſe regulã generalem,ꝙ ex qualitate facti,& contractus perſonarum, ac loci,& tẽporis iudex arbitrabitur contractũ eſſe doloſum, vel non eſſe doloſum, in caſu dicti decreti,& in omni alia materia, & partes ſciuiſſæ actum valere, vel non valere. Bartol.l.non fatetur colum. final.num 12.verſicu.quæro qualiter.ff.de confeſ.vbi vult in dubio hominem,vt vulgò dicitur, groſſum,præſumi feciſſe per ignorantiam, vbi publicè fecit contractum prohibitum,& reprobatũ, & habita notitia prohibitionis ſubito
abſtinuit

abſtinuit a cōtentis in cōtractu, & ſi fecit contractū prohibitū clandeſtinè, vult præſumi doli, ac ſcientiam prohibitionis, ꝙ intellige ſemper habita cōſideratione qualitatis perſonarū facti, & contractus, loci, ac t.pis. Bar d.ver. quæro qualiter. arg. l. an inutilis. ff. de acceptil. & l ſi adulteriū cū inceſtu. ff. de adul. & iſtud erit in arbitrio iudicis arg l. 1. ff. de iudeli & l. 3. ibi. tu magis ſcire potes. ff. de teſti. & in dubio dolus nō pſumetur l. merito. ff. ꝓ ſocio. tot. ti. ff. & C. de dolo.

61 ¶Septimò quotieſcunq; † contractus etiā nulli, eſſent facti non ſeruata forma iuris, ſtatutorū, & decretorum, reſiſtentium ipſi cōtractui, adeò ꝙ dolus præſumeretur, & ſeu contractus ipſi eſſent facti contra legem, ſtatutū, ac decretum, qui actui, & contractui reſiſterent, adeò, ꝙ etiam dolus præſumeretur. iux. not per Bart. in l ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. hæred. & in l. cum lex. ff. de fideiuſſ. Et probaretur, ꝙ contractus ipſi haberent naturalem æquitatem in ſe, licet eſſent facti abſque ſolennitate ipſorum iurium reſiſtentiū actui, & contractui, tunc ceſſaret præſumptio doli, ac malæ fidei, & ipſe contractus dici poſſet factus bona fide, & ex eo poſſet præſcribi, & poſſet contractus ipſe, etiam ſi eſſet nullus, allegari in caſu d. decreti Mediolani, ad effugendum iudicium criminale, ex eo, ꝙ res habeat originem à contractu etiam nullo, cui licèt ius reſiſteret, & ſic doloſus præſumeretur: tamen probando, quòd habet naturalem ęquitatē in ſe, ceſſat doli, & malæ fidei præſumptio: puta, ſi de rebus Eccleſiæ, vel minoris, aut vniuerſitatis, aut mulieris facta eſt alienatio abſque ſolennitatibus iuris ſtatutorū, ac decretorum reſiſtentium ipſi alienationi. tamen probaretur, ꝙ pretium fuit verſum in eorum vtilitatem, & quod erat iuſta, ſeu neceſſaria cauſa alienandi, & ꝙ pretium fuit iuſtū. Nam tunc ceſſat doli præſumptio, & talis contractus non diceretur doloſus, & poſſet ex eo præſcribi, & allegari in caſu eiuſdem decreti D. Aymo. Crauet. tract. da antiq. tempo. in ſectione, quæ incipit, Materia ver. Primus caſus in fi. ibi quid enim Bal. conſ. 179. Quando ſapiens in fi. vol. 4. maximè cū

62 lex ciuilis, † ac canonica, & ſtatutū requirens certam ſolennitatem ad aliquem effectum, ſeu finē: puta, ne fiant fraudes, aut deceptiones, vel læſiones, vel aliquid iniquum, ſeu

inæquale,

inæquale,nõ habet locum in foro conſcientiæ, nec de æqui tate naturali ſi actus, vel contractus fiat abſque ipſa ſolen- nitate,& ipſe actus,vel contractus fini,ac effectui non con traueniat,& cõtractus fiat abſq; re fraude,dolo, læſione,ini quo,deceptione,& inæqualitate, & talis cõtractus nõ diceretur doloſus, nec malæ fidei l.nemo poteſt vbi Alex.Iaſ.& Rip.nu.97.ver.Rurſus ex iſta ff.de leg.1 Inn.& Doc.c quia plerique. de immu.Eccle.Panor.ca.1.ad fi.de in integr reſt. Doc.in relatum de teſt.Illuſtr.Doct D.Andr.Tiraq.in eius aureo.tracta.ceſſante cauſa ceſſat effectus,per totum.

SVMMARIVM.

1 *Clandeſtina matrimonia qua ratione à legibus prohibeantur.*

2 *Clandeſtinum matrimonium contrahens, quando non teneatur ad pœnam clandeſtini matrimonij.*

3 *Matrimonium inæquale an modicus exceſſus efficiat.*

4 *Clandeſtinitas matrimonij punitur:quia ex ea præſumitur, & probatur dolus.Et quo caſu non puniatur.*

5 *Morbus interdũ capit̃ pro dolo,& fraude,& vnde dicatur morbus.*

6 *Matrimonium clandeſtinum ſi ſit æquale, & inter non prohibitos contractum, ceſſant pœnæ.*

7 *Parentes quando admittantur ad probandum matrimonium.*

8 *Ignorantia probabilis excuſat,vt pœna euitetur.*

9 *Matrimonium contrahere ſine voluntate parentum non eſt delictũ de iure commum. Et minus de iure canonico.*

10 *Forenſi contrafacienti diſpoſitioni ſtatuti quando parcatur, & quando non.*

11 *Matrimonium contractum à diuite cum puella pauper cauſa pietatis & eleemoſinæ ſine conſenſu parentum à ſtatuto requiſito valet, & tenet,& contrahens nullam incurrit pœnam.*

12 *Puella ad domum viri aufugiat,& illum oret,vt ipſam in vxorem accipiat, poteſt vir ſine conſenſu parentum aliàs à ſtatuto requiſito,illam ſibi in coniugem copulare.*

13 *Statutum requirens in matrimonijs minorum conſenſum parentum interuenire,non habet locum, quando matrimonia eſſent ipſis minoribus vtilia.*

14 *Error communis excuſat.*

Vidua

15 *Vidua minor poteſt ſine conſenſu parentum aliàs à ſtatuto requiſito, nubere.*

16 *Matrimonium cum minore contrahens ſine parentum conſenſu excuſat, ſi minoris dolo circunuentus contraxit.*

17 *Minor, qui ſe agit pro maiore, & patrefamilias poteſt à muliere in virum accipi abſque minoris parentum conſenſu.*

18 *Statutum pœnale loquens in muliere, an habeat locum in virgine.*

19 *Virginibus etiam viri potentibus in matrimonijs contrahendis magis iura fauent, quàm mulieribus corruptis, & viduis.*

20 *Puella etiam corrupta, quæ attenta eius minori ætate mulier dici non poteſt non ſubiacebit pœnis decreti requirentis conſenſum parentum in matrimonio mulieris, ſi ſine conſenſu patris nubat.*

21 *Matrimonia facta ſine conſenſu parentum à ſtatuto requiſito an valeant.*

22 *Matrimonia clandeſtina probantur per eos, qui interuenerunt, & fuerunt participes.*

23 *Copula, &, quando compulet ordine ſucceſſiuò.*

24 *Parentum licentia requiſita à ſtatuto in matrimonijs filiorum contrahendis, an debeat haberi ab vtroque parente, an vero ab vno tantum, & quando.*

25 *Pater ſi promittat dotē filiæ de bonis paternis, & maternis, primū de bonis paternis ſoluenda eſt, & in ſubſidium de bonis maternis.*

26 *Vidua mater an nuptijs filiæ minoris conſentire poſſit, & quid ſi tranſierit ad ſecundas nuptias.*

27 *Matrimonium ſi à filiofamilias non debet tractari ſine conſenſu patris, & matris, ſub pœna, pœna locum non habebit, quando ab alter vtro licentia fuerit obtenta.*

28 *Copula negatiua in pœnalib. diſpoſitionibus, requirit neutrū fieri.*

29 *Dictio, ſine licentia talium requirit carentiam omnium aliàsquin vnius licentia facit ceſſare pœnam.*

30 *Statutū ſi requirat in matrimonijs minorū deficientibus parentibus agnatorū conſenſum, an vnum tantum agnatū conſentire ſufficiat.*

31 *Participia poſita ſine verbo, non inducunt neceſſitatem.*

32 *Proœmia reſtringuntur ex deciſione.*

33 *Mater ſi vellet collocare filiam in matrimonium indigno, vel ſit inhoneſta, puella ab ea auferetur, & inhoneſto loco reponitur, etiam ſi pater reliquiſſet ei curam filiam copulandi.*

34 *Agnati, vel tutore, quorū tutela etiam eſt nulla declarata poſſunt impunè*

impunè pupillam à matre vi auferre, ſi ſentiant matrem velle eam indigno viro copulare.

35 *Statutum de vi loquens, intelligitur, de vi doloſa, vel cum annis, non de vi verbali, & colorata.*

36 *Agnati, quorum conſenſus in matrimonijs minorum à ſtatuto requiritur, ſi ſint ſuſpecti, an debeant remoueri.*

37 *Agnati quorum conſenſus in matrimonio minoris requiritur, ex ſtatuto, ſi ſine iuſta cauſa nolint conſentire, quid ſit agendum.*

38 *Agnatus vnus ſi tantum adſit, an admittatur cum cognatis ad præſtandum conſenſum in matrimonio minoris à ſtatuto requiſitum.*

39 *Minor, ſi illi non ſuper ſint, quorum conſenſum in matrimonio contrahendo ex ſtatuto adhibere debet poteſt abſque alicuius conſenſu pro libito matrimonium contrahere.*

§ VII.

ET prædicta faciunt ad declarationem decreti Mediolani ſub rub de pœnis.§. Matrimonia, quo cauetur, quòd matrimonia clandeſtina eſſe nō debent, & vt occurratur morbo ne clandeſtina matrimonia fiant, cauetur, quòd matrimonia fieri debeant cum licentia patris, & matris, & in ſubſidium duorum ex proximioribus agnatis &c & ſi aliter fiant, imponitur pœna, de qua in ipſo decret. Nam tale decretum, vt in eo dicitur, factum fuit, vt occurratur morbo, ne matrimonia fiant clandeſtina, vt patet ex verbis dicti decreti, quibus dicitur, matrimonia clandeſtina eſſe non debent, &c. Et ex alijs verbis decreti ibi, Ideò huic morbo occurrentes ſancitum eſt, &c. Sed matri-
1 monia,† & ſponſalia clandeſtina prohibentur à iure canonico, ſtatutis & decretis, ad finem ne puellæ nubiles maximè diuites, vel filijfamilias maſculi minores, habētes tamen ætatem habilem ad cōtrahendum matrimonium, maximè vbi eſſent diuites, decipiantur cōtrahendo matrimonium, inæquale reſpectu ſanguinis, ætatis, diuitiarum, & morum, quod ita de facili non fiet, vbi matrimonium contrahatur non clandeſtinè ſed publicè vel ſaltem cum licentia eorum, de quibus in ipſo decreto. Hoſt. Anch. & Abb. Panor. in rubr. extrà de clandeſtina deſponſati. Gratus conſi. 42.

Viſis

Viſis nu. 19.uerſi.Quinto probatur uol. 1.Item prohibentur etiam matrimonia, & ſponſalia clandeſtina propter peccatum, ne fiant inter perſonas prohibitas contrahere illud matrimonium quod ita de facili non fiet, ſi fiet non clandeſtinè, ſed publicè, & maximè cum licentia eorum de quibus in ipſo decreto.Innoc.ca.cum inhibitio col. 1.per illum text. de clandeſtin.deſpon.Et etiam prohibentur matrimonia clandeſtina ne tantum ſacramentũ ſit incerto D.Anto. Butr.d.cap.cum inhibitio.in 3.notab.Ergo ſi fieret matri-
2 monium † clandeſtinũ eitã cum puella nobili, quę non ſit uidua, & quæ etiam ſit minor ætatis annorum decemocto abſque licentia patris & matris & agnatorum ac cognatorum requiſita ex forma eiuſdem decreti Mediolani ſub rubri.de pœn.§.matrimonia.Vel etiam cum filiofamilias minore ætatis annorum uiginti abſque conſenſu patris etiam requiſito ex forma eiuſdem decreti, & in tali matrimonio ceſſarent rationes omnes prædictæ, ob quas matrimonia clandeſtina prohibentur:puta, quia matrimoniũ eſſet contractum abſque peccato, hoc eſt contrãctũ inter perſonas, inter quas non cadit impedimentum conſanguinitas prohibentis illud matrimonium fieri, & item idem matrimonium ſic cõtractum eſſet ęquale reſpectu morũ, ſanguinis, diuitiarũ, ætatis, & aliorũ, quæ ſecundum conſuetudinem loci ſolent obſeruari in contrahendo matrimonium, & nõ eſſet dictum matrimoniũ ſub incerto, quia partes illud paterentur, vel de eo eſſent teſtes, certè in tali matrimonio ſic contracto abſque licentia eorum de quibus in ipſo decreto in d.§.matrimonia ceſſarent pœnæ, ac diſpoſitio dicti decreti in d.§.mattimonia. Et pœnæ eiuſdem decreti in dicto matrimonio ſic clandeſtinè, & abſque licentia eorũ de quibus in dicto decreto contracto, non haberent locum contra illos, qui dictum matrimonium contraxerunt, nec contra illos qui de eo fuerunt conſcij & participes, ex quo in eo ceſſarẽt rationes omnes præmiſſis, ob quas matrimonia clandeſtina prohibentur ab ipſo decreto, ſtatuto & iure canonico, de quibus dixi ſuperius nume. 1.verſic.& prædicta. Ergo ceſſarent etiam in eo pœnę eiuſdem decreti:quia ceſſante cauſa ceſſat effectus: & ceſſante ratione legis, ſtatuti,

ac decreti, ceſſat diſpoſitio legis, ſtatuti, ac decreti l.adigete.§.quãuis.ff.de iur patr.l.q᷑ dictũ.ff.de pact.dñs And Tiraq.in tract.ceſſante cauſa ceſſat effectus in 1.part.nu.125.ver.legis cauſa & nu.255.verſi.ſtatuti ceſſante cauſa: Pariſi.conſi.98.Circa præſentem col.6.num.30.vol.1 & iſtud maxime procedit, ex quo decretum ipſum habet rationem expreſſam, qua dicitur huic morbo occurrẽtes, hoc eſt occurrentes ne matrimonia fiant clandeſtina, de quibus ſupra dixit, quòd ſancitum eſt, &c. vt in dictis matrimonijs requiratur licentia ac conſenſus præmiſſorum ſub pœna de qua in ipſo decreto ergo ceſſantibus rationibus, ex quibus matrimonia clandeſtina prohibentur, de quibus ſuperius dixi, debet ceſſare ipſa prohibitio, & ipſum decretum: & eius pœna dñs And Tiraq.in d.tract.ceſſante cauſa ceſſat effectus in 1.part.nu.248.verſ.Ideoq; ipſe in princ.ibi; habet rationem ſcriptam arg.d.§.quãuis maximè cũ ſimus in pœnalibus, & talis reſtrictio fieri poſſit ſalua ratione recti termonis & intellectus, cum ſatis ſit, quòd decretum nõ dicat expreſsè eius prohibitionem procedere in matrimonio etiam licito, & æquali: ergo non procedet decretum ipſum, & eius pœna in matrimonio licito & æquali, & de quo ſint teſtes, vel partiũ cõfeſſiones, ex quo in eo ceſſant rationes, ex quibus iura canonica prohibent matrimonia clandeſtina. dñs And.Tiraq.d.verſic.Ideoq; ipſe in fin.ibi; aut quærimus in pœnalibus & odioſis per tex.in l.2 & ibi not.Salic.& doct. C.de noxa.& ita in ſpecie conſuluit D.Hierony.Grat.licèt præmiſſa fundamenta per me adducta nõ alleget, vt patet in eius conſ.42.Viſis vol.1.vbi enim matrimonium eſt licitũ & ęquale, in eo non interuenit dolus, fraus, nec ſeductio alicuius ex partibus: ergo ceſſant rationes prohibitionis clandeſtinitatis matrimonij, & rationes quare requiratur conſenſus patris & ſimiliũ, Hoſt.Anch.& Pan.in dict.rub. de clandeſtini.deſpon.D.Cate Cot.lib.memor.verſi.ſtatuta Italiæ quæ diſponunt.Imò contrahendo matrimonium licitum, & æquale videntur geſſiſſe rem vtilem non ſolum pro ipſis contrahentibus, verum etiã pro ipſo patre, & matre, agnatis & cognatis. Ergo contrahentes tale matrimoniũ, & de eo participes, etiã abſque licentia, & cõſenſu præmiſſorum

miſſorum non tenentur ad pœnam dicti decreti.arg.not. per Rip in l 1.col.13.nu.57.verſ.ſecundus caſus.ibi,tanquā filia rem ſuam, & patris vtiliter geſſerit.ff.ſolut.matr.Pan. in conſ.12.Vt clarè col.2.vol. 1 & in c.1.de deſpon.impub. Et iſtud maximè procedit, ex quo decretum ipſum tempo ribus meis conditum fuit, ob vnum matrimonium inæquale clandeſtinè contractum in vrbe Mediolani,quod cauſam dedit vt ipſum decretum conderetur, vt audiui à viris fide dignis, & in exequutionem,& declarationem eiuſdem decreti, vidi ordinationem vnam excellentiſſimi Senatus Mediolani,factam ad relationem Magnifici Vicarii iuſtitię Mediolani, quā dicebatur, quòd audito ipſo Vicario, & re per ipſum Senatum intellecta, ſicuti puella nubilis dolo,ac fraude fuit ſeducta ad contrahendum matrimoniū, abſque licentia corū,de quibus in ipſo decreto.in quo ſenex iuuenem, & pauper diuitem in vxorem duxerat, quod idem excellentiſſimus Senatus condemnabat ipſum maritum,& illos qui in dicto matrimonio interuenerunt contumaces in amputationē capitis,& confiſcationē bonorum.Et ſic ex ipſa ratione inæqualitatis expreſſa in dicta ſententia Senatus,datur intelligi quòd decretum ipſum, & eius pœna nō procedit vbi matrimonium eſſe licitum, & æquale, licèt eſſet contractū abſque licentia corū de quibus in dicto de-
3 creto.arg.l.fi.C.de legib.& modicus † exceſſus non faceret dici matrimonium inæquale. Dec.conſ.163.In cauſa.ver. Nec obſt.quod Hipp glo.& doct.c.ſuper eo.el 2.de teſt.b. Et ita ego teneo eſſe verum de iure ad limitationem eiuſdem decreti, maximè ſtantibus not.per Grat.d.conſi.42. Viſis vol.1.& per Pan.in c.1.col.2.verſ.& hæc faciunt. ibi, & placet mihi opin Ioan.Andre.extr.de ſponſ.vbi alij doct. & per Dec.conſ.231.Viſo colum.2.nume.2.verſ.& ad confirmationem.,& per Curtium Seniorem conſi.27 Magnificus colum.2.nume.1.verſic.& ideo. Et vbi de iure præmiſſa forte non ſufficerent ad abſolutionem ne procedatur ad pœnam, prout credo ſufficere, ſufficient tamen ad ſupplicandum principi, & eum mouendum vt reſcribat quod in caſu dicti matrimonij non procedatur ad pœnam aliquam. Laudo tamen ſemper quòd matrimonia fiant

cum

cum licentia eorum de quibus in dicto decreto ad tollendas rixas,lites, ac diſpendia quæ poſſent ſequi de facto.

¶Et pro prædicta opin.mea , vt decretum ipſum Mediolani ſub rubr.de pœn.in.§ matrimonia matrimonium & eius pœna, locum non habeant quando matrimonium fuit æquale, & in caſu licito contractum,& non ſub incerto factum,etiam ꝙ in eo non interueniſſet licentia patris,& matris,agnatorum , & cognatorũ,de quibus ſit mentio in d.§. matrimonia. facit: quia decretum ipſum denotat requiri dolum malum in contrahendo dictum matrimonium , vel ſponſalia, ad hoc vt ſit locus pœnis eiuſdem decreti. Pri-
4 mò quia † dicit matrimonia clandeſtina eſſe non debent, & ſic prohibet & punit clandeſtinitatem , ex qua præſumitur, & probatur dolus.glo.Bald.& Doct in l.1.C.de interd. matri.& in l.qui contra.C.de inceſt.nupt.& dixi ſuprà in ampliationibus nu.6.verſ quarto ampliat.& nu.8.verſ.Sed clandeſtinitas facit.& nu.9.verſ.& clandeſtinitas operatur. ergo ſi non eſt dolus malus in contrahendo dicta matrimonia,vel ſponſalia,abſque licentia præmiſſorum,non erit locus pœnis , & diſpoſitioni eiuſdem decreti, etiam quòd lata culpa interueniſſet.Bar.l.1.§.non autem col.2.num.2. verſ.iuxta hoc quæro.ibi,quædam ſunt vocabula,quæ important dolum ff.ſi quis teſtament.liber eſſe iuſſus fuerit. Bar.& doct.l.quod Nerua ff.depoſit.Secundò quia decretum ipſum inquit huic morbo occurrentes quòd ſancitum eſt vt in ipſis matrimonijs, vel ſponſalijs requiratur licentia præmiſſorum : & vbi ſit mentio morbi,intelligendo de alio morbo quam de morbo corporis , & ſic intelligẽdo de morbo animæ prout intelligit ipſum decretum, tunc mor
5 bus ponitur † pro fraude, ſeu dolo malo , ſeu malitia, aut machinatione doloſa in anima conſiſtente. tex.in c.1.verſ. ſed hominũ ſuccreſcente malitia.& ver.proinde quia morbus iſte. de exceptio.in 6.& ibi not.Archid.& alij & in ca. legitima. verſ.tùm propter odium , tum propter fauorem. & ver.Volentes igitur morbo huiuſmodi , de appel.in 6.& ibi nota.Doct.Morbus enim animæ,ſeu in anima cõſiſtens eſt labes animam mortificans,& vſum eius faciens deteriorem : vt probatur in c.vnum orarium.§.aliàs ea domũ.25. dist.

diſt Ripa tract.de peſte, in prin nu.3.uerſi.morbus animæ. Et dicitur morbus, pro eo quia mortem cauſat, ſeu ex eo quia, quod inde naſcatur mors: ergo quando ponitur in lege, vel ſtatuto verbum, morbus, dicendo, quòd huic ſeu tali morbo vult occurrere, tunc ponitur morbus pro dolo, ſeu malitia, ac fraude animæ, quæ cauſat mortem aliquādo temporalem. & aliquando ſpiritualē: cum morbus dicatur, quia inde naſcatur mors. Arch.d.c.1. Galenus lib.de cognoſcendis curandiſq; animi morbis, Ficinus arg.in Platonis Protagoram, Alb.de Roſa.in dict.verb.morbus, ideſt malū ſiue peccatum, ſeu malitia, & verſic.morbus dicitur. Ripa d. tract.de peſte.in prin.nu.3.verſi.ſecundo quæro. Tertiò etiā quia decretum ipſum loquitur in perſonā, & non in rem, dum dicit, neminē operā dare debere, vt puellæ nubiles, &c. ſponſalia vel matrimonium tractent, vel de facto contrahant ſub pœnis, de quibus in d.§.matrimonia. Ergo ad hoc vt ſit locus pœnis, ac diſpoſitioni eiuſdē decreti in d.§.matrimonia requiritur dolus malus & non ſufficit lata culpa, ex quo decretū ipſum loquitur in perſonam, & nō in rem: dum dicit neminē operā dare debere, &c. Bar.d l.1.§.non autem col.2.nu.2.verſ.iuxta hoc quæro, & verſic.ideò putarem ff.ſi quis teſtam.lib eſſe iuſſus fuerit. Ioan.Pet.de Ferrariis in for.libel.Pro turbata poſſeſſione in gloſſ.verbo, Et in ea nititur num.2.verbo, pone q̄ ſtatuto. Bar.& docto. in l.ſed & ſi lege §.ſcire.ff de peti.hæredi.& in l.cum lex.ff. de fideiuſ.& in ca cum contingat de iureiur Ergo vbicunque ſponſalia, vel matrimonia clandeſtinè & abſque conſenſu patris & matris, agnatorum & contracta fuerint, ſi probetur quòd dolo malo contracta nō fuerint, puta quia probetur matrimonium eſſe æquale, & contractum in caſu, & gradu alias nō prohibito, vel alia cauſa probetur, quæ faciat ceſſare doli mali præſumptionē, ceſſabit in totum decretum ipſum ac eius pœna ex quo decretum intelligitur ſolum interueniente dolo malo. Grat.d.cōſ 42. Viſis col.2. verſic.præterea vol.1. qui dolus malus eſt machinatio ad decipiendum alterum l.1.§ dolum malum ff.de dolo puta, quando puella diues ſeducitur ad accipiendū maritū pauperem, vel ſenem: vel puella nobilis ſeducitur ad accipien-

dum maritum ignobilem, cuius diuitiæ magnæ ruſticitatem eius nõ obumbrent, nec abſcondant. Hoſt. Anch. Pan.
6 & alij in rubr. de clandeſt deſpon. † Et ubi matrimonium ſit æquale & in caſu alias non reprobato, ceſſat omnis doli præſumptio. & decretum, & eius pœna locum non habet. arg. c. ſuper eo. el 2. cum ibi not per glo. verſ. cum mater. in fin. & ibi Pan. Felin. & alij doct. de teſtib. & in ca. conſangui neos. 35. q 6. in quibus iuribus & locis dicitur q vbi matrimonium eſt æquale, q tunc ceſſat omnis doli ſuſpicio, & q pater & mater, & omnes cõſanguinei ſunt teſtes idonei ad probandum tale matrimonium. Et quòd ubi matrimoniũ eſt inæquale: quia alter eſt potentior, ſeu ſuperior diuitiis, nobilitate, potentia, vel honore, q tunc pater, ac mater non admittuntur ad probandum tale matrimoniũ, ex quo eſt
7 ſuſpitio doli. Et ſic † pp æqualitatẽ matrimonij receditur à reg iuris admittendo parẽtes in teſtes, qui aliàs repelluntur, ex quo nõ præſumitur dolus glo. & Doct. d. c. ſuper eo el 2. de teſtib. facit l. 1. C de pact. cum ibi nota. per Doc. & l non ſolum. §. de uno. ibi: quia par. ff de ritu nupt. Ancha. cõſ. 21.
8 ¶Hinc infertur † q quotieſcunque ducens puellam nubilem in matrimonũ abſque cõſenſu patris & matris, agnatorum & cognatorum requiſito ex forma d. decreti in d. §. Matrimonia. ignoraret probabiliter diſpoſitionẽ dicti decreti: puta, quia eſſet forenſis, & non de dominio Mediolani, ſeu eſſet de nouo factus habitator, ſeu nouus ſubditus dominij Mediolani, q tali forenſi pateretur, & non eſſet locus pœnis dicti decreti contra eum, ex quo non eſſet in dolo ſi non ſeruauit ſolennitatẽ dicti. §. Matrimonia. D. Fran. Cur. Sen. cõſ. 27. Magnificus nu. 18. uerſ. Reſtat ibi ſecundo præmitto. Rom. conſ. 228. Pro plena col. 7. num. 2. verſ. Primò quia, & conſi. 251. Clariſſime nu. 3. ver. ſolus. Dec. conſi. 19. Et pro tenui col. 2. ibi, licèt in delictis, vt pęna euitetur ignorãtia probabilis excuſet. Bart l. cunctos populos col 7. nume. 21. verſic. Secundò quæro. in fina. ibi, aut non eſt ita generaliter & ibi nota. Iaſon nu. 67. verſicu. ſecunda principali, & alij Doctor. C. de ſumma trinita. text. in l. fina. ff. decret. ab ord. faci. & in ca. vt animarum de conſtit. in 6. & in l. qui cum vno. §. fi. in fi. & in l. qui cum meatus. § fi. ver.
tironi.

9 tironi ff.de re milita. Non enim † eſt delictum de iure com muni contrahere matrimonium, abſque licentia patris & matris, agnatorum & cognatorum, prout requirit decretum, ergo talis forenſis, vel de nouo ſubditus, aut habitator dominij Mediolani excuſatur à pœnis dicti decreti, ex quo non fuit in dolo malo contrahendo matrimoniũ, vel ſponſalia abſque licentia præmiſſorum, ex quo iſtud de iure Canonico eſt licitum, quod attendi debet etiam in foro iuris ciuilis; & in terris Imperij, ex quo in materia matrimonij attenditur ſolum ius canonici cum, ſecundum quod non requiritur licentia præmiſſorũ. D. Hieron. Grat. d. conſi. 42. Viſis nu. 2. Ioan. Andr. in addit. Spec. in rubr. de ſponſ. Ant. de Butr. Panor. Felin. & alij in c. 1. de ſponſal. & eſt commu. opin Alex. conſi. 97. Principalis vol. 1. Deci. conſi. 231. Viſo
10 col. 2. nu. 2. verſi. & ad confirmationem. Fallit tñ † vbi talis Forenſis diu verſatus fuiſſet in dominio Mediolani, ſeu tantã morã traxiſſet ꝙ veriſimiliter debuiſſet ſcire ſtatutũ, aut decretum; quia tunc præſumitur ſciuiſſe diſpoſitionẽ dicti decreti. Iaſ. d. verſi. ſecunda principalis. ibi, præſumitur autem ſciuiſſe l. 2. verb. degit. vbi gloſſ. Bar. & Docto. C. vbi de crimi. agi oporteat. Bar. d. verſ. ſecundò quæro. Item forenſi ignoranti ſtatutum, aut decretum non parceretur vbi prohibitum à decreto, vel ſtatuto erat generaliter, ſeu communiter prohibitum per omnes alias ciuitates extra dominium Mediolani, & ita probaretur, vel vbi eius ignorantia eſſet ſupina ac craſſa. Bar. d. verſi. ſecundo quæro. vbi Iaſ. & alij. Nec parceretur eidem forenſi, nec militi reſpectu peccati, & pœnarum iuris canonici, de quibus in c. 1. vbi Abb. & in c fi. de clandeſt. deſpon. vbi inſpecto iure cõmuni, de quo per Abba. in d. c. fi. nu. 9. verſ. ſed aduerte, clandeſtinè contraxiſſet matrimonium. Rom. conſi. 566. In re præſenti. vbi dicit eſſe communem opin. per glo in l. 1. C. de int. mat.
11 ¶Infero etiam † ꝙ vir diues ducens in vxorem puellam minorem, & pauperem cauſa pietatis, ſiue eleemoſinæ, ſine voti abſque licentia patris & matris, agnatorum & cognatorum, requiſita ex forma eiuſdẽ decreti in d. §. matrimonia. ꝙ non tenetur ad aliquam pœnam eiuſdem decreti, nec ad aliquã aliam pœnã, imò talis vir eſt laudandus, & decretũ

ipſum non cenſetur loqui in matrimonio facto per virum diuitem cum puella paupere cauſa pietatis, ſiue eleemoſinæ, ſeu voti abſque conſenſu præmiſſorum, maximè, quia tunc morbus, aut dolus non dicitur interueniſſe. Rom. conſ 316. Circa. in fi nu. 7. verſ. poſtremò arg. l. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccleſ. & c. ſacrorum 12. quæſt. 1 1. & l. quamuis. ff. ſolut. mat. & ca. relatum. el 1. & ibi gloſſ. verſi. Decretorum, vbi alij Doct. de teſta. text. in cap. Eccleſia S Mariç, & ibi gl. Panor. & omnes de conſt. text. in l. non eo minus. vbi Iaſ. col. 1. nume. 3. verſic. tertiò vltra alios. C. de procura. Grat. d. conſi. 42. Viſis colum. 1. in fi. verſi. maximè vol 1.

12 ¶ Infertur etiam † q decretum ipſum, & eius pœna d. §. Matrimonia, locum non habeat in caſu, quo puella iuiſſet ſponte ſua ad domum viri, genibus flexis rogando q illam acciperet in coniugē, proteſtando q amplius ad domū patris nolebat redire, & potius velle mori, & fugā arripere, & vbi vir eā in vxorē non accepiſſet, puella turpia, & inhoneſta veriſimiliter perpetraſſet: nā cum talis actus non ſit de genere prohibitionē inſpecto iure cōi, & ſit caſus de rarò contingens, & reſpiciat pietatē, non videtur talis caſus prohibitus ab ipſo decreto, & ſtatuto, & in eo locū non habet decretū ipſum, & eius pœna: vt in ſpecie dixit. Grat. d. conſi. 42. Viſis nu. 8. verſ. tertiò dato, & num 9. ver. nec poteſt & nu. 10 ver. nam rariſſimè & verſ. & maximè vol. 1. arg. l nam ad ea. ff. de leg. & arg. d c. rela. & d. l. ſancimus & arg. no. per Roma. in d. conſ 316. Circa nume 7. verſic. poſtremò.

13 ¶ Limita etiam decretum † ipſum non procedere in caſu quo matrimoniū, ſeu ſponſalia contracta cū puella minore annorum decemocto, vel cū filiofamilias minore annorū viginti, abſque licentia requiſita ex forma d. decreti in d. §. matrimonia, eſſent vtilia ipſis puellis, ſeu filiisfamilias: nam tunc decretū ipſum, & eius pœna locū non haberent, cum dolus: tunc non interuenerit: puta, ſi vir diues accepiſſet in vxorē puellā pauperē ob eius pulchritudinē, vel amorem, vel mulier diues accepiſſet in maritum filiumfa. pauperem abſq; licētia, ſeu cōſenſu eorū, de quib. in d. §. matrimonia. Iaſ. d l. non eo minus per illū tex. col. 1. nu. 2. ver. tertiò vltra alios. C. de procur. text. in l. neq. C. de contra. & cōmit. ſtip.

& ibi

& ibi not. Bald.& Doc.& idē Bal.in l.iuris ciuil.in fi.pri.ff. de pa. Iaſ.l.Barbar.nu.6.ff.de offi.præ.Ang.Imo.& Mod.in l.multum.ff.de acq.poſſ.Et ita ſtatuentes veriſimiliter reſpondiſſent ſi de hoc fuiſſent interrogati:ergo habetur hoc pro ſtatuto l.tale pactum.§.fin.vbi gloſſ.& Iaſ.ff.de pact.

14 ¶ Limitatur † etiam decretum ipſum, & eius pœna in d.§. matrimonia. vt non procedat quotieſcunq; puella nubilis ex aſpectu cōmuniter apparuiſſet maior annorum 18.nam tunc ſi cum ea fiat matrimonium abſque licentia patris & matris, agnatorum & cognatorū requiſita ex forma eiuſdem decreti ceſſabit diſpoſitio dicti decreti, & eius pœna, ex quo ignorantia minoris ætatis annorū 18.dictæ de qua loquitur ipſum decretū,vt cum ea non fiat matrimonium abſque licentia præmiſſorū,eſſet multū probabilis,& iuſta, & excuſaret à pœnis dicti decreti, etiam q aliter non inueſtigaſſet de veritate. Dec.l.qui cum alio num 4.verſ.ſecunda reg.& ibi Cag.nume.15.verſ.ex prædictis.ff de regu.iur. Alex.conſi.60.Conſideratis col.1.verſ.oportet vol.5.Paul. de Caſt.conſi.199.Licēt iſta ſit quæſt.vol.1.Dec.conſ.427. Viſo col.2.in fi nu.6.verſ.& nō obſtat.error enim cōmunis excuſat.glo.d.l.qui cum alio.vbi glo.ver.eius. ibi, item op. & ibi,not.Cag.& alij l.ſi quis patremfami.ff.ad Macedon.l.

15 Barbar.ff.de offi.præ.Pœna etiā † eiuſdē decreti prohibentis fieri matrimoniū cum puella minore annorum 18.quæ vidua non ſit, locum non haberet quotieſcunq; illa puella incediſſet in habitu viduali, & tanquam Vidua incedebat, loquebatur, & ſic publicè ſe gerebat d.l.ſi quis patrefamilias.ff.ad Maced.Cag.d.verſi.ex prædic.text.in l.item apud Labeon.§ ſi quis virgines.&.§.interdum iniuria.ff.de iniur.

16 ¶ Non eſſet etiā † locus pœnę eiuſdē decreti prohibētis fieri matrimoniū,vel ſponſalia, cum puella minore annorū 18. vel cū filiofamilias minore annorū 20.abſque licentia eorū de quib in ipſo decreto,quotieſcunq; ipſa puella minor,vel filiusfamilias minor fuiſſent in dolo per ſe, vel alios adhibendo deceptiuā perſuaſionē:puta,dicendo ſe maiores, vel dicendo ſe habere licentiā ab illis,à quibus requiri debet ex forma dicti decreti,vel alium dolum,ſeu deceptiuā perſuaſionē adhibēdo vbi nō fuerit vana ſimplicitate mulier, aut

maritus deceptus, tunc enim non tenetur. Alex. d. conſ. 60. Cõſideratis col. 1. verſ. vel q̃ dictus Titius vol. 5. Dec. cõſ. 19. Et pro tenui. A quę. l. cum quædã puella. vbi alij Mod. ff. de iur. omniũ iud. Cag. d. l. qui cum alio. nu. 16. ver. ſecundò li mita. ff. de reg. iur. l. fœmininis. C. ad Velle. l. 1. C. ad Maced.

17 ¶ Pœnis etiam † eiuſdem decreti locus non eſſet contra mu lierem ducentem filiumfamilias minorem annorum vigin ti abſque conſenſu patris, requiſito ex forma eiuſdem de creti, quotieſcunque ille filiusfamilias credebatur à mulie re paterfamilias: quia tanquã paterfamilias agebat, contra hebat, & muneribus publicè fungebatur l. ſi quis patremfa milias. ff. ad Maced. gl. d. l. qui cum alio ver. eius. & ibi Cag. numer. 15. verſ. ex prædictis. ff. de reg. iur. l. 1. C. ad Maced.

18 ¶ Decretũ etiam † ipſum prohibens mulierẽ ducere in mari tum filiumfa. minorẽ anno. 20. abſque cõſenſu patris, locũ nõ haberet in virgine quæ vir ipotẽte ducẽte in maritũ filiũ familias abſque patris cõſenſu, ex quo decretũ ipſum loqui tur contra mulierẽ: ergo nõ procedet cõtra virginẽ, ex quo mulier propriè & ſtrictè loquẽdo ſolũ eſt illa, quę corrupta fuit l. alioquin. ff. de contr. emp. l. de pupillo. §. & generali ter. ff. de op. no. nun. l. quæritur. §. mulierẽ. ff. de ed. l. ed. l. ex empto. §. ſi quis virginẽ. ff. de act. empt. c. nec aliquã 27. q. 1. Albe. de Roſa. in dictio. verſ. mulier propriè. eſt q̃ corrupta eſt glo. l. ſeruis legat. §. mulieribus. ff. de lega. 3. & in l. argu mento. §. muliebri. ff. de aur. & arg. leg. l. ſi collactaneus. ff. de man. vin. Vnde cũ Cic. iã ſenex duxiſſet in. vxor. virginẽ. Et idẽ diceretur per iocum, duxiſti virginem. Reſpondebat Cicero, cras reddam mulierẽ. Et licèt largè loquendo mulie ris appellatione veniãt omnes quæ ſunt in ſexu fœminino, ſiue virgines, ſiue corruptæ ſint, etiã infantes, puellæ ac mu lieres oẽs d. §. muliebri. & d. § mulieribus. Barto d. l ſeruis. in fi. ff. de lega 3. Et mulieris appellatione propriè & largè loquẽdo etiã virgo cõtinetur: iuxta verbũ Domini: Mulier ecce filius tuus. text. in l. Mulieris. & ibi gloſſ. & Alciat ff. de verb. ſignifi. & mulieribus legatis etiam virgines continen tur d. §. mulieribus. Tamen ex quo ſumus in pœnalibus, & decretũ ipſum eſt contra ius cõmune maximè Canonicũ, q̃d etiã in terris Imperij debet ſeruari, debet decretũ ipſum

ſtrictè

ſtrictè interpretari,vt minus lædat ius commune,quàm ſit poſſibile; vt in ſpecie dixit D.Hiero.Grat.d.conſi 42.Viſis nu.9.verſ.Nec poteſt. & nu.17.vol.1.l.2.vbi tex.& Doct.C. de noxal acti.Et ſic dum loquitur contra mulierem debet ſtrictè intelligi de corrupta, non autem de virgine etiã viri potente, ex quo illa ſtrictè loquendo non dicitur mulier, ſtrictè enim loquendo mulier dicitur tantum illa quæ corrupta fuit non aũt virgo glo.d.§.mulieribus.& d.§.muliebri.Alb.de Roſ.d.ver.Mulier propriè eſt, quæ corrupta eſt. text.& glo.in d.l.alioquin & in d.l.ſi collactaneus. Nam &
19 iura † in matrimonijs contrahendis plus fauent virginibus et viripotentibus,quam mulieribus corruptis,ſeu aliàs nuptis:cùm ſi legetur virgini cum conditione, vt non nubat,virgo habere debeat legatum, & poterit impunè nubere: ſi verò legetur viduæ cum conditione vt nõ tranſeat ad aliàs nuptias, vidua non poſſit nubere ſi vult habere legatum:& ſi nubat cadit à legato.& eſt com.opi.gloſ.Bar.Iaſ.& alij authen.cui relictũ.C.de ind.vid.tol.facit.l.res.ve.ſ.quia pudicitiæ præmio ceſſit.vbi Bald.& Salic. C.de donat.inter vir.& vxo.Nam virginitas inæſtimabilis res eſt, maxima habens priuilegia.tex.glo.Feli.& alij in c.pen.de prob.De muliere tñ nupta,quæ virum non cognouit,idem iudicandum eſt, ꝙ de uirgine.Iaſ.d.auth.cui relictum col.1.Et in omnẽ caſum mulieris appellatione nõ ueniet in caſu dicti decreti uirgo, quæ non eſſet uiripotens.Alci d.l.mulieris d.§.&
20 generaliter. Puella et corrupta,† quæ attenta eius ætate minori non poſſet dici mulier ſecundum cõmunem uſum loquendi,non ſubiacebit pœnis dicti decreti etiam ꝙ abſque conſenſu patris, filiumfamil.minorem duceret in maritum.d.§.& generaliter. Grat.d. conſi.42.Viſis nu.17.uerſi. quartò probatur. argumento l.ſi idem.C.de codicillis.
21 ¶Scias † quòd licet decretũ Mediolani & aliud ſtatutũ, ſeu lex,aut teſtamentũ,uel matrimoniũ uel ſponſalia contrahi cum licentia patris & matris, ſeu agnatorum & cognatorum,ſeu aliorum, quòd ſi matrimonia, uel ſponſalia fiant abſque licentia præmiſſorũ,ꝙ ipſa matrimonia & ſponſalia etiam clandeſtina,quòd ualent, dummodò nõ ſint contracta in gradu uel caſu aliàs prohibito,etiam ꝙ in eis licentia

præmiſſorum,& alia ſolennitas ſtatutorum, & publicationis edictorum non interueniſſet,& etiam ſi in faciem Eccleſiæ facta non fuiſſent. text.gloſſ Innoc.Anto de Butr.& Panor.& alij in c.2 de clandeſt.deſp.Doct.in ca.Eccleſia S. Mariæ de conſti.Dec.conſi.231.Viſo.& conſi.163.In cauſa col.5.verſic.tertiò obiicitur ca.illud 30.q.5.Et ad proban-
22 dum † ſponſalia, vel talia matrimonia clandeſtina, erunt teſtes idonei illi, qui in eo interuenerunt, & fuerunt participes.Dec.d.verſ.tertiò obiicitur.

23 ¶Verba autē eiuſdem † decreti Mediolani, quibus cauetur neminem dare operam debere, vt puellæ nubiles minoris ætatis annorū 28.ſponſalia,vel matrimonia tractent,vel de facto contrahant ſine licentia patris,& matris vbi tū mater ad ſecunda vota non tranſiuerit, & in ſubſidium duorum ex proximioribus agnatis,&c.non debent intelligi copulatiuè,vt requiratur licentia copulatiuà, & ſic ſimul patris,& matris,ſed debent intelligi ordine ſucceſſiuò,hoc eſt,vt non requiratur licentia ſimul patris,& matris, ſed q̄ ſufficiat ſola licentia patris abſque licentia matris,& agnatorū,vbi pater viuit,& q̄ vbi pater ſit mortuus, q̄ ſufficiat ſola licentia matris abſque licentia agnatorū,& cognatorū, & hoc quia vbicunq; copula, Et ponitur inter perſonas inter quas cadit ordo charitatis,& affectionis,& neceſſitatis præciſè, vel cauſatiuè,vni prius,& alteri poſterius,tunc copula non fungitur officio naturæ ſuæ,ideſt copulat ipſas perſonas æqualiter,ſed ordine ſucceſſiuo: vnde ſi inſtituo filios meos, & nepotes omnes ex eis mihi natos,talis copula,& inſtitutio, intelligetur nō copulatiuè,vt filij,ac nepotes eodē tempore ſint hæredes, ſed intelligetur ordine ſucceſſiuo, vt primò filij ſint hæredes,& eis mortuis, & non ante nepotes ex eis
24 etiā ſint hæredes.Ergo † & illa verba decreti,licentia patris, & matris,intelligentur nō copulatiuè, ſed ordine ſucceſſiuo,vt ſola patris licentia ſufficiat dum viuit, & eo defuncto ſola matris licentia ſufficiat abſque licentia patris iam defuncti,& abſque licentia agnatorū,& cognatorū,ex quo ipſa copula, Et ponitur inter perſonas,inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis, & neceſſitatis, patri prius,deinde matri,vbi non ſit pater, defertur onus matrimonio collocandi

candi filiã.& eſt com.opi gl.in l.Gall.§.quidã recte, vbi gl. verſ nõ exprimat.ibi.quid aũt ſi filiũ.& ibi Bar.col.1.nu.4. verſ.quærit glo.vbi etiam Rain.Alber.Bal Nic.de Neapol. Ang.Raph.Com.Alex.Pau.de Caſtr.& hæc eſt cõmunis, vt dicit ibidẽ Iaſ.col.2.nu.12.verſ ſecundo corolario,& col.4. nu.20.verſ.teneas. Et Lancel.Galiaula.col,3.nume.12.verſ. in ſecunda.& D.Ant.Rub.& alij.ff.de libe.& poſth.& iſtam eſſe com.opin.dicit Rip.in c.ex parte.el 1 nu.54.verſ.tertiũ ſignum.de reſcri.& Soc.conſi.49.Capio.col.1.verſ hæc ſententiá vol.1.Bal.l.1.col.3.per illum tex.ver.gradibus ſeruatis.& ibi Dec.& alij.C.de ſecund.nupt.facit text.in c.1.Epiſcopum,vel Abbatem.& in l.fi.C.de verb.ſigni.l.peto.§.fratre.ff.de legat.2.in c.1.§ filia verò . de ſuc.feu.& in l.1.C.de
25 priuil.corũ, qui in ſac.pal.li.12.Nam & † ſi pater promiſerit ſoluere mille pro dote filiæ de bonis paternis, & maternis,tunc copula nõ diuidit pro rata,ſed intelligitur primò, ꝙ ſoluantur ipſa mille in totum de bonis paternis,& vbi ea non ſufficeret de bonis maternis in ſubſidium.text.gl.Bar. & Doct.in l.fi.C.de dot.promiſ.Iaſ.d.§.quidã rectè nu.40. in fi.ibi.Item ad materiã adde. Et eſt ratio,quia illa copula ſine licẽtiá patris,& matris,& copula,paternis,& maternis, cadit inter perſonas, & ſeu inter nomina patris, & matris. Et adiectiua paternis, & maternis,denotãnt ꝑſonas,inter quas cadit ordo charitatis, & neceſſitatis , ex quo pater tenetur prius dotare filiã,ſiue fi ia ſit diues,ſiue pauper,& illã matrimonio collocare antequã teneatur mater,ex quo mater nõ tenetur niſi in ſubſidiũ, vbi pater ſit inops,& filia ẽt inops,& ſeu vbi pater non adeſſet glo.& Doc.in l mater.C. de iur dot.& gl.& Doct.in l.fi.C.de dot.promiſ.Bal Nouel. tract.de dot.in 6.par.quæ incipit . nunc deueniendũ eſt ad ſextã partẽ col.6.ver.tertium priuilegium.ibi,in matre aũt. Iaſ d §.quidã rectè in d.verſ.item ad materiã adde. Confirmatur etiã iſta opinio, vt verba illa decreti ſine licentia patris,& matris matrimoniu,vel ſponſalia nõ fiant,intelligantur nõ copulatiuè,ſed ordine ſucceſſiuo:ita, ꝙ ſola licentia patris ſufficiat dum viuit,& eo mortuo ſola matris licentia etiã ſufficiat,abſque licentia agnatorũ,& cognatorũ & etiã abſque patris premortui licẽtia;quia decretũ ipſum,inquit,
neminem

neminē operam dare debere, vt puellæ nubiles minoris ęta tis annorum decē octo,&c. Sponſalia, vel matrimoniū tractent, vel de facto contrahent ſine licentia patris,& matris, vbi tñ mater ad ſecunda vota nō tranſiuerit. Ergo verba ipſa, ſine licētia patris & matris, nō intelliguntur copulatiuè: ſed ordine ſucceſſiuo, vt viuēte patre, ſola patris licētia ſuſſiciat abſque matris licētia,& mortuo patre ſola matris licentia ſufficiat in contrahendo matrimonia, vel ſponſalia cum ipſis puellis, abſq; licentia patris præmortui,& abſq; licētia agnatorū & cognatorū, ex quo per illā exceptionē decreti vbi tñ mater ad ſecunda vota non trāſiuerit, datur intelligi,
26 ꝙ decretum † loquitur de licentia etiam matris viduę poſt mortē patris: quia eo viuente non poſſet tranſire ad ſecunda vota: ergo mortuo patre ſola matris viduæ licentia ſufficeret in contrahēdo matrimoniū, vel ſponſalia cū ipſis puellis abſq; licētia patris præmortui, & abſq; licētia agnatorū, & cognatorum arg. not. per Bar. in d l. Gallus. §. quidam recte col. pen. nu. 7. verſic. quæro quid ſi teſtator dicat, ſubſtituo talem, & ibidem per Iaſ. nu. 29. verſi. Quintò & vltimò ampliа. & nu. 38 ver. Itē quærit. ff. de lib. & poſthu. quē Bar. in dicto loco ſequuntur communiter Doctor. vt ſentit Do. Anto. Rube. præceptor meus in d. §. quidam rectè col 42. verſi. quarta ſit concluſio. Nam exceptio declarat regulam l. nam quod liquidè. § fi. ff. de pen. leg. Et cum mater vidua poſſit ſola dare ipſam licentiam, illam etiam dare poterit mater ſola viuente marito ſuo inutili, patre puellæ: puta ſimplici, aut abſente,& vagabundo, ſeu damnato ad carceres perpetuos, ſeu bannito, quia mulier talem maritū inutilem habens habet priuilegia viduarum glo. ver. orbitates, vbi Bald. in l. fin. C. de plagia. Fel. c. ſignificantibus col. pen. de offi. deleg. Cott. memor. ver. vidua.

27 ¶Imò † quod notandum eſt dico quòd verba ipſa eiuſdem decreti Mediolani dicentis, neminem operam dare debere, vt puellæ nubiles minoris ætatis annorū. 18. Spōſalia, vel matrimonium tractent, vel de facto contrahant ſine licentia patris,& matris, ſub pœna, de qua in ipſo decreto, quòd intelligi debent, ꝙ ad commiſſionem pœnarum decreti, requiratur, ꝙ matrimonium vel ſponſalitium eſſet

factum

factum cũ ipſis puellis copulatiuè & negatiuè. hoc eſt ſine licentia patris & matris: ergo ſi fiat de licentia patris, etiam matre negante, vel de ſola licentia matris etiã patre viuente negante, nõ erit locus pœnis eiuſdẽ decreti occaſione dicti matrimonij, vel ſponſalitij contracti cum ipſis puellis nubilibus, non viduis, minoribus annorum 18. de quibus loquitur decretum ipſum, vt cum eis nõ fiat matrimoniũ, vel ſponſalitium abſque licentia patris & matris ſub pœna. Et ita in ſpecie dixit Petr. de Ancha: conſi. 21. Pro ſolutione dubiorum col. 3. nu. 8. ver. Secundò pondera. Ad veritatem

28 † enim copulæ negatiuæ ſine licentia patris & matris, requiritur, quòd neutrum fiat, hoc eſt, quòd non ſit licentia patris nec matris, & ſi adſit ſola licentia patris, vel matris, non verificatur copula negatiua, & pœna decreti locũ non habet. Anch. d. verſ. Secundò pondera & dixi ſuprà nu. 308. verſi. & dato in fi. tex. in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem in 2. reſpon. & ibi Doct. ff. de verb. obli. Rip. ca. ex parte el 1. nu. 39. ver. Ad veritatem de reſcr. Sic & ciuitas non dicitur carere populo Chriſtiano & clero, ſi habet vnum ex eis, & aliquis non dicitur carere pane, & vino, nec dicitur carere auro & argento, nec dicitur carere ſcientia, moribus & ætate, vbi habet vnum ex eis, licèt aliud non haberet, & diſpoſitio, vel ſtatutum loquens in carentibus præmiſſis, locum non haberet in habente vnum ex eis, licèt alia non haberet glo. clem. in pleriſque. vbi glo. verſ. & populo & ibi D. Fran. Zabel. Card. col. 2. nu. 5. verſic. quæro quia dicit & ibi Imol. de electio. facit tex. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem, ff. de verb. oblig. in 2. reſponſo. Bal. ca. 1. col. 1. nu. 4. verſi. pone de duobus fratri à capit. inueſti. Sic & ſtante ſtatuto, quòd ſi quis tempore mortis caruerit filio & filia ſuccedat frater, non poterit frater ſuccedere vbi adſit filia, licèt non ſit filius, ex quo non dicitur carere filio, & filia, qui habet tantũ vnum ex eis. Bal. d. verſ. pone. Spec. d. ſi is qui ducenta §. cum ita col. fi. in fi. ff. de reb. dub. Et hoc maximè procedit in legib. & ſtatutis, ac decretis pœnalibus, in quibus requiritur, ad hoc vt quis poſſit puniri, ꝙ omnia copulata affirmatiuè, concurrãt affirmatiuè, & omnia copulata negatiuè, concurrãt negatiuè, alioquin pœna locum nõ habebit ſi vnum

tantum erit.Rip.d.uerſic.ad ueritatem tex.in d.l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem.ibi, idem in contrarium dare ſpondes.ff.de uerb.obli.facit l.non eſt ſine liberis & ibi tex.gloſ. & Alciat.ff.de uerb.ſignifi.ubi dicitur, ꝙ fideicommiſſum, uel conditio,factū, ſeu facta caſu quo aliquis decederet ſine liberis,uel ſine filiis,quòd non procedit,nec uerificatur, & ſubſtitutus non admittitur ubi deceſſerit relicto uno filio, uel filia, quia tunc non dicitur deceſſiſſe ſine liberis. Ergo ſponſalia, & matrimonia dici non poterunt cōtracta ſine licentia patris, & matris, nec ſine conſenſu parentum, ubi licentia aut conſenſu unius ex ipſis tantum interuenerit,etiā altero inuito, uel ignorante: ſic tunc pœna decreti locum non habebit.Anch d.conſ.21.Corn.conſi.191.Dato uol.2.gloſſ.com.probata d.cle.in pleriſque uerſ.& populo. teſte Soci.in l.ſi is qui ducenta.§.cum ita col.pen.uer.Tertiā concluſio.ibi,ex quibus.ff.de reb.dub.dictio enim, ſine,
29 † & dictio,abſque licentia talium, requirit carentiam omnium:alioquin licentia unius ſoli facit ceſſare decreti pœnam.Bal.l.1.col.2.uerſi.hoc etiam facit.C.de condi.inſert.
30 Et parentibus ambobus mortuis, † dici poſſet eiſdē rationibus, ſi in ipſis matrimoniis, uel ſponſaliis eſſet licentia unius agnati tantum,altero agnato inuito, uel ignorante, uel unius cognati tantum etiam altero cognato ignorante vel inuito, quòd non poſſent dici contracta ſine voluntate duorum agnatorum, nec cognatorum prout loquitur decretum, ex quo vnus tantum dedit licentiam: ergo pœna decreti non procederet. Anchar.d.conſ.21.Corn.d. conſi.191.gloſ.d.cle in pleriſque & d.l.ſi quis ita.Reſpectu tamen agnatorum,& cognatorum, teneo ex mente decreti requiri licentiam duorum, ita quòd vnius licentia tantum non ſufficiat, vbi alter ex eis adſit:quia decretum dicit ſine licentia duorum ex proximioribus agnatis &c.& non dicit unius l.ubi numerus.ff.de teſtib Soci.d.§ cum ita col.2. uerſic.& poteſt eſſe ratio, maximè cum in procœmio dicat, matrimonia facienda cum interuentu affinium, & dum imponit pœnam vbi fiant ſine licentia duorum ex agnatis, uel ex cognatis puellarum, qui ſunt affines mariti, datur intelligi,quòd duorum agnatorum,vel cognatorum,ſi adſint,

ſint,licentia requiritur, alias pœna locum haberet,etiam ꝙ vnus agnatus,uel cognatus tantum licentiam daret,etiam, quòd illa uerba, cum interuentu affinium non obligarēt. arg.d.§.cum ita ubi tex.Bar.& Soc.maximè quia ſi ex agnatis,aut cognatis vnus tantum interueniret alio non requiſito, non euitaretur clandeſtinitas, cui decretum obuiare
31 intendit.tot.titu.de cland.deſpon.Verba procemij † decreti matrimonia cum interuentu parentum, & affinium vtriuſq; partis facienda,non obligant,quia dictio,facienda eſt participium, poſitum abſque uerbo ſunt & participia ubi ponuntur ſine uerbo, non inducunt neceſſitatem: ut patet ex rub.ff.de acq.hære.& ff.& C.de hære.inſtit.& C.de neceſſer.hær.inſti.Purp.in rub.C.de eden.colum.2.uerſ.2.
32 limitat.procemia † enim reſtringuntur ex deciſ.Soci.con-
33 ſi.122.Præſtātiſſime uol.1.Bal.c.1.de pac.tenen. † Si eſſent legitimæ coniecturæ, uel indicia probabilia matrem uelle filiam nubere indigno,uel quod mater eſſet inhoneſta,uel luxurioſa deberet à ſuperiore, uel prætore puella re poni in monaſterium monialium, aut in alio loco honeſto ad finem,ut filia viro digno nuberet,etiam,ꝙ pater reliquiſſet cuiam matrimonio collocandi filiam ipſi matri.argu.l.ſi hominem.ff.mand.& l.1.& 2.C.ubi pup.educ.deb.& l.mulier & l.in confirmando & l.utilitatem.ff de confir.tut & not per Iaſ.in l.1.§.fuit quæſitum.nume.6.uerſic.ſecundò adde.ff.ad Trebel.Bal l.uiduæ vbi text.in fin.C de nupt.Et
34 ubi agnati † aut cognati,uel alij tutores, & curarores puellæ uiderent indicia, ſeu coniecturas probabiles, quòd mater uellet matrimonio collocare filiam alicui indigno, & ipſi agnati,aut cognati, uel alij tutores & curatores, etiam quod eorum tutela eſſet nulla, & quòd plus eſt declarata nulla,& à tali declaratione penderet cauſa nullitatis, & appellationis, ad effectum fugiendi,ne mater collocaret matrimonio filiam alicui indigno, eripuiſſent puellam de manibus matris, & eam in loco honeſto & non ſuſpecto collocaſſent, etiam eorum propria authoritate, & etiam matre ſolis uerbis contradicente, non tenerentur præmiſſi agnati & cognati ſeu tutores & curatores ad pœnam iuris communis.C.de raptu uirginum, nec ad pœnam decreti

de raptu mulierũ, nec ad pœnam legis Iuliæ de vi publica, nec priuata, ex quo iuſta de cauſa morti cenſentur iſtud feciſſet, maximè vbi periculũ fuiſſet in mora. Et ita in ſpecie conſuluit Aymo.Crau.conſi.18.Andr.nu.6.cum ſequent. cum & maritus impunè poſſit vxorẽ fugitiuam propria authoritate apprehendere, & creditor poſſit debitorẽ fugitiuũ propria authoritate & impunè etiã apprehẽdere. Iaſ.& Doctor.§.1.institu.de act.cum quælibet cauſa excuſet à pœnis talis violentiæ.Cra.d.cõſ.18.And.nu.7.ver.quartò,poſito. Dec.conſil.565.Clariſſima.col.fin.in fi.Cæp.conſi.4.Viſa. Imol.conſi.16.Viſo.Soci.conſi.131.In præſenti col.4.verſ. amplius etiam ex quo hæredes vol.1.facit l.verũ.ff.de fuit. Nã quælibet cauſa ſaltẽ colorata etiã ſi eſſet iniuſta excuſat à multa, & à pœna.Iaſ.cõſ.46.Pro fiſco.col.4.verſi.Quintò prædicta vol.3.gloſſ.magn.verſi.quòd intereſt.in fin.& ibi Doct.in l.1.§ fin.ff.ſi quis iuſdicẽti non obtemperauerit,& gloſſ.in l.ex conſenſu.§.fin.ff.de appell.& in l.ſatis.ff.de in ius voc.Bal.l.debet.C.de fideic.liber.Et hoc maximè procedit in dominio Mediolani, in quo eſt decretum ſub rubr.in quib.caſib.criminaliter procedi non poteſt quo cauetur, quod in caſibus quib.res habet originẽ à cõtractu,nõ poſſit procedi criminaliter maximè ſtantib.aliis per me adductis ſup. in verb.vnde ex prẽmiſſis not.text.in l.1.§.fin.ff.de abigeis.

¶Et licèt decretũ ipſum Mediolani ſub rub.in quibus caſibus,&c.dicat non poſſe procedi criminaliter, vbi res habet originẽ à contractu,deinde excipiat decẽdo,Hęc tñ ſanctio non cõprehendit caſum,vbi vis interuenit,nec etiã vbi cõtractus doloſè initus reperiatur:tñ non comprehendent ipſa exceptio decreti loquẽtis ne vi,caſum de quo ſupra,quia

85 exceptio vis † ſeu violentiæ, de qua in ipſo decreto intelligitur de vi doloſa,ſeu de violentia doloſa; non autem de vi,ſeu violentia, quæ probaretur per accuſatum,denuntiatum vel inquiſitum fuiſſe ſine dolo:quia cũm vna exceptio eiuſdem decreti ſit de contractu doloſo,cretẽ alia exceptio decreti,quæ loquitur de vi,intelligitur de vi doloſa,& non de ui abſq; dolo, ſicut una pars alternatiuæ ſecundũ aliam intelligitur,& reſtringitur,& alternatiua; cadit inter diuerſa æqualia,vel parũ diſtãtia.tex.Bar.& Soc.l.1.ff.de reb.pub.

Soc.

Soc.conſ.13.Poſt uol.3 Ripa c.inter cæteras num.34.& 35. de reſcrip.Dec.l.ſi fugitiui col.3.num.35.C.de ſeru fugit.l. ſi ſeruus plurium ff.de leg.1.Item intelligitur ipſa exceptio de ui doloſa cum armis,aut lapidibus, uel baculis,ſeu eorum terrore,non autē vbi ſimpliciter uerbo fiat contradictio. arg l.1.§.fin.ibi,non uerbotenus.ff.quod quiſque iuris & l. uani.ff.de reg.iur.Nā l.extat.ff.quod met.cauſ intelligitur ubi actus in aliū fuit illatus. Bar.l.1.nu.3.uer.pro cuius.ff. de tutel.Dec.l.quo tutela §.ui factū.ff.de regu.iur.Nam de iure cōi uis non doloſa, & colorata excuſatur l.ut uim.ff. de iuſt.& iur.Dec.d.conſ.565.Clariſſima col fi.in fi.Crau. d.conſ.18.Andreas & pro hoc facit glo.in l.1.§.ne quid autem per uim ubi gl.uerb conſtitutionibus.ibi.quando uis eſt facta cum armis, uel ſine armis dolo malo.ff.de vi & vi arm.ergo ipſa exceptio decreti loquētis de ui debet intelligi de ui doloſa arg glo.in l.ſciendum vbi gl.uerb.nō compelli.ff.qui ſatiſda.cog.tex gl.& doct.in l.2.C.de noxal.act.

36 § Agnati autem, † ſeu cognati propinquiores,ſeu alij,quorum licentia ſeu cōſenſus, ex forma dicti decreti ſeu ſtatuti in matrimoniis ſeu contractibus puellarum ſeu mulierū, aut minorū deberet interuenire, ſi eſſent ſuſpecti, pro eo, quia eorum utilitatē quærerent,& utilitatē puellarum ſiue mulierū, aut minorum nō quærerent ſeu alia de cauſa eſſent ſuſpecti, deberent remoueri,& alij eorū loco per iudicē,ſeu per ſuperiorē adhiberi,quia ſtatuta,& decreta intelligi debēt de non ſuſpectis.Iaſ l.1 §.fuit quæſitū nu.6.uerſ. ſecundo adde.ff ad Treb.text.in l.uiduæ in fin.ubi Bal.& doct.C.de nuptiis facit l.ut gradatim.ff.de mun.& hono.

37 Et ꝙ † plus eſt dico ꝙ ſi pater aut mater,agnati uel cognati,aut alij,quorum licentia aut conſenſus ex forma decreti aut ſtatuti ſeu teſtamenti deberet in matrimoniis vel ſponſalibus,aut contractibus mulierū adhiberi, nolent conſentire ſine iuſta cauſa matrimonio, ſeu contractibus utilibus, ſeu conditionē nubendi non quærerent, aut eſſent diſcordes,ꝙ poſſet adiri ſuperior, ſeu iudex qui eos cogere cauſa cognita debebit ad conſentiendū præmiſſis, & quærendū conditionē nubendi,uel ſupplebit pro eis conſentiendo.& dando licentiam in præmiſſis. Corſet.ſing.uerb.conſenſus

ſtatuto

ſtatuto cauetur ca nullus ibi tex Abb.& Doc.de iur.patro. Abb.c.relatum de cleri.non reſid.& in c.1.de rer.permuta, & in c auaritiæ,ad fi.de præb.& in ca.quod Dei timorem, de ſtat.monac.& eſt de mente Bar.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolut.matr.& in l.fi.C.de bonis quæ libe ris, & in l.tranſactione.C.de tranſac.in l.turpia.§.1.ff.de lega.1.facit l.ſi infanti vbi Iaſ.& doc.C.de iur.delibe.& idē voluit Iaſ.in l.1.col 7 nume.20.ver.confirmo.C.qui admit. vbi dicit,quòd iſtud omnes tenent, Alex.& doct.d.§.eo autem tempore. Abb.c.nullus de præſump.Sal.& doct.l.dudum.C.de contrah empt.Fel.c.cum acceſſiſſent.de conſtit. Imò poſſet impunè cum muliere aut minore contrahi matrimonium, ſeu contractus fieri vbi licentia aut conſenſus à præmiſſis fuiſſet requiſita, ſeu requiſitus, & abſque iuſta cauſa non præſtita nec præſtitus: quia tunc ipſa ſola mulier, ſeu puella præmiſſa facere poterit, & hæc eſt communis opi.& iſtud omnes ſequuntur. Iaſ.d.verſic.confirmo.& in l.cum ſpecialis nu 8.C de iud.

88 ¶ Decretum autem ipſum † & omne aliud ſtatutum volens in matrimoniis,aut contractibus mulierum, ſeu puellarum,ſiue minorum requiri licentiam,ſeu cōſenſum duorum agnatorum, & in eorum defectum duorum cognatorum,non haberet locum quotieſcunque caſus accideret ꝙ puella,mulier aut minor: non haberet niſi vnum agnatū: quia ille deberet adhiberi ſimul cum vno cognato ex parte matris, & ſufficeret ſine dubio.Bar.l Stichum, qui meus erit per illum tex.col fi.num.5.verſ.ſecundo facit & hæc eſt com.opi.vt ibidem inquit Iaſ.nu.38 verſi.circa ſecundū.ff. de legat 1.Bald.l.in coniunctione.C.de nupt.Abb.ca.quoties, in 4 notab.de teſtib.Imò ſi puella, mulier, ſeu minor non haberet niſi vnum ſolum ex agnatis vel cognatis, & alios ex agnatis & cognatis non haberet, ille ſolus ſufficeret in præſtando dictam licentiam, ſeu conſenſum in dictis matrimoniis,aut ſponſaliis, ſeu contractibus, etiam quòd decretum ipſum, ſeu ſtatutum requireret conſenſum, ſeu licentiam duorum. Iaſ.d.l.Stichum,qui meus erit col pen. num.40.verſ.tertio addo.Bal.l.1.in prin.C.vnde vir & vxor. Pau.de Caſt.l.ſi cum dotem.§.patri.ff.ſolut.matrim.facit

l.non

l. non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſignifi.& text.in.§.quod autem in auth.de non alienan.ibi, coram duobus architectis,
39 aut etiã vno, ſi ciuitas ſolũ vnũ habeat, & vlterius dico † ꝙ ſi mulier aut puella ſeu minor non haberet patrem nec matrem, agnatum nec cognatũ ad conſentiendum quòd nõ eſſet locus pœnis, nec diſpoſitioni dicti decreti, nec ſtatuti requirentis conſenſum præmiſſorum, Hippol. de Marſi. ſing.339. Cui non cõueniunt verba. Bar. l. dies. §. prætor ait col. in fi. ff. de dam. infec. Sic & ſtatutum loquens de pœna maiori imponenda nõ habenti pacem, nõ habet locum vbi non eſt offenſus, nec hæres à quo poſſit haberi pax. Hip. d. ſing.339. Cui nõ cõueniunt. Bar. conſi.167. Quod miniſter fratrum de pœnitentia. Feli. in. c. nonnulli col.35. nu.34. in fi ver. ubi verba. de reſcript. Et hoc maximè procedit, quia decretũ ipſum, & oĩa ſtatuta diſponentia ſub pœna, vt ſponſalia vel matrimonia nõ fiant abſque licentia ſeu conſenſu patris, & matris, & in ſubſidiũ duorum agnatorum vel cognatorum, videntur facta ne ſponſalia, vel matrimonia fiãt inæqualia, & cum indignis, ex quibus patri & matri, agnatis fieret dedecus & iniuria. Ergo ſi non ſint in rerum natura pater nec mater, nec aliquis agnatus nec cognatus, vel ſi matrimonium ſeu ſponſalia fierent æqualia, & inter pares, ſeu cum digno, etiam quòd fierent abſque conſenſu & licentia præmiſſorum, & cuiuſlibet ipſorum, qui eſſent in rerum natura, decretũ ipſum ac ſtatutũ & eorum pœna locum non haberet & ita cõſuluit in ſpecie Pet. de Ancha. conſ.21. Pro ſolutione dubiorũ col.2. in fin. nu.6. ver. vel ſi dicamus valere debet referri, & ver. & hoc caſu debet intelligi ſtatutum, ſcilicet cũ filia ſiue patris, & matris voluntate cõtraxit cum indigno: ſecus ſi cum digno. Nam & ſi fiat gratia à principe vel ſtatuto habenti pacem ab offenſo, & offenſus, & hæres nõ adſit. gratia locũ habebit, abſque pace habita Bart. d. conſi.167. Quod miniſter. Felin. d. verſi. vbi verba. Hippo d. ſing.339. cui non conueniunt Cautius tamen agendó erit tunc & ſemper pax habenda à Deo per confeſſionem peccatorum. Bart d. conſi.167. & de honeſtate à communitate loci delicti, quæ cenſetur offenſa, cum interſit reipublicæ, delicta non fieri arg. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.

SVMMARIVM.

1 *Agens ad pœnam ſtatuti ob ſolennitatem requiſitam non ſeruatam, negatiuam probare debet.*
2 *Statutum vel legem intentans, debet capitulare, & probare qualitates omnes ſtatuti, vel legis, aliàs ſuccumbit.*
3 *Rapiens mulierem inhoneſtam, an puniatur.*
4 *Contrahens cum puella minore 12. ann. debet acerrimè puniri.*
5 *Actus præſumitur factus tempore licito, niſi contrarium probetur.*
6 *Vidua poteſt nubere impunè ſine conſenſu agnatorum aliàs à ſtatuto requiſito.*
7 *Meretricem minorem an in vxorem ducere liceat ſine eius patris conſenſu aliàs à ſtatuto requiſito*
8 *Meretricem ducere in vxorem proficit ad remiſſionem peccatorum.*
9 *Mater luxurioſè viuens non poteſt præſtare conſenſum in matrimonio filiæ aliàs à ſtatuto requiſitum.*
10 *Viduæ meretrices non gaudent priuilegijs viduarum.*
11 *Mulieri luxurioſæ poteſt bonis interdici.*
12 *Iudæa minor an poſſit contrahere matrimonium ſine conſenſu parentum vel agnatorum aliàs à ſtatuto requiſito.*
13 *Iudæi ex Hiſpanijs Imperatoris mandato excaſant.*
14 *Mulieres hæreticæ non habent in dote priuilegia.*
15 *Filiusfamiliàs Chriſtianus, an teneatur requirere conſenſum patris hæretici in matrimonio contrahendo.*
16 *Iudæus non poteſt eſſe tutor, vel curator Chriſtiani.*
17 *Legitima debetur in vita parentum filijs Chriſtianis à parentibus infidelibus tradi.*
18 *Filij emancipati, vel naturales, & inceſtuoſi minores, an poſſint matrimonium contrahere ſine conſenſu parentum à ſtatuto aliàs requiſito.*
19 *Legitimatus in materia ſtricta & odioſa non dicitur propriè filius.*
20 *Mulieris appellatione an veniat virgo in ſtatutis pœnalibus.*
21 *Conſenſus patris etiam tacitus, vel ſubſequens poteſt in filijfamiliàs matrimonio adhiberi, & ſufficit.*
22 *Licentia quando requiritur, debet præcedere, & non ſubſequi, & debet eſſe expreſſa.*
23 *Conſenſus parentum, vel agnatorum quibus rationibus aliquando à ſtatuto in matrimonijs minorum requiratur.*

§. VIII.

§. VIII.

1 PERPETVO notabis † ꝙ ſtante ipſo decreto Mediolani, & ſtante omni alio ſtatuto contractu vel teſtamēto, quibus caueatur, quòd matrimonia vel ſponſalia fieri debeant cum præſentia, ſeu cum licentia, aut conſilio, vel conſenſu, talium ſub pœna, &c. quòd ſi reperitur factum matrimonium vel ſponſalitium, & fiſcus vel alius agat ad pœnam ſub prætextu quòd in eo non interuenerit præſentia, conſenſus, conſiliū ſeu licentia, eorum à quibus debebat requiri ex forma decreti, ſtatuti, contractus vel teſtamenti: puta, patris, matris, agnatorum, aut cognatorum, aut aliorum, quòd fiſcus, vel alius qui agit ad ipſam pœnā probare debet ipſam negatiuam, quod conſenſus, præſentia, conſilium ſeu licentia prædictorum non interuenerit, probando ꝙ illi quorum præſentia, ſeu licentia requiri debebat erant abſentes in alio loco. Alioquin ſi nō probetur ipſa negatiua, matrimonium præſumeretur ritè, ac rectè factum, & celebratum cum præſentia, cōſenſu, conſ. aut licentia eorum, à quibus talia requiri debent, & ita in ſpecie conſuluit Aym. Crau. conſ. 1. Gulielmeta. nu. 7. verſic. venio ad tertiā. Corn. conſ. 26. Viſo in fi. vol. 1. & conſi. 11. Pro deciſ. col. pen. verſ. item alias, & conſ. 42. In hac nume. 11. vol. 2. & conſ. 89. Viſo col. 3. ad fi. verſ. qđ & tertiò vol. 3. & conſ. 145. In ſupraſcripto col. fi. verſic. Item regula vol. 4. & conſ. 42. Viſis vol. 1. dominus Ioan. Oldendorpius tractat de prob. num. 10 uerſi. Neganti ſolennitatem excellens & acutiſſimus doct. doctiſſimus D. Sebaſt. Vantius Ariminēſis Patritius in tract. de nullitatibus proceſſuum, ac ſententiarum in rubri. à quo, & quibus modis poſſit, & debeat nullitas probari nume. 1. verſi. pro reſolutione, & nume. 2. verſicu. proponens textu in l. ab ea parte ff. de probation. Gratus. conſi. 42. Viſis num. 15. & 16. volum. 1. Et facit vulgata regula iuris, quòd ille qui ſe fundat ſuper negatiua, tenetur illam probare, cum ſit fundamentum eius intentionis l. ſi quis. C. de fabricen. lib. 1c. l. hoc iure & l. in illa vbi Bar. col. 2. num. 5. verſ. & do. regu. & ibi Alex. Iaſ. Rip. & alij. ff. de

verb.oblig.tex.Bar.& Doct l.pen.§.docere.ff.ne quis eum: qui in ius voca.eſt vi exi & in l.optimam.C.de contrah.& com.ſtip.& in l ita ſtipulatus verſic.quòd ſi ab initio.ff de verb.oblig.c.vt circa & c.ſi fortè vbi gloſ.verſi.defectum de elect.in 6.ca.1.de confeſſ in 6.Et eſt communis opinio, ꝙ fundans ſe in negatiua ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue ſit negatiua facti,ſiue iuris,quod tenetur illam probare:ita dicit Iaſ.in d.l.in illa col.4 nu.14.verſi extra gloſ.vbi etiam Alex.per Bal & Doct.l actor quod aſſeuerat, per illum tex. C.de proba.Et debet negatiua concludenter & neceſſariò, & coarctata loco,& tempore probari,alioquin non releuat probantem text.& Doct d.l.optimam, & d.l.actor.

2 ¶Pro iſta opinione facit † etiam alia regula iuris, qua dicitur,quòd qui intentat legem, vel ſtatutum, aut decretum, debet capitulare.& probare qualitates omnes, legis, ac ſtatuti,ſeu decreti,alioquin ſuccumbit.Et ideo ſi ſtatutum,vel decretum, prout eſt decretum Mediolani ſub rub.de raptu mulierum. puniat rapientem mulierem honeſtam, vel eidem vim inferentem,iſta qualitas,quòd mulier eſſet honeſta tempore raptus,aut vis,debet per fiſcum, vel accuſatorem probari,alioquin pœna ſtatuti,& decreti locũ non haberet.Hippo.de Marſil.ſing.187.Qualitas.Capol.conſi.57. Fran.col ſi.verſi Poſtremò tex.in l.4.§.doce e.ff vi bo rapt. Alex.conſ.82.In cauſa col.2.verſic.pro hoc vol.1.Hippo.de Marſi.conſ.38.In cauſa. Et pro hoc facit:quia decretum ipſum vult, vbi mulier ſola habitauerit, & per duos teſtes eſſe honeſtæ vitæ probetur,quòd non poſſit probari contrarium,& ſic datur intelligi ex ipſo decreto quòd ipſa mulier eſſet honeſtæ vitæ, quòd debet probari per fiſcum, vel accuſatorem.Sic etiam qualitas dicti decreti,quòd mulier habitaret cum patre &c.debet probari per fiſcum, vel accuſa-

3 torem.Hipp.d ſing.187.nõ tamen euadet pœnam † ſaltem arbitrariam rapiens mulierem inhoneſtam, vel ei vim inferens etiam quòd eſſet meretrix:vt cõſtat ex dicto decreto ſub rub.de raptu mulierum.§.cæterum omnes, & idem de iure cõmuni Matheſil.not.102.Nota vnũ. Et eſt veriſſimũ, quòd agens ex conditione legis,vel ſtatuti, aut decreti,vel ſuper eis ſe fundans etiam excipiendo quod tenetur articulare,

culare,& probare omnes eius qualitates,alioquin ſuccumbit. Io. And.in c.1.col.2.uerſ.unde pro hoc de homic.in 6. ubi dicit ꝙ ad hoc ut ſit pœna d.c 1. impoſita contra occidentem uel occidi facientẽ Chriſtianum,debet probari illa qualitas,quòd occiſus eſſet Chriſtianus,alioquin fiſcus,ſeu actor,uel accuſator, nõ probans qualitates omnes legis,ſtatuti,aut decreti ſuper quo ſe fundat,ſuccumbit. Et idem voluit Soc.conſ.55.Præſtantiſſime col.1.vol.1.Nam qñ ſtatutum,ſeu decretũ,ſeu lex loquitur,ſeu profert aliquid cũ certa qualitate debet vtrunq; probari.ſ.illud,& qualitas,& ſi illud,& qualitas nõ probetur per illũ qui ſuper eis ſe fundat non habet locũ eorũ diſpoſitio.Bar.l.1.§ quod aũt ait prætor.ff ne quid in flum.pub per illũ text.Dec.conſ.222.Viſo col.1.nu.2.& cõſ.261.Superioribus col.2.nu,2.verſ.Et hoc idẽ. Barr.l.denuntiaſſe.§.quid tñ nu.2.ver.item.ff de adult. Et in caſu dicti decreti, & ſtatuti ſimilis, quòd omnes eius qualitates debeant per fiſcum,vel per alium qui ſuper eis ſe fundat probari, alioquin quòd non habeat locum, eorum pœna,cõſuluit Grat.conſ.42.Viſis col.2.nu.15.& 16.vol.1. ¶Ergo cum decretum ipſum dicat,Neminem operam dare debere,vt puellæ nubiles minoris ætatis annorum 18.quæ tamen viduæ non ſint, ſponſalia vel matrimoniũ tractent, vel de facto contrahant ſine licentia patris,& matris,vbi tamen mater ad ſecunda vota nõ tranſiuerit,& in ſubſidium duorũ ex proximioribus agnatis, & in defectum cognatis, ſub pœna,de qua in decreto, vbi.contra fiat, eſt clarum de iure,ꝙ decretum ipſum, & eius pœna locum non habebit, niſi fiſcus,vel actor,ſeu accuſator,& quilibet agens,vel excipiens vigore dicti decreti vt pœnæ dicti decreti locum habeant,probauerit omnes præmiſſas qualitates dicti decreti ſimul & ſemel, & copulatiuè interueniſſe in eiſdẽ ſpõſalijs, & in eodẽ matrimonio,adeo ꝙ requiritur ipſorũ omnium concurſus,& ipſorum omniũ probatio cõpulatiua, ita ꝙ ſi vna ex ipſis qualitatibus deficeret,& nõ probaretur, pœna dicti decreti locum nõ haberet, etiam quòd aliæ qualitates probarentur,maximè cum ex ipſo decreto, vbi nõ adſit ipſa licentia,inducatur delictum, ꝙ non eſt delictum de iure cõmuni. Et ſic per fiſcum,vel alium agentẽ ad pœnas dicti

decreti debet probari qualitas, quòd puella eſſet nubilis, & item qualitas, quòd eſſet minor annorum 18. & quòd non eſſet vidua & quòd matrimonium; vel ſponſalia ſine licentia præmiſſorum contra formam decreti tractata, vel contracta fuerint: & niſi prædicta omnia per fiſcum, vel alium agentem ad ipſas pœnas decreti, ſimul & ſemel copulatiuè probentur, ita quòd vna qualitas etiam ſola non probaretur, etiam quòd aliæ omnes probarentur, pœna dicti decreti locum non haberet: ita inquit Petr. de Anch. conſi. 271. De titulis criminum col. 2. verſ. Secundò probatur. & verſi. iſtæ autem qualitates vt quis. & verſ Iſtæ autem qualitates contrariæ facit l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. & c. licèt cauſam. de prob. glo. c. 1. verſic. contra iuſtitiam. de re iudic. in 6. Iaſ. l. 1. colum. 1. verſ. regula ergo. & verſ. tertiò adde. & col. 2. verſ. quartò adde. cum ſeq. ff. de iuſtitia & iure. punctus enim habetur loco copulæ. Docto. Barto. & Bal. l. cum duobus. §. ſi in coeunda ff. pro ſocio.

¶ Ergo agens ad pœnam dicti decreti debet probare ipſam negatiuã quòd non interuenit ipſa licentia, vt dixi ſupra nu. 1. verſi. Perpetuò notabis, & item debet probare quòd puella eſſet nubilis, hoc eſt, apta ad nubendum id eſt, ſaltem annorum duodecim: quia tunc, & non ante dicitur nubilis: & ſi eſſet minor annorum duodecim, non valeret matrimonium, & licèt pœna decreti tunc locum nõ haberet, ex quo verba decreti in ipſo caſu nõ conuenirent: cum non poſſet

4 dici puella nubilis: deberet tñ † contrahens cũ ipſa minore duodecim annorũ alia pœna acrius puniri, a gloſſ. inſtit. de nuptiis, vbi glo. in prin. ver. potentes. & ibi Ang. Aret. & alij.

5 Probare etiam † tenetur fiſcus, vel alius agens ad pœnam decreti puellam tempore contractorum ſponſalium, & matrimonij fuiſſe minori ætatis annorũ decemocto quia decretũ prohibendo matrimonia, & ſponſalia fieri cum minore annorum decemocto abſque licentia, videtur cõceſſiſſe præmiſſa fieri poſſe abſque licentia, vbi puella habere decimumoctauum annum completum tantum, & nõ vltra, vel haberet alios annos, vel menſes, aut dies vltra decimumoctauum annũ, ex quo tunc non poſſet dici minor annorũ decemocto l. cum prætor. ff. de iud. & hoc etiam per argumentum

mentũ à cõtrario ſenſu l. 1. ff. de officio eius cui manda eſt iuriſdictio. gloſ. in verſi. ſi alicui. in. §. aliud quoq; capitulũ. in auth. vt cum de appel. cog. facit l. 2. § fœminas: vbi text. & gloſſ. verſi. octauum decimum. C. de his qui ven. ætat. imp. & in matrimonio, vel ſponſalijs contractis abſque ipſa licentia cum puella habẽte decimũ mocťauum annum completum ætatis ſuæ, & non vltra, vel habente tempus vltra decimũ moctauum annum, nõ conueniunt illa verba dicti decreti puellæ nubiles minoris ætatis annorũ decemocto, ex quo non eſt minor annorum decemocto: ergo non conueniet diſpoſitio decreti, & eius pœna locum non habebit in ſponſalijs vel matrimonijs contractis abſque licentia eorum, de quibus in ipſo decreto cum ipſis puellis habentibus 18. annum completum, & non vltra, vel illum excedentibus l dies. §. prætor. ait. vbi Bar. colum. fin. in fi. ff. de damno infecto. Ergo fiſcus, vel alius agens ad pœnam dicti decreti tenetur probare, quòd puella eſſet minor annorum decemocto, cum ſit fundamentum eius intentionis. Bart. l. de ætate col. 5. in fi num. 12. verſ. ſumus expediti. in fi. ff. de minor. gl. l. ſi minorem. C. de in integrum reſtit mino. alioquin matrimoniũ & ſponſalia facta cũ ipſis puellis abſque licentia præſumerentur facta tempore licito, hoc eſt tempore quo puellæ fuiſſent annorum 18. completorũ, vel vltrà, & ſic puellæ prẹſumerentur fuiſſe in ipſa ætate annorũ 18. completorum, vel etiam vltra. Bart. Alex. Iaſ. & Doct. l. non ſolum. §. ſed vt reprobari. ff. de oper. noui nunt. text. in c. in præſentia. ibi nec ex aduerſo probetur, quòd vtriuſque oblationis tempore fuerit minor. & ibi notat. Abb Fel. Pariſ. & alij de probationibus. Cald. conſi. 5. quis ſub rubr. de probationibus. Poſſet tamen iudex ex aſpectu cauſa cognita pronuntiare minorem eſſe puellam annorum 18. & tunc deberet appellari, vel probari maior ætas. Barto. d. ver. ſumus expediti. Et eiſdem rationibus dico ꝙ agens ad pœnam dicti decreti ſub prætextu matrimonij cõtracti cum filiofamilias minore annorũ viginti ꝙ tenetur probare ipſam minorem ætatẽ annorũ 20 tempore contracti matrimonij. alioquin ꝙ filiusfamilias præſumeretur eſſe ſaltem annorũ 20. cõpletorũ, vel etiã vltra, quo caſu pœna decreti locũ nõ haberet.

Imò filijfamil.in medio vltimi diei annorum 20.& puellæ in medio vltimi diei annorum 18.nõ poterunt dici minores annorum 20.nec 18.ergo tunc cum eis impunè cõtrahi poterunt ſponſalia,& matrimonia abſque licentia & cõſenſu eorum,de quibus in decreto l.1.ff.de manumiſ.l.quã ætate.ff.de teſta.Abb.ca.atteſtationem nu.6.de ſponſ.imp. Sum.Roſel.ver.matrimonium 2.ver.vtrum.

6 ¶Item agens ad † pœnas eiuſdem decreti tenetur probare quòd ipſa puella annorum 18.eſſet non vidua prout loquitur decretum, & ſic tenetur probare ipſam qualitatem decreti,Io.And.d.c.1.de hom.in 6 & dixi ſupra num.2.ver. pro iſta alioquin ſi eſſet puella vidua etiã minor annorũ 18. cum qua abſque licentia matrimonium & ſponſalia facta fuiſſent,locũ nõ haberet pœna decreti loquẽtis, ut abſque licentia præmiſſa non fiant cũ puella minore, quæ tamen uidua non ſit:quia à contrario ſenſu ſi eſt uidua,decretum nõ requirit ipſam licentiam l.1.ff de officio eius cui mand. eſt iuriſdic.d.l.cum prætor.ff.de iudi.Bart.d.l dies § prætor ait col fi.in fi nu.25.verſ.ult.nota.ff.de dam infec.gloſ. d.uer.ſi alicui. Grat.d.conſi.41.Viſis.num.17.uerſi.quartò probatur uol.1.arg.l.ſi idem C.de codicil.

7 ¶Et ſi ex forma dicti† decreti Mediolani ubi puella minor annorum 18.eſſet uidua, poſſent impunè fieri ſponſalia, & matrimonia cum ea abſque licentia patris & matris, agnatorum & cognatorum:multomagis præmiſſa ſponſalia,& matrimonia fieri poſſent impunè abſque licẽtia præmiſſorum cum puella minore annorum 18.non uidua,ubi talis puella ſtaret in proſtibulo,uel eſſet meretrix,uel inhoneſta:quia leges ſtatuta & decreta punientia mulieres propter ſecundas nuptias,uel eis aliquid auferentia,ſeu lucrũ, uel præmium non dantia,aut auferentia, aut eorũ auxiliũ non dantia, habent locũ multomagis contra mulieres ſeu puellas meretrices,uel inhoneſtas tex Bald.& Doc in auth. eiſdem pœnis.C.de ſecun.nupt.glo.uerſic.nuptiis in auth. Sacramentũ & ibi Bart.Bal.& Doct.C.quan.mul tut offic. fun.pot.& eſt com.opin.Feli.ca.ſignificantibus col pen.de

8 offic.delegat.Meretrices enim † trahere de lupanari, & accipere in uxorem,proficit ad remiſſionem peccatorũ c.inter opera.

opera de ſponſ. Nam & Oſeas propheta duxit meretricem in vxorem, & illam ex mala bonam fecit, & qui hoc fecerit, non eſt culpandus, ſeu laudandus, nec tenebitur ad pœnas d. decreti c. nõ eſt culpandus Oſeas propheta 32. q. 1. faciũt not. per Alb. in dictio. uerb. meretrix. facit tex. & gloſ. in l. ſi ea, quæ. C. de adulter. ſolẽnitas enim iuris humani, & ſic di cti decreti in diſpoſitione ad pias cauſas ceſſat: puta qñ aliquis ducit puellã meretricẽ in uxorem, ut bonã reddat, & amplius nõ peccet, Abb. cõſ. 11. in cauſa nu. 1. uol. 1. c. relatum de teſtam quæ. n. ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege humana c. licet de regular. & c. duo ſunt 19. q. 11. Abba. d. conſi. 11. col. 1. uidetur. n. tunc redemptum corpus & anima puellæ à peccato, & à diaboli captiuitate: ergo ceſſat decreti ſolennitas. & pœna l. ſancimus. C. de ſacroſanct. Eccle.
9 ¶Mater etiam ſi † ex forma eiuſdem decreti amittit authoritatem dandi licentiam in ſponſaliis, & matrimoniis puellarum filiarum ſuarum minorum annorum 18. ubi mater ad ſecunda uota tranſiuerit: tantomagis cenſetur authoritatem dandi ipſam licentiam amittere, ubi mater eſſet meretrix, vel inhoneſtè & luxurioſè uiueret glo. d. auth. Sacramentum uerſic. nuptiis ubi Docto. C. quan. mul. tut. offic. fun. pot. tex. & Doct. d. auth. eiſdem pœnis. C. de ſecun. nup.
10 omnia enim † priuilegia inducta à iure cõmuni, ſtatutis & decretis, ex diſpoſitionibus hominum in fauorem uiduarum, non procedunt in uiduis meretricibus, ſeu luxurioſè, & inhoneſtè uiuentibus, & eſt cõmunis opin. quia illæ non gaudent priuilegio uiduarum. Feli. cap. ſignificantibus col. pen. de offic. deleg. Mar. Soci. & Doct. in c. ex tenore in fin. de for. compe. Alci. l. malum. §. uiduam. ff. de uerb. ſignific. tex. in. §. quæ uerò ubi Doct. in auth. de nupt. glo. & Doc. d. auth. Sacramentum, & d. auth. eiſdem pœnis. Et matri luxu
11 rioſè, & alij † mulieri inhoneſtè, & luxurioſè uiuenti poſſet à iudice non ſolum prohiberi ipſa licentia, uerum etiam poſſet illi interdici bonis propriis. eiuſdẽ mulieris luxurioſè ne ſuper illis contraheret l. & mulieri. ff. de cura fur. uel aliis ex. min. dan. D. Tho Ferrarius de aduocatis de Brixia caut. 6. Et prædicta nota ad intellectum ſtatutorum, quæ in cauſis uiduarum uolunt procedi ſummariè, uel uolunt
credi

credi eorum iuramento ſuper intereſſe eorum dotis,vel eis taxant intereſſe ſuper earum dotibus:quia non procedunt in viduis inhoneſtè viuentibus ipſa ſtatuta.Feli.d.c.ſignificantibus col.pen.Soc.d.c.ex tenore d.authen.eiuſdem pœnis.Sic & decretum Mediolani ſub rubr.de bonis ad cridas ponendis,dans terminū ſex menſiū viduis præſentibus pro dotibus,vel rebus paraphernalibus ad contradicendum cridis,non haberet locū in vidua meretrice, ſeu inhoneſtè,& luxurioſè viuente:quia illa non gauderet priuilegio viduarum,& deberet contradicere pro ipſis dotibus,& paraphernalibus ipſis cridis in termino trium menſiū, vbi eſſet præſens,ſicuti alij præſentes tenentur cōtradicere. Fel.d c.ſignificantibus col.pen.verſ.item not.ꝙ priuilegia.de offi.deleg. Alcia.d.§.viduā.Soc.d.c.ex tenore l.his ſolis,vbi tex.Bart.& Sali.C.de reuo.don.Et eſt com.opin.& iſtud omnes tenent vt dicit Feli.d.c.ſignificātibus col.pen.de offic.deleg.Decre
12 tum etiam † ipſum in d.§.matrimonia. & omne aliud ſtatutum Chriſtianorū,requirens in matrimoniis,& ſponſalibus,aliquam licentiā,aut conſenſum aliquorum,ſeu aliam ſolennitatem,intelligitur reſpectu matrimonij & ſponſaliorum cōtractorum inter Chriſtianos & Catholicos : ſecus ſi fiant inter Iudæos,vel alios infideles abſque licentia aut ſolennitate d.decreti & ſtatutorū, quia tunc decreta,ac ſtatuta,& eorum pœna locum nō habent. Cæpo.conſ.74.Pater col pen.verſi.nec obſt.rationes,quia de his qui ſunt foris, vt inquit diuus Paulus, nihil ad nos, Nam ſi ſanctiſſimus Papa, qui eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti in terris Vicarius per eius leges Canonicas inducendo ſolennitates,vel prohibitiones in ſponſalibus,& matrimonijs,nō cenſetur velle ligare Iudæos,nec infideles,nec illos punit etiam,ꝙ ea contrahant contra præcepta iuris Canonici, dummodo ea nō contrahant contra præcepta iuris diuini. text.& gloſſ.in c. gaudemus.vbi text.& glo.ver.conſtitutionibus.& ibi Abb. col.2.nu.2.ver.not. 1.& nu.2.ver.ſecunda reg.& alij Doc.de
13 diuor.eodem modo Inuictiſſ. † Carolus V.Cæſar Imper. Auguſtiſſimus,qui dictum decretum condidit, & Iudæos, ac Maranos,& Hæreticos exemplo Sereniſſimi Ferdinandi Regis Catholici Hiſpaniarum Regis eius aui materni, ab Hiſpanijs

Hiſpanijs exulare voluit, & omnes alij ſtatuentes Chriſtiani, cenſentur illud voluiſſe, vt eorũ ſtatuta, ac decreta, & pœnæ non traherentur ad matrimonia Iudæorum, ac infidelium: quia matrimonium eſt res ſpiritualis, & in ſpiritualibus, puta in matrimoniis, & ſponſaliis prohibitiones iuris Canonici nõ extenduntur contra Iudæos, nec alios infideles, niſi quando peccant cõtra ius diuinum. tex. in d. c. gaudemus: &c de infidelibus. de conſ. & affinit. & eſt com. opi. Feli. in ca. Iudæi. el 2. col. pen. de Iudæ. Ergo & ipſum decretum, & omnia alia ſimilia ſtatuta non cenſentur trahi contra ſponſalia, vel matrimonia ipſorũ Iudæorũ, ac infideliũ abſque licentia, de qua in ipſo decreto contracta. arg. ca. 1.
14 & 2. de noui oper. nun. Nam & in ſimili videmus, † ꝙ mulieres hæreticæ. & nõ Catholicæ, & quæ ſacram cõmunionem non recipiunt, non gaudent priuilegiis doti indultis à iure. auth: de priuil. dot. hær. mul. non præſtan. Et iuramenta conualidantia contractus alias nullo ad euitandũ periurium, & periculũ animæ, prout eſt in caſu auth ſacra. pu. C. ſi aduer ven. & ca. quamuis. de pact. in 6. & ca. cum contingat de iureiuran. non habent locum actiuè nec paſſiuè quo ad Hebræos, nec infideles. Soc. conſi. 65. Circa primum col. pen. nu. 15. vol. 1. Bal. c. 1. §. Item ſacramenta. ver. quęro nunquid iſta authen. de pace iurament. firm. in vſib. feud.
15 ¶ Locum etiam † non habebit pœna eiuſdẽ decreti quotieſcunq; pater & mater, agnati & cognati puellæ ſeu filijſfamilias, à quibus licentia haberi debet ex forma decreti vel ſtatuti in matrimoniis, uel ſponſaliis, aut contractibus eſſent Iudæi, uel infideles, aut hęretici, maximè ubi ipſe puellę, uel filijſfamilias eſſent Chriſtiani, aut uellent effici Chriſtiani, & Catholici, nam tunc cõſenſus & licentia ipſorum patris & matris, ac agnatorũ & cognatorum non deberent requiri in ipſis ſponſaliis, & matrimoniis, & cõtractibus maximè cõtrahendis cum catholico, & Chriſtiano, tum quia ipſorũ Iudæorũ & infideliũ, ac hæreticorum conuerſatio, & conſilium debet euitari ne ad ſuã ſuperſtitionẽ & perfidiã ſimplicium animos inclinent c. ad hæc. in fi. de Iudæ. Iaſ. in ub. ff. de iuſt. & iur. col fi. ver. ſed quia Chriſtianis moribus nõ conueniret: tum etiã quia ſi ubi agnati, uel cognati ꝓpinquiores
quorum

quorum licentia,vel conſenſus requiritur ex forma ſtatuti ſeu decreti in contractibus, vel matrimonijs eſſent ſuſpecti, ne ob cõmodum pecuniarium iuſtè non conſulant,vel ne,vt ipſi ſuccedãt, non quęrant puellas matrimonio copulare,poſſent pro ſuſpectis recuſari,& alij agnati, vel cognati eorum loco deberent adhiberi.tex.Bal.& Doct.in l.viduæ in fi.C.de nupt.quãtomagis Iudæi,hæretici, & infideles,parentes,agnati,& cognati, non debet requiri pro ipſa licentia,vel conſenſu: quia cum ſint infideles Deo,erunt multo magis infideles hominibus c.nõ poteſt 7.q.2.c.teſtimoniũ. vbi tex.gloſ.& Felin.de teſti.maximè ne retraherent puellas mulieres, & minores à ſancta fide Chriſtiana & Catholica. argu.§.ſed hoc præſenti. in authen.de ſanctiſ.Epiſ.facit d.c. gaudemus.& ibi glo.verſ.conſtitutionibus. de diuor.& c.1. de Iudæ.& tit.C.ne Chri.mancip.hær.vel pag.vel iud habe.
16 Nam Iudæus non poteſt † eſſe tutor Chriſtiani. Bart.& Iaſ. & Mod.d.rubr.ff.de iuſti.& iur.Ioan de Ana.rubr.extrà de Iudæ.imò non poſſet Iudæus etiam eſſe curator Chriſtiani. Ioan.de Anan.d.rub.de Iudæ facit authent.ſtatuimus. de epiſcop.aud.& auth.credentes. & auth.gazaros.& per tot. tit.C.de hæret.&.§.generalẽ autem prouidentiam.in authe.
17 vt cum de appella.cognoſcitur. Imò filij, † & filiæ effecti Chriſtiani alimenta, legitimã.& dotes, & donationes propter nuptias petere poterunt,& ad eas dandas parentes Iudæi,vel infideles in eorum vita debent aſtringi d §.generalem.text.d.c.Iudæe.el 2.vbi Ioann.de Ana.& alij de Iudæis. Imò omnia bona parentũ Iudæorum vel hæreticorum & infidelium tam ex teſtamento, quàm ad inteſtato debent peruenire ad ſolos filios, & filias effectos chriſtianos, adeo quòd parentes ipſi contrarium diſponere non poſſunt l.cognouimus.& auth. idem eſt.C.de hære.& d.§ generalem.
18 ¶Decretum autem ipſum † dicens, quòd mulier ſub pœna non ducat in maritum filiumfamiliàs minorem annorũ viginti,abſque cõnſenſu patris,locum non habere in filio minore anno.20.emancipato,nec in alio effecto ſui iuris ꝑ ſolutionẽ patriæ poteſtatis,de quo habetur inſtit.quib.mod. ius pa.po ſolui. Filij.n.emancipationẽ, vel alio modo liberati à patria poteſtate etiam ſi eſſent minores anno.20.dicuntur

cuntur patresfamiliàs, & non filijfa ergo cum eis impune abſque conſenſu patris contrahi poſſet matrimoniũ l.nam ciuium vbi text.& Doct.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Sic & cum filiis naturalibus tantum,& cum ſpuriis baſtardis,& inceſtuoſis,& cum aliis abſque iuſtis nuptiis procreatis etiam minoribus annorum viginti poſſet impune contrahi matrimonium abſque licentia patris non obſtante ipſo decreto ex quo loquitur filiofamilias, & ſic de eo qui eſt in poteſtate patris, & prædicti non ſunt in poteſtate patris:ergo non dicuntur filiifamilias d l.nam ciuium, & inſtit.de patria poteſt.vbi text.in princ.& ibi not.Aret.col.1. ver.ex quo ſequitur.Alb.de Roſ.dictio.ver.genus humanũ facit authen.ex cõplexu.C.de inceſt.nupt.filij tamen ipſi ſi legitimarentur,fierẽt ſub poteſtate patris.Aret.inſt.de patr. pot.col.2.ver.Tertiò opponitur glo.& Doc in rub.quibus mod.nat.effic.ſui.Crederem tamen mulierem cui legitimatio non fuiſſet intimata,excuſari à pœnis dicti decreti, ubi duxit legitimatũ in maritum abſque patris conſenſu. Dec. conſ.327.Viſo col.fi.in fi.nu.6.ver.& dato ad excuſandum enim à pœnis in delictis non imputatur alicui ſi conditionem alterius non inueſtigauit.Dec.l.qui cũ alio nu.4 ff.de
19 reg.iur.Imò legitimatus † non dicitur in materia ſtricta & odioſa propriè filius.Bal.& Doc.l.filiũ.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.Iaſ.l.ſi is qui pro emptore nu.283.ver.contrariam.ff de vſucap.ergo mulier non tenetur d.pœnã decreti etiã ſi legitimatu ſcienter ducat abſque patris cõſenſu.Bal.
20 & Doc.d.l.filiũ per illum text.Et quãuis † mulieris appellatione in omnibus,& etiã in legibus, & ſtatutis pœnalibus veniat etiã virgo minor annorũ 20.vt dicit Bal.in l.1.& ibidem Dec.col.1 pu 2 ver.ſecundò not.C.de ſecund.nupt.tamen in caſu pœnæ dicti decreti nõ venit virgo maximè minor annorum 20.quæ filiumfam.minorem annorum 20. abſque patris conſenſu acceperit in maritũ,quia nõ requirere pãtris conſenſum dicitur delictum in omittendo, & ipſa virgo maximè minor annorum vigintiquinque non tenebitur ad ipſam pœnã.Deci.d.l.1.ver.ſecundò not.in fi.
21 ¶Ipſum decretum † reſpectu matrimonij filijfamiliàs requirit conſenſum patris:ergo ſufficit conſenſus tacitus,vel expreſſus,

expreſſus,vel ratihabitio, imò cū ſciuit,& non contradixit cenſetur conſenſiſſe. Et poteſt præcedere,& ſubſequi cōſenſus. Anch.d.conſ.21.pro ſolutione colum.2.verſi.& hic,& ver.item etiam l.in ſponſalibus.§.1.ff.de ſpon.l.2.§.voluntate ff.ſolu.matri.not.in l.ſi quis mihi bona.§ iuſſum ubi Bar.& Iaſ.num.32.ver.tertia concluſio ff.de acq.hæred.

22 ¶Reſpectu verò ſponſalium,† & matrimonij puellarum decretū ipſum requirit licentiā patris & matris,& in ſubſidium duorum agnatorū,& in defectum cognatorū: ergo licentia debet præcedere adeo,quod non ſufficit, quod ſubſequatur:vt dicit decretum & idem de iure communi vbi requiritur licentia,quòd debet præcedere.& non ſufficit, quòd ſubſequatur. Bar Iaſ & Doct.d.§.iuſſum.Abb.c.licèt nu.11. de regular Et vbi requiritur licentia,intelligitur de expreſſa,ita quòd non ſufficiat tacita. Ioan.Andr.Archid.Anch. Fran.& al.j in c.ſi Abba.de electio in 6.Bal.& Doc.l.fi.§.licentia.C.de bon.quæ libe.Alb.de Roſ in d.verſi.licentia,& & eſt com.opi.Corſet.ſing.ver.licentia. Fauore tamen matrimonij crederem ſatis dici licentiam eſſe datàm ſi parentes agnati,& cognati ſunt præſentes matrimoniis,vel ſponſaliis, & non contradicentes, niſi fortè non contradicerēt ob timorem veriſimilem:quia tunc non cenſentur dare licentiam. arg not.per Fel.in c.nonne col.2.nu.8.verſi.fallit ſecundo. de præſumpt.& not.in ca.1.de deſpon.impub.

¶Præmiſſa omnia quæ deduxi ad declarationem,& limitationē dicti decreti, deduxi motus fauore matrimonij,& ut quilibet iudex melius habeat pro veris ipſas limitationes per me datas ad ipſum decretū in d.§.Matrimonia ac cautelā abundantem,uidere poterit ea,quæ de ipſo decreto,& ipſis ſtatutis valeant,an uerò nō valeāt dicit Alex.conſ.97. Principalis volu.1.& Fran.Cur.Sen.conſi.27.Magnificus. Abb c 1 col.pen.uerſic.& hæc faciunt ibi, & placet mihi,& Fel.col.5 nu.11 uer.2.quid.ibi,& quantum & col.6 nu.13. ver.quarta declaratio.de ſpon.per illum tex.Dec.conſ.231. Viſo col.2.nu.2.ver.& ad confirmationem ſum.Ang.uerſ. Matrimonium 2.uer Impedimentum 17.uer.utrum ſtatutum patriæ.ibi, eſt magis communis opin.Conſulo tamen ad cautelam, quod ſeruetur decretum adhibendo licentiam

eorum

eorum, de quibus in ipſo decreto, etiam in caſibus, quibus
23 dixi non eſſe neceſſariam: quia vbi eſt † conſenſus eorum ceſſat omnis ſuſpicio metus, ac doli. Iaſ. l. Pollam. C. de his quibus vt ind. & ceſſat ſuſpicio, ne puellæ ſeducantur ad renuntiandū hæreditatibus, vel bonis ſuis dum cōtrahunt matrimonium clandeſtinū, ob quàm ſuſpicionem etiā cenſetur factum ipſum decretum glo. Hoſt. Ancha. Abb. & alij rub. de cland. deſp. Cenſetur etiam factum decretū ne puellæ & fil. jfamil. contrahant matrimonia cum indignis, vel infamibus, ſeu turpibus perſonis. Ergo ſi contrahant illud cum dignis, vel cum ſuis æqualibus etiam ſine licentia, & ſine conſenſu patris, & aliorum de quibus in decreto, ceſſabit ipſum decretum, & eius pœna locum nō habebit tam reſpectu damni, q̃ lucris, quod aufert & eſt magis communis opi. Alex. conſ. 97. Principalis col. 3. verſi. vnde, concludit, & ver. facit & ver. vnde cum & verſ. ceſſat enim vol. 1. Ac etiā factū ne minis, ac blanditiis, & pollicitationibus indebitis, puellæ ſeducantur. Cotta memor. ver. Statuta Italiæ, quę diſponunt. Ergo ſi abſque læſione puellarū, & ſic abſque earum renuntiationibus de eorū bonis factis, & abſq; minis, & blanditiis, & ſeductionibus, & abſq; indebitis, & nō veris pollicitationibus ſponſalia, & matrimonia in caſu aliàs licito cōtrahantur cum æquali, & ſic digno etiā abſque licētia eorū de quibus in ipſo decreto, ceſſabit decretū & eius pœna. Anch. d. conſ. 21. Pro ſolutione col. 2. in fi. verſ. vel dicamus & col. 3. in prin. ver. & hoc caſu debet. Grat. d. conſ 42. Viſis vol 1. Et dixi ſuprà de prædictis omnibus in quib. & aliis, remitto me ſemper iudicio Excellētiſs. Senatus Mediolani. Et tu aduocate ſemper cōſulas ad cautelā abundantē debere adhiberi licentiā eorū, de quib. in decreto, vbi agitur de matrimonio, aut ſpōſaliis cōtrahēdis, etiā ꝙ caſus ſit licitus, abſq; licētia, ne poſſit dici tibi, ꝙ vbi agitur de licētia petenda, aut habēda à ſuperiore, ꝙ debeat peti ēt in caſu alias licito, ex quo ſuperior cenſeť ſibi reſeruaſſe cognitionē, an caſus eſſet licitus, vel nō Abb. c. vt ſu. p col pe. n. 17. ver. ſi. verò fuerit de reb. ec. alie. vel nō. Sed vbi matrimonia, vel ſponſalia iā ſint cōtracta abſq; ipſa licētia deducere poteris pro defenſione matrimonij, & ſpōſaliū cōtractorū abſq; licētia

limita-

limitationes meas,& dicere q̄ licẽtia patris, & matris,agnatorũ,& cognatorum non requiritur tanquam licentia ſuperiorum prout eſt in caſu. Abb.in d.ca.vt ſuper. Sed requiritur ad finem ne ſponſalia vel matrimonia fiant cum indignis,qui parentibus agnatis,& cognatis iniuriam afferẽt ex tali matrimonio, vel ſponſalitio inæquali . ergo vbi matrimonium & ſponſalitium eſſet æquale,ceſſaret pœna dicti decreti . Petr.de Ancha.d.conſ.21.Pro ſolutione col.2. verſ.vel ſi dicamus.Giat.conſ.42.Viſis vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Tutor vel curator,cui eſt relicta liberatio à redenda ratione , & à confectione inuentarij tenentur de dolo in faciendo commiſſo , & pro eo , poteſt contra ipſos in litem iurari.*

2 *Tutor , vel curator non conficiens inuentarium , & librum rationum, quibus caſibus excuſetur.*

3 *Tutor,vel curator,cui relinquitur libera io à redendis rationibus , ſi nõ adminiſtrat tutelã ac curã,cadũt ab ipſo liberationis legato.*

4 *Dictio, quacunque,nihil excipit.*

5 *Liber rationum & inuentarium ſunt diuerſa , nec de vno ad aliud infertur.*

6 *Forma data à lege vel ſtatuto,vbi non ſeruatur actus eſt nullus.*

7 *Iuramentũ à ſtatuto requiſitum debet à tutoribus ſub eiſdẽ verbis præſtari,aliàs tutela nõ valet.& cõtra eos poterit in litem iurari.*

8 *Statutum loquens de tutoribus vel curatoribus an extendatur ad tutrices,vel curatrices.*

9 *Mater & auia debitrices, ſeu creditrices minorum , poſſunt eorum eſſe tutrices,vel curatrices, ſecus in agnatis vel cognatis.*

10 *Agnati & cognati hodie ſunt legitimi tutores . & ſtatutum in agnatis cauſa hoc diſponens, habet locum & in cognatis.*

11 *Statutum faciens mentionem de iure , an intelligatur de iure communi, vel ſtatutario.*

12 *Tutor datiuus qua inquiſitione à iudice dari debeat .*

13 *Iudex non doctor,exercens actus doctoris,punitur.*

14 *Iudex & pars tenentur ſeruare formam ſtatuti.*

15 *Iudex ſi formã ſtatuti nõ ſeruet,punitur,et cõtra eũ in litẽ iuratur.*

16 *Tutores,qui ob morbum non fecerunt inuen arium , vel librum rationum,*

tionum; excuſantur idem de curatoribus eſt.

17 *Tutores ſi in inuentario non poſuerunt res, quæ erant occultæ excuſantur.*

18 *Conſuetudo excuſat tutores, à non confectione inuentarij.*

19 *Tutores excuſantur à non confectione inuentarij, vbi tantum in ea expediſſent, quàm valerent bona.*

20 *Inuentarij bonorum minoris omiſſio, aliquibus non nocet, vbi expediebat bona minoris non manifeſtari.*

21 *Inuentarij remiſſio per teſtatorem tutori facta valet, niſi aliter ex cauſa iudici viſum ſit.*

22 *Forma ſtatuti per aliquem recognoſcentem ſuperiorem derogari non poteſt, aliàs contra eum in litem iuratur.*

23 *Tutores non tenentur pro his; quæ egerunt ante confectionem inuentarij, ſi ea inuentarium neceſſario præcedere debebant.*

24 *Modicus defectus in redendis rationibus non conſideratur.*

25 *Doli præſumptio in re modica ceſſat.*

26 *Mora in non conficiendo inuentario purgari per adminiſtratores infrà breue tempus poteſt, ſi ſe adminiſtrationi non ingeſſerunt.*

27 *Tarditas arguit dolum.*

28 *Tutores non exhibentes inuentarium, & librum rationum, & reliqua non reſtituentes tenentur, & contra eos in litem iuratur.*

§. IX.

1 SED vt opus † per me cœptum in materia iuramenti in litem, Deo dante perficiam, reuerendo ad propoſitũ de quo dixi ſuprà, in verbo dicã cũ Virgiliana Didone nume. 37. verſi. fallit in caſu; & nu. 51. ver. ſed redeundo. Dico ꝙ etiam ſi tutori, & curatori delicta fuiſſet liberatio à reddenda ratione, & à confectione inuentarij, & libri rationum, cum legato eius omnis in quod eos cõdemnari contingeret, ꝙ reſpectu veri doli in faciendo cõmiſſi, non valet talis liberatio, & legatum, & iurari in litem poterit nihilominus contra eos pro dolo vero in faciendo commiſſo, ſeu pro dolo vero cum, ſit communis opinio, quòd tutor ac curator non obſtantibus dictis liberatione, & legato teneantur de dolo in faciendo cõmiſſo, & ad reliquorum cõſignationem, & pro eis rationẽ reddere, & pro

ipſo dolo in faciendo commiſſo poſſit contra eos in litem iurari. Et vbi tutor ac curator bona minorum dilapidant, vel in proprium vſum conſumunt, dicitur dolus in faciendo commiſſus, D.Hier.Grat.conſi.23.In cauſa col.1.Carol. Rui.conſi.29.Plura nu.13.in fi.vol.5.glo.& Doct.in l.quidam decedens.ff.de admi.tut.Dec.conſi.178. In cauſa. & conſ.192.In caſu.Alex.cōſi.62.Sereniſſimus vol.4.Sali.l.cū neceſſitatem.C.de fideic.Vbi tamen hæc tria concurrerent videlicet ꝙ tutor, ſeu curator ſit coniunctus, & quòd non ſit factus locupletior, & quòd arguatur ſolum de dolo præſumpto: quia non fecit illud ad quòd tenebatur vigore eius officij, ſtantibus dictis liberatione ac legato videtur ꝙ non poſſit conueniri, & ꝙ talis liberatio eidem proſit, nec poſſit contra eum in litem iurari. Deci.d.conſi.18. In cauſa.& d.conſi.192.In caſu.Fulg.conſi.21.Spectabilis. Fallit vt dicam hic inferius verſic.quarto etiam in fin.

2 ¶Quarto etiā † excuſantur tutores, & curatores, ſi nō fecerunt inuentarium, ac librum rationū, vt hac ſola de cauſa contra eos in litem iurari non poſſit, ſi nec alium dolum, nec latam culpam cōmiſerint, vbi copulatiuè teſtator liberauerit eos, à rationibus reddendis, vel iuſſerit eos eſſe analogiſtos, glo.& Doc.l.quidā decedens ver.analogiſtos. & l. tutor qui repertorium ver.niſi fortè.ff.de admini.tuto.faciunt not.per Fulg.d.conſ.25.Spectabilis col.2.verſ.deinde & fi.& per Dec.d.conſ.192.col.fi.ver.& ad hoc.& l.igitur.§. poteg.ff.de libera.cauſ.Vel inuentarium, ac librum rationū fieri prohibuerit, ſeu vt non fiat remiſerit l.fi.C.arbitr.tutel.Bar.d.l.tutor qui repertorium num.18.verſ.quæro quæ dicatur. Fallit in caſu de quo ſuprà dixi.in ver.dicam cum Virgiliana Didone nu.37.ver.fallit in caſu quo tutor. & ſuprà in prin.huius ver.nu.1.

3 † Fallit quoque vbi tutor, ac curator cui relicta fuit liberatio à reddendis rationibus, etiā cum legato eius omnis, in quod eos condemnari contingeret non acceptarunt tutelam, nec curam; quia de iure nouiſſimo tutor ac curator nō adminiſtrantes tutelam, ac curam cadūt ab ipſo legato liberationis, & ab omni alio legato ſibi facto à teſtatore, nulla facta diſtinctione an contemplatione compenſandi onus tutelarum, an verò aliàs ſibi

fuiſſet

fuiſſet relictus.& eſt cōis opi Ro.conſ.235.Quò ad primū col.1.ver.eſt igitur.Bar.& Alex.l.ſi legatarius.C.de leg. Et hoc procedit etiā contra tutorē.ac curatorē coniunctū teſtatori . Dec.d.conſi.192.In caſu col.2.num.3.Et de hoc vide latius per Rom.d.conſi 235.& per Dec.d.conſi. 192.

¶ Fallit ēt in dominio Mediol.in quo eſt decretū ſub rub. de tute.§.tutores.quo cauetur ꝙ tutores & curatores inuētariū facere teneantur nō obſtante quacunq; liberatione, nec prohibitione per teſtatorem facta . Ergo ſi illud nō faciunt, ad quod conficiendū ratione eorū officij ſciunt,ſeu ſcire debent ſe teneri nō obſtantibus dictis liberatione, ac prohibitione,& legato eis facto , iurari in litem contra eos poterit,ex quo tutores & curatores ſciunt. ſeu ſcire debent ſtante ipſo decreto teſtatorem non potuiſſe remittere confectionem d.inuentarij.& ad hoc faciunt ea quæ dixi ſuperius,in ver.Dicā cum Virgiliana Didone nu.37.verſi.Fallit in caſu Grat.conſ.23.In cauſa col.2.nu.18.verſ.nam tenentes vol.1.arg.l.nemo pōt.ff.de le.1.Bar.l.tutor qui repertorium col.4.nu.20.ver.venio.ibi,ſcit vel ſcire debet ff.de admi.tuto.facit l.nō dubium.C.de legi.& l.quemadmodum. in fi.C.de agri.& cenſit.li.11.& l.1.C.de vſu & habi.verbum enim decreti nō obſtāte quacunq; liberatione nec prohibitione per teſtatorē facta,vt tutores , ac curatores teneātur conficere inuentarium comprehendit , vt illud teneantur conficere etiā ꝙ eis eſſet factū legatū eius omnis , in quod eos cōdemnari cōtingeret,cum liberatione ac prohibitione non conficiendi inuentariū,propter illa verba prægnantia,nō obſtante quacunq; liberatione,maximè cum legatū eius ois in quod cōdemnari cōtinget factū tutori,ſit liberatio in effectu & cōdemnationis,& reſtitutionis, & rationis reddendæ,& decretū vult quācunq; liberationem non obſtare,& ea non attenta debere cōfici inuentariū, ergo non obſtantibus dictis liberatione,prohibitione,ac legato cōfici debebit inuentariū,alioquin in litem iurari poterit , ꝑ ipſum verbū decreti nō obſtante quacunq; liberatione.D. Beneuenutus Stracha egregius Doctor. Anchonitanus in trac.de mercatura nu.83.ver.rurſus occurit.Cæp conſ.14. Pro declaratione nu.11.tex.& glo.in cle.1.ver.quauis cau-

4 ſa.& ibi not.Doct.de re iud.Dictio enim † quacunq; nihil excipit c.ſolicitè in fi.de maio.& obed.Alb.de Roſ.in dicti verſ.quodcunq; nihil excipit text in l.1.§.ſi ff.quæ in fiau. cre.facit l ſi mater.§ eandem cauſam in fin.ff.de excep.rei iudi.glo.l.ſi pupilli.§ idem ait. verſi.ipſo geſto.ibi, ſinautem aliquo modo.ff de neg.geſ.

¶Sed ſtante ipſo decreto Mediolani, quo cauetur ꝙ tutores,& curatores teneantur conficere inuentarium, ſeu repertorium,non obſtante quacunque liberatione,nec prohibitione per teſtatorem facta. Quæro an cenſeatur etiam velle decretum ꝙ tutores,& curatores teneantur conficere librum rationũ,non obſtãte quacunq; liberatione,& pro-
5 hibitione facta per teſtatorem,& dic ꝙ non : quia † decretum ipſum ſolũ loquitur de inuentario,ſeu repertorio cõficiendo non obſtante dicta liberatione, & prohibitione: ergo non extendetur decretũ ipſum ad librum rationum, cum inuentariũ ſeu repertoriũ & liber rationũ ſint diuerſa, & de vno nõ infertur ad aliud:vt dixi ſuprà in ver.Dicã cum Virgiliana Didone nu.33.verſic.memoria ſeruabis,& nu.ſeq.ver.& quãuis l.Papinianus exuli.ff.de min.maximè cum decretum ipſum ſit correctorium iuris cõis, ſecundũ quod teſtator põt prohibere, ne tutores,ac curatores conficiant inuentarium, ac librum rationum l.fin.C.arbit.tute.Dec.d.conſ.178.In cauſa & d.conſ.192.In caſu.Ergo cũ decretũ ipſum corrigat ius cõmune reſpectu inuẽtarij, ſeu repertorij, vt non poſſit tutoribus & curatoribus remitti, non extẽdetur decretũ ipſum ad librum rationum, & ſic liber rationũ à teſtatore remitti, & prohiberi poterit,nõ obſtante ipſo decreto : quia decretũ ipſum eſt correctoriũ iuris cõis, & in materia correctoria nõ eſt licita extenſio etiã ex maioritate rationis. Et eſt cõis opi.Iaſ.auth.quas actiones col.5.nu 21.ver.ex quibus & nu.22.verſ.& ꝙ in ſtatutis C.de ſacroſ ecc.gl.in auth.de admi.in ſac.pal Et liber rationum tanquã caſus omiſſus ab ipſo decreto remanet in diſpoſitione iuris cõis, vt à teſtatore remitti poſſit l.commodiſſimè ff.de li.& poſth.Quo caſu facta remiſſione, ſeu prohibitione per teſtatorẽ,ne fiat liber rationũ, vel vbi teſtator iuſſerit tutores & curatores eſſe analogiſtos,vel eos liberauerit

liberauerit à reddendis rationib. maximè cũ legato de quo ſupra dixi, non tenebuntur tutores, & curatores conficere librum rationũ, & ſi non conficerent non poterit contra eos in litem iurari occaſione libri rationũ non cõfecti, etiã ſtante decreto de quo ſupra. Bar. l. tutor qui repertorium nume. 18. ver. quæro quæ. ff. de admi. tuto. Fallit in caſibus quibus dixi & q͛ teſtator remiſerit, ſeu prohibuerit inuentarium fieri poſſe ob illius omiſſionẽ litẽ iurari de iure cõi, quia in illis etiam poterit in litẽ iurari ob librũ rationũ nõ confectũ, etiã q͛ teſtator illũ fieri prohibuerit, de quib. dixi ſup. in verſi. Dicam cum Virgiliana num. 37. verſi. fallit.
¶Decretum Mediolani ſub rubr. de tutel §. tutores dicit tutores & curatores inuentariũ teneri facere nõ obſtante teſtatoris prohibitione, & in cõfectione inuẽtarij teneri iurare in hãc formã videlicèt. ſe oĩa de quibus notitiã habẽt in eo deſcribi feciſſe, nec eos ſcire vel credere aliud fore in bonis vel iurib. ipſius minoris ultrà in ipſo repertorio deſcri-
6 pta. Vnde quæro † ſi tutor, & curator nõ iurauerit ad formã dicti decreti, an poſſit iurari in litẽ cõtra eũ etiã q͛ inuẽtariũ, ac librũ rationũ confecerit? & dic q͛ ſic: quia decretũ requirit dictũ iuramentũ pro forma ex quo dicit decretũ in hanc formã iurabunt. Fel c. cũ dilecta col. 8. ver. decimũ & vltimũ ſignum. de reſc. Mar. So. c. 11. col. 16 ibi, & aduerte quia ſic petitur de lib. obla. Ergo ſi de verbo ad verbum formaliter nõ ſit iuratũ, prout dicit decretum, tutela ac cura, & inuentariũ non valebit, & geſta per talem tutorẽ, ac curatorem etiam non valebunt tanq̃ geſta forma non ſeruata text. & ibi not. Fel in d. c. cum dilecta col. 8. verſic geſta contra formam ſunt nulla & col. 9. verſic amplia primo de reſcrip. vbi enim non ſeruatur forma data à lege, reſcripto vel ſtatuto, actus non valet tex. vbi Fel d ca. cum dilecta, & tex. in c. Piſanis de reſtit. ſpol & in ca. venerabili de offic delega. & in l cum prætor. §. cum hi. & l. de his vbi Doctor. ff. de tranſact. l ſi § omnem vbi Bart per illum tex. C. de adminiſtratio. tuto. Alexã. conſ. 16 alias. vol. 5. Et cum iuramen-
7 tum † ipſum requiratur pro forma, & iuramentum requirat verba, debent ipſa omnia verba decreti de verbo ad verbum formaliter exprimi, & iurari expreſsè alioquin inuen-

tarium,& ſic tutela, ac cura non valerent, etiam quòd per verba æquipollentia eſſet iuratum, vel etiam quòd eſſet iuratum per aliqua verba dicti decreti: & deinde dictum ꝙ iuratur in omnibus & per omnia, prout requiritur ex forma dicti decreti: quia ſi aliquod verbum etiam minimum ex verbis iuraměti dicti decreti deficeret, nõ valeret actus, & ſic inuentarium & tutela ac cura eſſent nullus valoris, etiam ꝙ eſſet dictum ꝙ iuratur in omnibus & per omnia, & de verbo ad verbum formaliter, prout requirit decretũ, & eſt cõmunis opinio. ita inquit D. Mar. Soc. ſen conſi. 24. Viſis col. 6. num. 20. verſ. verum & col. 7. num. 21. verſi. nec obſtat quòd imò, & ver. cum ergo & num. 22. ver ad quòd accedat vol. 1. Bal. conſ. 110. Decreto col. 2. ver. ſecundò ratio iuncto verſ. nec obſt. illa verba vol. 1. Hippol. ſing. 415. Iuramentum text. vbi Docto. ca. pen. de iureiur. Hoſt. Ioan. And. & Inn. verſ. & audientium in c. 2. de conſuetu. Nullus tract. bannitorum in 3. part. 1. tempo. q. 9. uerſ. nono ſtatuto. Aret. inſti. de legit. agnator. tutel. col. 3. uerſi. tertiò principaliter c. 1. & ibi Abb. col. fi. & c. pen. de Bapt. S. Petr. Lombar. Sententiarum Magiſter, & Theologorum Princeps, Nouarienſis lib. 4. ſenten. cap. 2. rubr. de forma Baptiſmi & c. 3. in fin. ubi docet quòd etiam in baptizando forma uerborum à D. N. Ieſu Chriſto. data debet ſeruari dicendo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſanct, & non in nominibus: alioquin ꝙ non cenſetur qui Baptizatus, & eſt communis opinio. Abb dict. ca. 1. col. fin. uer. Quintò quæro, & uerſicu. Vltimò quæro. Ergo ſi tutor ac curator non iurauerint ad formam decreti, inuentarium habetur pro non facto, & contra eos poterit in litem iurari: cum paria ſint non conficere inuentariũ, & minus legitimè facere, & cum non iurauerint ad formam dicti decreti, ad cuius iuramentum ſciunt uel ſcire debent, ſe teneri ratione officiis, cenſeantur in dolo. Ergo poterit contra eos in litem iurari, etiam quòd inuentarium ac librum rationum confecerint, ubi iuramentum eiuſdem decreti nõ præſtarunt. Bar. d. l tutor qui repertorium col. 3. nu. 15. verſi. quæro quid ſi tutor in inuentario non poſuit omnes res & col. 4. nu 20. uerſi. uenio ad ſecundam & nume. 21. uerſic. uenio ad tertiam

tiam

tiam.ibi itē ꝙ dicitur.ff.de admi tut.& pro hac opi.mea accedāt ea quæ dixi ſup.in verſ.primo itaq; ampliatur nu.85. ver.itē iurari.& in verſ.dicā cum Virgiliana Didone nu.9. verſi.contra tutorem.Dec.conſi.178.In cauſa nu.2.verſi.&
8 caſu.Non procedet tamen † decretum ipſum Mediolani in d.§.tutores & curatores inuentariū,&c.ſub rub.de tutelis, in matre & auia tutricibus & curatricibus minorū:quia ipſæ non tenentur conficere inuentarium, vbi eis fuerit à teſtatore prohibitum d.l.fi.C.arb.tut.nec tenentur iurare ad formam eiuſdē decreti, ſe omnia de quibus notitiā habent in eo deſcribi feciſſe, &c.ex quo d.§.tutores loquitur ſolū de tutoribus & curatoribus:vt faciant inuentariū, & ꝙ eſſent prohibiti à teſtatore illud cōficere, & vt debeāt iurare ſe oīa de quibus,&c.& nō dicit aliquid de tutricibus & curatricibus, quo caſu decretū in d.§.tutores dum loquit̄ de tutoribus & curatorib.nō debet extēdi ad tutrices & curatrices,ex quo decretū ipſum ſub rub.de tutelis.verſi.Aliaq; faciat,& obſeruet, &c.expreſsè prouidit reſpectu matris, & auiæ tutricū,vt teneātur facere ea quæ ius cōe requirit, vnde nō intelligitur de ſolennitate decreti, ſed iuris cōis tantum, propter illud verbum ius cōe.Alex.l.poſt dotem col. pen.verſ.plus dicit,ibi tn̄ contra dictam.ff.ſolu.matr.Ergo decretum ipſum in d.§.tutores dum loquitur ꝙ tutores & curatores teneantur conficere inuentarium non obſtante teſtatoris prohibitione, & vt teneantur iurare prout in ipſo decreto,nō procedet in tutricibus & curatricibus : quia maſculinū nō cōcipit fœmininum, vbi eſt facta mentio diſtinctæ de vtroq; ſexu.Dec.l.fœminæ nu.99.ver.Quintò limitatur.ff.de reg.iur.Bal.l.in multis in fi.ff.de ſtat.homi.& conſ.186.Quia allegationes vol.1.Iaſ.l.ſi quis id qđ nu.13. uerſic.Tertiò limita.ff.de iuriſdict.om.iudic.Et eſt ratio: quia decretum magis confidit de matre & auia, tutricibus & curatricibus quas non intendit aſtringere ad confectionē inuentarij,vbi à teſtatore fuerit prohibitū vel remiſſum nec intēdit aſtringere ad iuramentū dicti decreti,q̄ cōfidat de aliis tutorib.& curatorib.ex quo mater & auia cenſentur magis amare eorū filios,ac nepotes,q̄ alij l.iſti quidē in
9 fi.ff.qđ met.cauſ.l.videamus.ff.de in lit.iur. Mater.n. † & auia

quia debitrices & creditrices minorum poſſunt eſſe tutrices & curatrices eorum. Agnati autem & cognati debitores & creditores minorum, non poſſunt eſſe tutores & curatores eorum.text.in authen.vt hi qui obligatas ſe hab.perhib. res minor.vbi.gl.ver.ad curatorem.& text.in auth.vt ſine prohibit.mat.debit. & credit.&c.Et eiſdem rationibus, dico,quod aliud decretum ſub rub.de tutelis,§.tutores & curatores generales.&c.non procedet contra matrē & auiam, tutrices ac curatrices. Iaſ.d.verſi.3.limita. Tutela enim & cura eſt officium differens, quòd non ita conuenit regulariter fœminis ſicut maſculis l.fin.ff.de tutel.ergo maſculinum nōn concipiet fœmininum, & ſic decretum ipſum loquēs de tutore & curatore,nō cenſetur cōprehendere tutricē nec curatricē.Bar.l.1.ver.aut de mēte.ff.de verb.ſign.
10 ¶ Decretum aūt † ipſum ſub rubr.de tutelis.obligans legitimos admonendum mātrē & auiam,& etiā eos obligans ipſo iure ad intereſſe & damna minorū,vbi ipſis legitimis tutela, ſeu cura à iure defertur,etiā ꝙ eam nō acceptauerint, nec ipſis de facto fuerit decreta, intelligitur non ſolum de agnatis,de quibus ſuprà dixi nu.27.verſ.ſed mater.Sed etiā intelligitur de cognatis:quia hodie lex facit ipſo iure legitimos tutores,nō ſolum agnatos,verumetiā cognatos.Ang. Aret.Inſtit.de legiti.agnat.tut.col.2.in fi.verſ.ex quo ſequitur & verſ.in ea.glo.ibi legitimos. & de hoc eſt text.in.§.ex his autē.in auth.de hære.ab inteſt.ven.Iaſ.conſi.149.In iſta vol.2.Et eſt decretum ipſum cōforme cum iure communi: quia etiā de iure cōmuni agnati & cognati,qui ad tutelam vocantur,ſubiacēt periculo tutelæ,& eorū bona ſunt tacitæ obligata minoribus,eo ipſo ꝙ à iure vocantur ad ipſam tutelam,reſpectiuè tamen prout ſunt propinquiores in ſuccedēdo & idonei.& de hoc videtur text.in d.§.ex his autem. circa fi.ibi,tutelæ periculo oībus imminente,qui ad tutelā vocantur, &c. ponderando ꝙ dicit vocantur, & non dicit ordinantur.Et ſic intelligitur eos obligare ad præmiſſa eo ipſo ꝙ à iure vocātur: prout vtitur eodē verbo imperator. in d.§.ex his autem in prin.ibi, quò ad hæreditatem vocatur,quod intelligitur à iure ergo ſimiliter illa verba,qui ad tutelā vocātur, intelligūtur à iure.prout intelligitur aliud

verbum

verbō præcedens l.ſi ſeruis pluriū. in fi.ff.de leg.1.Et quòd legitimi,hoc eſt agnati & cognati quibus tutela minorum de iure defertur vbi ſint idonei, eo ordine prout ſuccederent minoribus,teneantur ad damnū, & intereſſe minorū, etiā ꝙ nō gerant negotia minorū,& ſibi non faciant decer ni de facto à iudice tutelā,ſeu adminiſtrationē, eſt gl.inſti. de legitim.agna.tut.in prin.verſ.duodecim tabularū.& ibi Doct.not.Ergo contra eoſdē agnatos, & cognatos tutores legitimos,iurari in litē poterit per adultos, pro eorū damnis,ac intereſſe,etiam ꝙ nō adminiſtrauerint, nec tutelam expreſſe acceptauerint, ex quo ſunt tutores ipſo iure creati à iure.Ergo ſi non fecerunt ſibi à iudice decerni adminiſtrationē,nec ſatis dederunt,nec adminiſtrarunt,nec inuentariū,ac librum rationum confecerūt,dicuntur eſſe in dolo,ex quo non fecerunt ea,ad quæ ratione eorū officij ſcire debebant ſeſe teneri,ergo poterit contra eos in litē iurari per minores,ſeu adultos de omnibus eorū bonis fructibus,damnis,ac intereſſe.Bart.l.tutor qui repertoriū col.3. num.15.ver.quæro.& col.4.num.20.verſi.venio ad ſecundam.& num.21.ver.venio ad tertiam.ff.de adminiſt.tuto.

¶Diſpoſitio eiuſdē decreti de tutelis prouidentis in fauorem liberorum quos teſtator decedens reliquit in eius poteſtate conſtitutos,cenſetur multo magis procedere etiā in fauorem poſthumorum,ſeu poſthumarum,ſeu poſthumæ, & ſic natorum poſt mortē patris l.fi.§.1.ff.de lib.agnoſc.§ ſi quis filiabus.inſti.qui tut.da.poſſ.& l.ſi quis filiabus.ff.de teſtamen.tu.l.qui in vtero.ff.de ſtatu hom.l.Gallus.ꝑ tot.ff. de lib.& poſthum.Et ita in ſpecie conſuluit Iaſ.conſi.149. In iſta colum.fi.ver.prima dubitatio.vol.1.

¶Item decretum ipſum loquens in fauorem minorum in caſu quo pater deceſſiſſet non dato,vel non nominato tutore,procedit etiā in caſu quo fuiſſent dati tutores à patre, ſed eorum tutela non duraſſet: puta quia tutores dati, vel nominati,à patre eſſent mortui, vel ſe excuſaſſent à tutela, vel quia mater data à patre tutrix, tranſiſſet ad ſecunda vota, nam tūc in ipſis omnibus caſibus procedit nihilominus ſemper decretum Mediolani ſub rubri.de tut.in omnibus prout iacet,cum paria ſint ꝙ nō fuerit datus, vel nomina-

tus tutor à patre, vel quòd ipſa datio,& nominatio nō habuerit effectum cum decretum in ratione finali conſideret effectum prouidendi de tutore ob vtilitatem minorē,ſicuti in ſimili dicimus in l.1.in princ.ff.de ſuis & legit.& inſti.de hæredi.quæ ab inteſt in princip facit d l.Gallus.§.& quid ſi tantum.paria enim ſunt non eſſe factum, vel eſſe ſine effectu,& ſeu effectū non durare l.legatarius.§ ſi legatum.ff. de leg.1.& ita conſuluit Iaſ.d.conſi.146.in iſta col.fin.in fi. verſ.alia vol.2.vnde cum decretum ipſum velit non poſſe deueniri ad datiuū tutorem,niſi deficientibus omnibus legitimis,matre & auia non exiſtentibus,vel ad ſecunda vota tranſeuntibus, & in alijs oībus caſibus,decretū iſtud velit, ac etiā obliget legitimos,& ſic agnatos, & cognatos,& alia diſponat:vt conſtat ex ipſo decreto,procedit decretū ipſum generaliter etiā in minoribus poſthumis, & ēt in caſu quo à patre de tutore fuiſſet prouiſum, ſed tutela non duraſſet, Iaſ d.conſ.149.In iſta vol.2.vult.n.decretum ipſum in.§ ſi verò nullus.quòd ad datiuum perueniri non poſſit,niſi in defectū vbi nullus legitimus reperiatur.Iaſ.d.conſi.149.In iſta.Cur.Sen.conſi 46.Super. Eſt omnino notandū ꝙ cum decretum ipſum ſub rubr.de tutelis dicat,quòd ille, vel illi cui, vel quibus tutela tanquam legitimo ſeu legitimis deferretur de iure,quòd teneatur,ſeu teneantur monere matrē, & alia facere de quibus in ipſo decreto, & itē dum idē decretū in.§.his legitimus.dicat ꝙ legitimus teneatur promittere,& facere ſecundū iuris diſpoſitionē,ac etiā cū in.§. & vbi ille.diſponat quòd vbi ille cui tutela primo loco deferretur, non eſſet idoneus, &c.ꝙ tunc tutela decernatur alteri propinquiori ſecundū iuris diſpoſitionē,ac etiā in.§. tenebuntur.dicat quòd illi ad quos tutela, vel cura de iure ſpectat, teneantur ad pœnas iuris, &c.ac ſi tutelā acceptaſſent,&c. etiam ꝙ duo agnati, vel cognati citati fuerint ad lites ad formā eiuſdem decreti ſub prætextu ꝙ datio tutoris,vel curatoris generalis cōmodè fieri nō poſſet.Et prout
11 latiùs conſtat ex eodē decreto, ꝙ verba illa † eiuſdem decreti facientia mentionē iuris,vel de iura,quòd intelligantur de iure communi, vel de iure ſimpliciter, & ſic etiā de iure eorundem decretorum, vel de iure ſtatutario ciuitatū

&

& locorum dominij Mediolani, prout in facto iura ipſa vigere, & militare reperientur, attento quòd ius ſtatutarium etiam dicitur ius in eo loco in quo viget l. omnes populi. vbi tex. & Iaſ. ff. de inſtit. & iur. & ita in ſpecie in caſu dicti decreti conſuluit Iaſo d. conſi. 149. In iſta col. 2. verſicu. ad iſtud fundamentum & col pen. ver. tertio reſpondeo vol. 1. Cur. Sen. conſ. 46. Super col. fi Bal. l. vnica col 12. verſic. ſed dubitatur quare in fin. C de confeſſ. & in titu. de pac cōſt. verſic. Nos Romanorum & in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. & in l. conſtitutionibus in fi. C. de bon. quæ lib. Ergo ſtante ipſo decreto, vbicunq; patruus, vel alius agnatus ex forma ſtatutorum ciuitatum, & locorū in hæreditate excluderet auum maternum, vel alios cognatos minorū in eorum hæreditate, cenſentur etiā ex forma eiuſdem decreti idem patruus, & alij agnati excludere auum maternū & alios cognatos à tutela dictorū minorum ex forma eiuſdē decreti. prout reſpectiuè excluduntur à ſtatutis ab hæreditate: quia ius commune diſponit ꝗ ille dicatur legitimus tutor, qui de iure vocatur ad hæreditatem, ſiue ſit agnatus, ſiue cognatus l. 3. in princ. vbi no. ff. de leg. tut. & l. vbi Bar. & Sal. C. de leg. tut. Aret. inſtit. de leg. agnat. tut. colum. 2. verſic. ex quo ſequitur & verſi. in ea. gloſſ. ibi. l legitimos & ita voluit etiam Iaſ. d. conſi. 149. In iſta col 1. verſi. nam ex quo & col. pen. verſic. tertio reſpondeo. vol. 1. & Curt. Sen. conſi. 46. Super. Ergo iungendo ſimul ius commune cum iure ſtatutario & decreti, vbicunque ſtatutum loci excludet ab hæreditate auum maternū, vel alios cognatos ſtantibus patruis, vel aliis agnatis, tutor legitimus in caſu dicti decreti, qui omnibus erit præferendus, & qui tenebitur ad ea de quibus in ipſo decreto, & contra quem in litem iurari poterit, etiam quòd tutelam non acceptet, erit patruus, vel alius agnatus qui ex forma ſtatutorū loci erit præferendus in hæreditate auo materno, vel aliis cognatis. Et auus maternus, & alij cognati erūt tutores legitimi in caſu d. decreti caſu quo ipſi ex forma iuris cōis nullis ſtantibus ſtatutis in contrariū, vel ſtantibus ſtatutis, ſed non exiſtentibus agnatis, de quibus loquitur ſtatutum ad excluſionem cognatorū, ipſi auus maternus, & alij cognati admitterentur

ab inteſtato ad hæreditatem minorum, & ita voluit Iaſ.d. conſ.149. In iſta per totum maximè in col pen.verſi tertiò reſpondeo vol.2.Cur.Sen.conſ.46.Super. nu.14.& eſt text. vbi Doct.in d.§.ex his autem in auth.de hæred.ab inteſta. ven.& ibi Doct.not.per illum text.

¶Legitimi tũ tutores,id eſt, illi quibus defertur tutela,ſi haberent aliquam excuſationem ex illis de quibus fit mentio inſtitu.de excuſatio.tut.&.ff.de excu.tut nõ tenerentur ad ea de quibus loquitur decretũ ipſum, vbi eã proponerent infra 50.dies.§.qui enim excuſare vbi gloſ.ver.d.ati.inſti.de excu.tut.& ita voluit Iaſ.d.conſi.149 In iſta col pen.verſi. poſſet etiã & ver.nã ſi haberent vol.2.& ita etiã videtur declarare ipſum decretũ in.§.ſi autem mater in fine. ibi, vbi abſque aliqua legitima cauſa &c. Dom Fran.Cur.Sen.d. conſi.45.Super col.fin.ver.& plus arg.l.2.C.de noxal.act.

21 ¶Cum autẽ † ex ipſo decreto in §.ſi verò nullus, cauetur,ꝙ vbi nullus tutor legitimus reperiatur idoneus,ꝙ tunc procedatur ad datiuum qui dandus eſt cum legitima inquiſitione & per iudicem,qui Iuriſconſultus ſit, & nõn per aliũ intellige,ꝙ dari debet per inquiſitionem, hoc eſt cauſa cognita,& citatis agnatis,& cognatis,amicis,& vicinis minorũ,habendo informationes de moribus, & facultatibus,& aliis contingentibus,& ꝙ dari non debet ad ſolam petitionem matris,nec alterius.Et ſi hoc non ſeruetur,tutela datiua eſt nulla,etiam ꝙ in ea diceretur, ꝙ iudex cognouit tutorem datum idoneum,niſi conſtet per alia acta præcedentia de ipſa inquiſitione facta. Curt.Sen.d.conſ.46.Super col.fin.nu.12.ver.tamen & ver.quia quilibet.Iaſ.d.cõſ.149. In iſta col.3.ver.item decretũ requirit vol.2.faciunt no.per Bar.in l.ſcire §.fi.ff.de tut.& cur.dat.ab his & per Bald.in l. omnem ver.quæro an datiuus.C.ad Tertul.

¶Tutela etiam datiua,hoc eſt in defectum omniũ agnatorũ,& cognatorũ data, alij quã legitimo tutori,cui de iure defertur ob ſpẽ ſuccedẽdi minoribus,in dominio Mediolani eſt nulla vbi data fuerit per iudicẽ,qui tempore decretæ tutelæ nõ eſſet Iureconſul.ideſt,Doct.ex quo decretũ requirit tutelã datiuã dari per iudicẽ, qui Iuriſcõſultus ſit,& nõ per alium,etiã quod decretũ vlterius non procedat annullando,

lando, ita cõſuluit in ſpecie Curt.Sen.d.conſ.46.Super col. pen.nu.14.ver.confirmo.& Iaſ.d.conſ.149.In iſta col.2.verſ.
13 ſecũdo quia vol.2.& punitur † iudex acriter exercẽs actus Doct.vbi non eſt Doct.Bar.l.ſi qu s.C.de agric.& cen.Bar. & Doct.l.eos §.qui ſe.ff.de fal.Fel.c.quoniam col.fi de ma- giſt.Forma.n.data à ſtatuto, & decreto debet ſeruari, alio- quin nõ valet actus.Iaſ.conſ.191.Placet col.1.ver.itẽ.omiſ- ſio.vol 2.vbi vult ex omiſſione minimæ partis formæ de-
14 creti actum annullari.Et cũ nõ † ſolũ pars, ſed ẽt iudex te- neatur ſeruare ipſam formã Bal.& Doct.authen.iubemus.
15 C de,iu.Cur.Sen.d.ver.cõfirmo poterit † iurari in litẽ con tra iudicẽ non Iureconſultũ qui deputauerit tutorẽ datiuũ pro dãnis, expẽſis,& intereſſe minorũ ſaltẽ in ſubſidiũ arg. l.ſi.C.de mag.cõuen.iunctis no.per Iaſ.Lanfran.cõclu.284. incip.contra iudicem & per Mag.Do.Aegid.Boſſium in eius opere in tit.de rapinis, & violentiis & per Inno.Abb. Anch.Hoſt.Ioan.de Imol.& alios in ca ſi per illũ tex de his quę vi vel met.cau.fiunt vbi etiã volunt cõtra iudices poſſe in litẽ iurari,per Iaſ.hic in l ſi quando col.8.nume.45.verſ. ſubiciunt ẽt.C.vnde vi.videtur enim iudex non Iurecõſul- tus fuiſſe in dolo qui contra formã decreti deputauit tuto rem datiuũ,cũ non eſſet Iureſconſultus prout requirit de- cretũ,ergo cõtra eũ, & cõtra tutorẽ datiuũ per eũ deputa- tum,cũ ſaltẽ fuerit in lata,ſeu leui culpa,poterit in litẽ iura ri l.quemadmodũ.in fi.C.de agric.c.qui cõtra reg.iur.in 6. l.non dubium.C.de legi.Bar.l.iuſte poſſidet in fi.ff.de acq. poſ.iuncta l.alio iure & ibi glo.& Salic.C.de in lit.iurand.
16 § Quintò etiam excuſantur † tutores,ac curatores ſi non fe cerunt inuentariũ, ac librũ rationũ, vt contra eos in litem iurari non poſſit vbi morbo ſontico,vel continua graui in- firmitate impediti fuiſſent l.quæſitũ.ff.de re iud.Bar.d.l.tu tor qui repertoriũ col.3.nu.17.quæro quæ ſit.ff.de admi- ni.tut.Iaſ.conſ.111.Circa primũ col.3.ver.5.moueor vo.1.
17 § Sextò excuſantur † vbi res erãt occultæ, adeo,ꝙ inueniri non poterant,nã tunc occaſione ipſarũ rerum in inuenta- rio, ac libro rationũ nõn poſitarũ:non poterit iurari in li- tem cõtra tutores,ac curatores, & adminiſtratores.Bar.d.l. tutor qui repertoriũ col.2.nu.15.ver.quæro quid & n.17.
ver.

ver. quæro quæ facit l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil.
18 ¶ Septimò excuſantur † tutores, ac curatores, & adminiſtratores ſi non fecerunt inuentarium, nec librum rationum, vt contra eos in litem iurari non poſſit, vbi erat conſuetudo non conficiendi inuentarium, ac librum rationũ. Bar. d. l. tutor qui repertorium col. 3. verſic item ſi conſuetudo. Crau in 1. parte, de antiq. temp. in 4. limit. incip. quarto limitatur nume. 29. ver. nam dico & faciunt not. per gloſ. & Doct. in ca. cum venerabilis de conſuet. per Crem. not. 149. Mos puerorum per Roma. ſing. 19. An conſuetudo & faciunt etiam ea quæ dixi ſupra in verſic. Vnde ex præmiſſis infero nu. 54. ver 4. quotieſcunque.
19 ¶ Octauò tutores † ac curatores, & adminiſtratores excuſantur, vt contra eos in litem iurari non poſſit ob nõ confectionem inuentarij, ac libri rationũ, vbi in bonis adminiſtrandis nihil, vel parũ fuiſſet, adeo q̃ tantũ, vel plus, fuiſſet expenſum in cõfectione inuẽtarij ac li. rationũ, q̃ valerẽt bona tex. in l. Mediter. & ibi Bart. & Ang. C. de anno. & tribu. li. 10. Soc. tract. fallẽt. reg. 214. hæres inuentariũ ibi 21. fallir.
20 ¶ Nonò excuſantur † vt contra eoſdem iurari in litem nõ poſſit ob inuentarij, & libri rationem confectionẽ non factam, vbi expediebat minoribus non habere tutorẽ, vel eorum bona non manifeſtari, & ex hac, vel alia iuſta de cauſa, iudex remiſſerit confectionem inuentarij ac libri rationum. Bar. d. l. tutor qui repertorium col. 3. nu. 19. ver. atem puto, argu. l. 2. §. tractari. ff. ad Tertul. & l. fi. C. de alim. pup. præſt. & li. 2. C. quando & quib. quar. pars deb. lib. 10.
21 ¶ Decimò in litem iurari † non poterit cõtra prædictos ob inuentarij, ac libri rationum, non confectionẽ, vbi teſtator ea fieri prohibuerit, vel remiſſerit, nam tunc in litem cõtra eos iurari non poterit, ex quo nõ tenentur, tunc ea facere, niſi iudici ex cauſa aliter viſum fuiſſet. Bar. d. l. tutor qui repertorium col. 3. in fi. num. 18. verſ. quæro quæ datur. ff. de adminiſt. tuto. l. fi. vbi not. C. arb. tut. & eſt cõmunis opinio. q̃ valet remiſſio facta per teſtatorẽ de inuentario conficiendo per tutorẽ, ac curatorẽ abſq; prohibitione. Doct. in apoſtil ad Bar. in d. l. tutor qui repertorium in apoſt. in litera. F. in ver. remiſit. Doct. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. quod intelli-
ge

ge ſemper niſi aliud ex cauſa iudici viſum fuerit, vt ſupra dixi l.in confirmãdo. & l.vtilitatem ff.de confir.tut.Et tutor,ac curator quibus prohibita eſſet cõfectio inuentarij à teſtatore, ſeu quibus teſtator vetuit ne inuent.facerent,ſi illud facerent abſque iuſſu iudicis facto ex cauſa,cenſerentur eſſe in dolo Raph.Fulg.Placen.cõſ.25.Spectabilis col.2 ver.quinimo potius ergo tunc contra eos vbi ita iudici videretur inſpecta qualitate perſonarũ tẽporis,ac cauſæ poſſet deferri iuramẽtũ in litẽ, ꝑ tex.hic in l.ſi quãdo.C.unde vi.ver.pro perſonarum atq; negotij qualitate.iuncta l.alio iure cũ ibi not.per gloſſ & Salic.C.de in lit.iur.Fallit in dominio Mediolani,in quo nõ obſtante prohibitione teſtatoris fieri debet inuentariũ ꝑ tut.ac curat.ex forma ſacri decreti in eo vigentis vt dixi ſupra num.3.ver.Fallit etiam in 22 dominio Mediolani. Et iudices,† & quòd plus eſt feudatarij dominij Mediolani nõ poſſet remittere cõfectionẽ dicti inuẽtarij etiã ſtante prohibitione teſtatoris ne illud fiat.ex quo iudices,& feudatarij omnes Mediolani dominij:etiã ſi eſſent marchiones,& comites, cũ recognoſcãt ducem Mediolani in ſuperiorẽ, nõ poſſunt derogare aliquibus decretis,& nouis conſtitutionibus dominij Mediolani,nec eorũ formæ,ac ſolennitati. Et ita in ſpecie cõſuluit Iaſ.191.Placet col.fi.ver.nec huic.& ver.præterea volu.2.arg.glo.in c. fi.vbi Doct.de hæret.in 6.& not.ꝑ Ioan.de Imol.Iaſ.& Mo. in l.nemo põt.ff.de l.1.ꝑ illũ tex.Et ſi iudices, ac feudatarij ordinarẽt nõ attento ipſo decreto,inuentariũ fieri non debere,& ſeu aliquid facerẽt contra formã decretorũ Mediolani ex quibus dolus malus cenſeri poſſet,tũc cõtra ipſos iudices, ac feudatarios iurari poſſet in lit.Nic.Boer.deciſ.55. quia ſupra col.1.Iaſ.hic in l.ſi quando col.8.ver.ſubiciunt. Alex.conſ.103.videtur vol.1.Inno.Hoſt.Abb.& alij.c.fi.qđ met.cauſ.Et ita eſt tenendũ licet Bal.videatur ſentire, ꝙ iudex. poſſit non attento ipſo decreto remittere confectionem inuentarij.vt per Bal.in l.fi.col.2.verſ.quæro nunc.C. arbitr.tut.Nam hoc non eſt verum cum recognoſcens ſuperiorem non poſſit tollere legem,nec decretum,nec ſtatutum ſuperioris ſui doctor.d.l.nemo poteſt Iaſo.d.conſ.191. Placet in fin. Sed deberet tunc recurri ad Principem,

vel

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

vel ſenatum qui eſt in loco principis pro ipſa remiſſione cũm aliqua iuſta cauſa l.non ambigitur.ff.de legi.gloſ.& Doct.l.fi.C.de legi.

23 ¶Duodecimò in litem † iurari non poſſet, nec allegari ſuſpitio contra tutores,ac curatores, & adminiſtratores pro his quæ fecerunt abſque inuentarij, & libri rationum confectione,vbi ea de neceſſitate præcedere debebant inuentarium,ſeu erant talia,quæ minoribus nocere non poterãt, imò tenerentur ſi ea non fecerunt,facto, vel non facto inuentario. Rui.conſi.89.quamuis nu.7.vol.5.Bar.d.l.tutor qui repertorium col.5.nu.27.in fi.ff.de admi.tut.

24 ¶Duodecimò in litem iurari † non poſſet,contra eoſdem, vbi confecerunt inuentarium, ac librum rationum, & in eis modicus defectus interuenerit, quia modicus defectus in reddendis rationibus non conſideratur. Bal.l.1.C.ſi aduerſ.ſol.Reuerendiſſ.D.Fernandus Loat.Epiſc.Ilerdenſis, & electus Hiſpanariũ decus immortalitate, in eius diuino conſilio edito in materia feudali ſuper controuerſia oppidi à Mula quod mihi eius manibus propriis dono dedit Mediolani anno Chriſti 1552.Dum eſſet in itinere pro eundo ad ſacrum conciliũ Tridentinũ in prima dubitatione

25 num.65.ver.ſic modicus, in re enim † modica ceſſat præſumptio doli, ac falſitatis. Cran.conſ.75.Accuſator col.4. verſ.fortius facit. Alex.conſi.74.col.2.vol.1.Old.conſ.162. Thema tale eſt, P.condidit teſtamẽtum in fi.facit l.ſcio.ff. de in integrum reſtitut.& l.ſi oleum in fin.cum l.ſeq.ff.de dol.Nam & in modicis,ſeu minimis ſtatur priuatæ ſcripturæ,& ſimplici iuramento tutorum, & curatorum & quorumcunque adminiſtratorum & eſt communis opin.Do. Fer.Loazius d.verſi.ſic modicus glo.& communiter Doc. in l.fi.§.in cõputatione.C.de iur.delib.Bar.l.comperimus. C.de nauic.lib.10.Feder.de Sen.conſi.119.Nulli. Dec.l.1. col.1.in 2.nota.C.de eden.Bal.l.nulli.& l.id quod pauperibus.C.de epiſc.& cleric.Fran.de Pauinis.tract.de officio & poteſtate c.ſede vac.in 2.part.prin.in 8.q.verſ.debent ergò. Abb.Panor.c.bonæ el.2.col.fi.de poſtulat.prælato.

26 ¶Tertiodecimò in litem iurari † non poſſet contra tutores,ac curatores,& quoſlibet adminiſtratores,ſi antequam admini-

adminiſtrent longo interuallo non intereunte, velint moram purgare cõficiendo inuentarium. Barb.conſ.60. Illud vol.3. Bal.l 1.§.item .ſolent.ff.de offi.præfect.urb.Doct.l.ſi inſulam.ff.de verb.oblig. Sed ſi ingeſſerint ſeſe adminiſtrationi, tunc propter timorem ſubtractionis rerum, non poſſet mora purgari, & contra eos in litem poſſet iurari, & ſuſpicio allegari, etiã ad remouendum eos à tutela & cura, & ab adminiſtratione, cum antequam adminiſtrent, debeant mox cum fuerint ordinati conficere inuentarium l.tutor qui repertorium. ff.de adminiſt.tut.& l.tutores, & curatore C.de admini.tut. Et ita conſuluit Carol Ruin.conſi.29. Plura col.5. num.11. ibi, nec ſufficit vol.5. Affict.deciſ.360.

27 Inter Marcum Saxi. Et tarditate | enim conficiendi inuentarium, ac librum rationum, ſicuti & ex tarditate regiſtrandi, vel producendi inſtrumenta, tam reſpectu partium, quã notariorum arguitur, & probatur dolus, ac falſitas præſumitur. Crauet.conſil.28. Affertum colum.2.numer 6. verſicu.quinto oritur. Anch.conſil.234. Caſus colum.1. num.3.uerſic.& cum tempore. Bal.conſ.57 quidam vol.1. Old.conſ.183. Factum. Paul.de Caſt.conſ.281. In cauſa iſta quinque col.1.ver.1.quia & conſ.182. Super iſto col.3.ver. unde ſi uera uol.1.arg.c.tertio loco de prob.& l.cõſenſu.§. ſuper plagiis.C.de diuor.& l ſi quis fortè.§.1.ibi, nec enim debebant.ff de pœn. Ergo contra ipſos tardantes tanquam doloſos iurari poſſet in litem, Craue.d.uer.quinto oritur, iunct.nõ.per Ruin.d.conſ.29. Plura nu.11.ꝙ intelligo ſem per præuia iudicis taxatione, & habito reſpectu cauſæ, & qualitatis perſonarũ per text.hic in l.ſi quãdo & per Calca. d.conſi.93. In Chriſti nomine, Amen. in primis, & per Iaſo. conſ.211. Circa vol 1. Ex eo autẽ ſolum quòd tutor, ac curator, & quilibet adminiſtrator rei alienæ, uel cõmunis nõ fecerit librum rationum iurari poterit contra eos in litem etiã ꝙ inuentarium fecerint l.1.§.officio.ubi tex glo.Bar. Bald.& alij.ff.de tut.& rat.diſtr.& eſt communis opinio, & hoc dicunt Doct.omnes per me relati ſuprà in uer. Primò itaque amplia nu.85.uer.item iurari poterit. item ſi inuentarium nõ fecerint, poterit contra eoſdẽ tutores, & curatores, & quoſlibet adminiſtratores, in litem iurari, etiã quòd

librum rationum confecerint, d.l.tutor qui repertorium, vbi tex.& Doct.ff.de admini.tuto.& Doct.in d.§.officio ac Doct per me relati dicto nu.85.ver.item iurari. Et ſi inuen
28 tarium ac † librũ rationum confecerint,& ea; vel reliqua, vel alia bona,& iura minorũ, ſeu eorum principalium nõ exhibeant, ac eis non reſtituant poterit contra eos etiã ex hoc ſolum in litem iurari.Bar.& Doct.d.§.officio videntur enim tutores,ac curatores, & adminiſtratores omnes.eſſe in dolo non reſtituendo reliqua, ac bona Minorum,& eorum dominorum principalium, ergo contra eos in litem iurari poterit, & ex ipſo iuramento rerum quantitates qualitates pretiũ, ac damna contra eoſdem probabuntur.Doc. d §.officio Corn.conſi.318.Pro vecturali vol.4.text.in l.ſi tutor.ff.de in lit.iur.& l.pen.C.de in lit.iur.& ibi Docto.

SVMMARIVM.

1 *Deponẽs contrà depoſitariũ iurare in litẽ poteſt, ſi delinquẽs fuerit.*

2 *Depoſitum negans dicitur eſſe in perfidia; ſi contrà deponentem id neget ſecus ſi contrà eum qui illius ſe aſſerit procuratorem,vel heredem, & non probat.*

3 *Depoſitarius litigans quominus depoſitum reſtituat dicitur in dolo, & ſi condemnetur efficitur infamis.*

4 *Depoſitarius rem depoſitam ſua culpa deterioratam reddens in dolo dicitur, & contra eum in litem iuratur.*

5 *Depoſitũ vendens tenetur furti, licèt poſteà rem venditã redimat.*

6 *Deponens apud hoſpitem,nautam,vel ſimilem,valiſiam ligatam & ſigillatam, ſi poſteà ea aperta reddatur,poterit contra depoſitariũ probare res,& earum valorem iuramento,etiã ꝙ non conſtet quis aperuerit. Fallit quando conſtat id familiam hoſpitis commiſiſſe.*

7 *Iudæus,hebræus,aut aliàs periurus,aut infamis non poteſt iurare in litem contra depoſitarium ſibi reddentem valiſiam apertam, ſed debet res ablatas teſtibus probare: depoſitarius tamen erit torturæ ſubijciendus pro eruenda veritate.*

8 *Deponens iuramento ſuo non probat res, & valorem,contra depoſitarium: qui valiſiam reddit apertam, ſi illam vidente domino in loco ſolito & aperto poſuit; vel quando erat ſigillata ſigillo, quod de facili poterat reſignari.*

Deponens

9 *Deponens contra depoſitarium iuramento non probat res vel valorem; ſi valida non apparet aperta.*

10 *Valiſia ſi non fuit conſignata hoſpiti, viator contra eum non poteſt in litem iurare? Idem ſi habuit claues cameræ.*

11 *Viator ſi ſit homo probus, & caupo malæ famæ de modica ſumma ſibi derobata, virum iurare poſſit, & ſibi credatur, licet caupo nihil oſtenderit, vel conſignauerit: & an hoc caſu contra familiares cauponis procedatur ad torturam nu. 14.*

12 *Nautæ, caupones, ſtabularij, ſunt perſonæ de furto ſuſpectæ.*

13 *Caupo ſi viatori proteſtetur ſe nolle cuſtodire valiſiam, non tenetur de rebus ex ea ablatis, niſi probetur ipſummet furem fuiſſe.*

15 *Probatio bonæ famæ nõ tollit indicium ſpeciale ortum ex delicto.*

16 *Veriſimilitudo etiam in furto attenditur, & qualitas perſonæ de furto conquerentis attenditur.*

17 *Iuramento alicuius ſi ex ſtatuto vel lege credi debeat intelligitur, niſi contrarium probetur.*

18 *Depoſitarius depoſita re vtens dicitur eſſe in dolo, & furtum committere, & contra illum in litem iuratur.*

19 *Intellectus l. nummis ff. de in litem iurau. & num. 22.*

20 *Nummorum æſtimatio eſt mutabilis.*

21 *Intereſſe intrinſecum an in nummis cadat & an poſſit iurari in litem affectionis, vel veritatis.*

23 *Depoſitæ ſpeciei in quibus cadere poteſt affectio, ſi non reſtituantur, in litem affectionis iurari poteſt.*

24 *Depoſitarius quo caſu non teneatur pœna furti ſi vtatur pecunia vel rebus depoſitis.*

25 *Depoſitarius non reddens nummos depoſitos die præciſa, dicitur in dolo, & tenetur ad intereſſe etiam extrinſecum, & ad omne aliud damnum, & pro tali damno poteſt in litem iurari.*

26 *Intereſſe extrinſecum in damno conſiſtens ex mora depoſitarij non debetur pro illis rebus, in quibus venit intereſſe intrinſecum.*

27 *Intereſſe omne etiam extra rem conſiſtens præſtatur in maleficijs.*

28 *Intereſſe extrinſecum in foro conſcientiæ etiam debetur in caſibus, in quibus cadit intereſſe intrinſecum.*

29 *Vendens ſciens pecus, vel equum vitioſum, tenetur emptori ignoranti ad omne intereſſe intrinſecum, & extrinſecum, quod emptoris iuramento probatur.*

30 *Debitor nummorũ, ſi dolo malo fuerit in mora ſoluẽdi omni iure, &*

in conſcientia tenetur ad intereſſe creditoris tam intrinſecũ, quàm extrinſecum, & etiã lucri ceſſantis in mercatore, quod mercator iuramento ſuo probat. Idem procedit in omni contractu bonæ fidei.

31 *Diſpoſitum verè nõ dicitur, quã do ex conuentione re depoſita depoſitarius vti poteſt: vel quando factum eſt cum pacto partis lucri.*

32 *Depoſiti confeſſio facta per depoſitariũ, non probat depoſitũ rerum, nec leges de depoſito vero loquentes in tali depoſito locum debent.*

§. X.

1 IN depoſiti & † actione iurari poteſt in litem per deponentem contra depoſitarium, aut cuſtodem qui fuit delinquens, aut in dolo, vel perfidia, text. in l. 1. §. in depoſiti quoque actione. & in l. ei apud quem. ff. depoſi. Iaſ. l. in actionibus col. pen. verſ. ſecundus caſus. ff. de in litem iurand. maximè cum depoſitum ſit contractus bonæ fidei. §. actionum. inſtit. de actio.

2 ¶Vnde ſi depoſitarius † uel cuſtos negauerit depoſitum apud ſe fuiſſe factum, ſiue negauerit in iudicio per ſimplicem negationem etiam abſque iuramento, ſiue negauerit reſpondendo poſitionibus. & de mendacio in hoc conuincatur quia probetur per deponentem, depoſitum fuiſſe factum, certè deponens, ac cuſtos qui negauerit ipſum depoſitum, dicitur fuiſſe in dolo malo, ac perfidia l. ſi quis inficiatus. ubi text. & doct. ff. depoſit. Ergo contra eum poteſt in litem iurari per deponentem, & ex ipſo iuramento quantitas, ac qualitas, & pretium rerum depoſitarum & omnia damna, ac intereſſe deponentis probabuntur, tex. in dict. §. in depoſiti quoque actione. & in d. l. ei apud quem. & pro iſta opin. videantur ea quæ dixi ſupra, in verſi. Dicam cum Virgiliana Didone num. 13. verſi. leges.

¶Fallit vbi depoſitarius, vel cuſtos, negauerit depoſitum fuiſſe factum, non contra ipſum deponentem, ſed contra alium tanquã eius procuratorem, vel hæredẽ agentem, nec probantem ſe eſſe hæredẽ, nec procuratorẽ, tunc enim depoſitarius, vel cuſtos, negando depoſitum non dicitur in dolo? niſi facta poſtea probatione quòd talis agens ſit hæres, vel procurator deponentis, idem depoſitarius perſeuerauerit in negatione, tunc enim dicitur fuiſſe in dolo etiam à princi-

à principio, ergo cõtra eum in litem iurari poterit. tex. vbi Bar. & Doct. in d. l. ſi quis inficiatus. faciunt not. per Dec. conſ 241 Scripſi. col. fi. ver. Sed videndum. & per Alexan. & Doct. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de ope. no. nun.
3 ¶Vbi depoſitarius,† & cuſtos abſque iuſta cauſa non vult reddere depoſitũ, vel abſque cauſa iuſta litigat, quominus illud reſtituat. dicitur eſſe in dolo, & fidẽ nõ ſeruare, & eſſe in perfidia. & ſi patiatur ſe condemnari ad reſtitutionẽ depoſiti efficitur infamis. tex. in l. 1. ff. de his qui not. infa. d. l. ſi quis inficiatus. & d. l. ei apud quem. depoſitũ enim habet exequutionẽ paratam l. pen. vbi Bar. C. depo. Ergo poterit contra eum in litem iurari d. § in depoſiti quoq; actione. & d. l. ei apud quem. ff. depoſi. iuncta d. l. in actionibus ff. de in lit. iu. fallit in caſu de quo ſuprà dixi nu. 2. verſ. fallit vbi.
4 ¶Dicitur eſſe in dolo malo † depoſitarius, vel cuſtos, reddens rem depoſitam deterioratam: quia vbi res redditur facta deterior. videtur dolo malo non reddita, niſi depoſitarius, vel cuſtos, probauerit abſque eius dolo malo rem ipſam effectam fuiſſe deteriorem l. 1. §. ſi res depoſita deterior. ff. depoſ. Ergo contra eum iurari poterit in litem per deponentem, ex cuius iuramento probabitur pretium, & æſtimatio deteriorationis rei depoſitæ, ac damnum, & intereſſe deponentis. text. in d. §. in depoſiti quoque actione. & in d. l. ei apud quem. ff. depoſ. iuncta d. l. in actionibus. Et hoc quando deponens ignorans deteriorationem rei, illam recepit: quia deterioratio erat latens gloſſ. ver. liberati. & ibi Doct. in l. in hac. ff. de cond. triticar. Pau. de Caſtr. d. §. ſi res depoſita. & in l. 3. §. ſi reddita. col. 1. ff. commod. alias ſi deponens ſciebat rei deteriorationem, & illam ſic deterioratam ſcienter reciperet abſque proteſtatione, vel querela ſaltem verbali deteriorationis, ſeu eius intereſſe, videretur remiſiſſe eius intereſſe, ac damnum ſequutum ob ipſam deteriorationem, & pro eo non poſſet agere, & minus poſſet in litem iurare. gloſſ. d. l. in hac. ver. liberali. Pau. de Caſt. d. §. ſi res depoſita. & d. § ſi res reddita.
5 ¶Si depoſitarius,† vel cuſtos vendiderit, vel alienauerit rem depoſitam dicitur eſſe in dolo malo. & tenetur pœna furti. tex. in l. 1. §. ſi rem depoſitam vendidiſti. & ibi gloſ. Bart. &

Doct.ff.depoſ.& in l.qui furtum.ff.de condict.furti.§.furtum autem . inſtit.de obliga.quæ ex quaſi delict.naſcun.& etiam q̄ rem depoſitam venditā per depoſitarium, redimat depoſitarius dicitur tamen eſſe in dolo, & tenetur de interitu,à periculo, ac caſu fortuito, ex quo per alienationem ſemel dolum cōmiſit: text.d.§.ſi rem depoſitam vendidiſti. & in hoc vide Iaſ.in l.filius familias.§.diui.col.2.ver.ſecundò contra differentiam. Bar.ff.de leg.1.Ergo contra ipſum depoſitariū, vel cuſtodem iurari poterit in litem per deponentem,ex cuius iuramēto rerum quantitas, qualitas, pretiū intereſſe, ac damnū probabitur l.1.§.in depoſiti quoq; actione ff.depoſi.& d.l.in actionibus,ff.de in lit.iurand.

6 §Si per teſtes,† vel per confeſſionem partis contrariæ,conſtat quòd aliquis puta Gaudentius , vel Titius, depoſuerit capſam,crumenam,malā,ſeu valiſiam,ciſtam, ſaccum ſarcinulas,vel quippiam aliud clauſum,ſeu ſigillatum,aut funibus colligatū,apud hoſpitem,vel nautam,aut ſtabularium, ſeu mulionē,vel aliū quemuis cuſtodē,aut depoſitariū,qui ipſis deponentibus præmiſſa non reſtituit,vel ſi reſtituit eā reſtituit non clauſa,nec ſignata , nec ſigillata, aut funibus colligata,prout erant primo loco,ſed reſtituit ea aperta,ſeu diſſigillata,ſeu reſignata,ſeu vt vulgo dicitur diſligata , ſeu apparet ex inſpectione rei , q̄ talia fuerunt aperta, & deponens in eis dicat fuiſſe pecuniā, gemmas , & alia pretioſa, hoſpes verò,ſeu nauta,vel ſtabularius, ſiue mulio, ſeu alius cuſtos,ſiue depoſitarius, dicit in eis nihil fuiſſe,vel fuiſſe lapides tantū,vel nō fuiſſe tantū pecuniæ, & aliarum rerum prout deponens dicit : certè tunc ſtari debet contra ipſum hoſpitem,nautam,cauponem , ſtabularium , mulionem,& alium cuſtodem, ſeu depoſitariū iuramento in litem ipſius deponentis ſuper quantitate, qualitate, pretio, valore, & æſtimatione rerum, quæ in ipſis capſa,crumena,valiſia, ſarcinulis,ciſta, ſacco,vel alio vaſe dicerentur per deponentem fuiſſe etiā ſi ipſe deponēs,res ipſas particulares nō cōſignauerit hoſpiti, nec alijs ex præmiſſis; nec aliquid dixerit q̄ in eis eſſent aliquæ res,& quæ, & etiam quòd res ipſæ per aliquem viſæ nō fuerint,& etiam ſi Hoſpes,Nauta,Caupo, & Stabularius,Mulio,& Cuſtos,ſiue Depoſitarius ipſe fuiſſet,&

ſet,& eſſet bonæ vocis,conditionis, & famæ:quia debet ni-
hilominus, condemnari ad ſoluendum res ipſas, ac rerum
quantitates,& æſtimationem,de quibus in ipſo iuramento
deponentis fit mentio,ex quo hoſpes, & quilibet depoſita-
rius dicitur in dolo, eo ipſo q apparet q præmiſſa fuerint
aperta etiã ſi nõ reperiatur,nec probetur,q.ipſe hoſpes,ſeu
alius depoſitarius,præmiſſa aperuerit,& ignoretur quis ape
ruerit,ſed ſit dubiũ. Et dicitur ipſe hoſpes,nauta,mulio,cu-
ſtos,& quilibet depoſitarius cõueniri ex proprio eius dolo,
qui probatur eo ipſo q res præmiſſæ apparent fuiſſe aperte
etiã q ignoretur quis fuerit illæ, q. præmiſſa apparuerit,an
Hoſpes,& depoſitarius, ſeu cuſtos,vel alius. Et hæc eſt cõis
opin.vt dicit Pariſ.conſ.74.Inficiari per totũ vol.1.vbi dicit
præmiſſa oĩa per me dicta eſſe in iure vera,& ita cõmuniter
teneri, & iſtam eſſe com.opin.dicit D.Hierony.Cag.in l.1.
nu.130.ver.ſed communis.C.de ſent.quæ pro eo quod in-
tereſt prof.& ibi alij Mod.& Iaſon.§.ſequens num.28.verſi.
qualiter autem.inſtit.de actio.Corne.conſi.318.Pro vectu-
rali col.fi.vol.4.c.fin.vbi Inno.col.1.ver.quæro quid.Anto.
de Butr.col.1.& 2.Anch.col.2.nume.4.ver.de quo format.
Abb.col.2.num.7.verſi.ex hoc infertur.& ibi Ioan.de Imol.
Henric.Boich.& alij extra de his quæ vi metusve cauſa fiunt
l.in actionibus.vbi Bar.colum.fi.num.23.verſi.& ex hoc.&
ibi Bal.& Ang.col.pen.num.2.verſi.in ea.gloſſ.ibi propter.
& Rom.col.6.nume.25.in fi.ibi,tertio caſu dico, & hæc eſt
communis opin.vt dicit ibidem Alexan.col.fi.ibi dic quod
etiam, & iſtam eſſe communem opinio.atteſtatur ibidem
Iaſ.col.pen.nu.39.& nu.41.ver.ex ſupraſcripta & ver.quar-
tus caſus. & Cur.ac Fran.de Accoltis, de Aret colum.pen.
verſic.ſed hic ſtat.& Dec col fin.num.31.ibi vnde infert.ff.
de in litem iurando & iſtam eſſe commu.opin.atteſtatur
Mag.& Excellens Iureconſultus eloquentiſſimus D.Fran.
Duarenus in d.l.in actionibus.in verſi.quia iudex æſtima-
re.verſi.vnde ſi pecunia.ibi,itaq; communem,licet conetur
ibidem ſatis ſuperq; ſubtiliter impugnare, ſeu reſtringere
iſtam cõmunem opin.ſed non eſt à communi opin.rece-
dendum l.1.ff.de offic.quæſt.& hac eandem opin.eſſe com
munem dicit Iaſ.hic, in l.ſi quando num.48.cum ſeq.Niſ.

de Neap.in.§.Item Seruiana.in 3.oppoſi.glo.& ibi D.Lud. Gomeſ.col.11.nu.31.ve ſi.in eo tamen. dicit quòd hæc eſt communis opin.inſtitu.de actio.D.Petr.Pau.par.tract.re-ſponſ lib.1.nu.73.inficiari.& in conſi.ſeq.Abb.conſi.109. circa factum col.fi vol.2.Raph.Fulgo.l cùm furti ff.de in lit.iur.Spec.tit.de fur.§.1.ver.ſed quid ſi res aſſignauit Bar. Bal.Sal & Paul.de Caſt.in l 1.§.ſi ciſta.per illum tex.ff.depo ſiti.Cy.& Bal.in l.certi iuris nu.2.C.locat.Io.Pet de Ferra. in for lib.in act.rea:§.Et in florenis decē col.fi.verſ.ecce de-poſui.& ibi D.Fran.Cur.in Apoſt.Ancha conſi.286.Ex præ dicta nu.3.ver.& habemus. Io.Bertac.in repe.ver.Deponēs fardellum & verſ.valiſia.D.Bencuenut.Straccha in tract.de Nautis,nauibus,& nauigatione in 3 par.in quæſtio.incip. vulgaris eſt.Aret.& Mod.in l.qui accuſare.C.de eden.in fi.

¶ Et licèt Bar in l.1.§ fi.in fi.ver.ſecundò quæro.ff.ſur.ad-uer.nau.caup.ſtab.videatur velle,quòd cōtra hoſpitem, & ſimiles nō poſſit iurari in litem,ſub prætextu quod valiſia, & ſimilia depoſita ſigillata,vel clauſa,apud hoſpitē, & ſi-miles,reſtituantur diſigillata,ſeu aperta, niſi conſtet quòd hoſpes,& ſimiles fuerint illi,qui diſigillauerint, ſeu aperue rint,præmiſſa.ex quo aliter non conſtat,an conueniantur ex facto,& dolo ſuo,vel alterius,vt dicit Bar.in d.ver.ſecun dò. Tamen tu dicas ꝙ imò cōtra ipſum hoſpitem,nautam, cauponem,& ſtabularium,& omnem cuſtodem,ac depoſi-tarium & ſimiles, poteſt iurari in litem etiā quòd non con ſtaret,quòd ipſi aperuerint,vel diſigillauerint præmiſſas va-liſias,ſarcinulas, capſas, & alia ſimilia,ex quo eſt præſum-ptio ꝙ ipſi præmiſſa aperuerint,& dicuntur propterea cō-ueniri ex proprio eorum dolo. ergo cōtra eos poterit in li-tem iurari per deponentē, ſeu viatorem, ſeu mercatorem, & omnem alium præmiſſa clauſa deponentem. & hæc eſt communis opin contra Bar.in d.l.1.§.fi.in fi.verſ.ſecundò quæro.ff.de fur.aduer.nau.caup.ſtab.Et ita eſſe cōmunem opi.contra ipſum Bar.in d.verſ.ſecundò quæro.atteſtatur Pariſ.d.conſ.74.Inficiari vol.1.Cagno d.l.41.num.130.C.de ſen.quę pro eo quod intereſt.Cur.& Doct.omnes, & idem Bar.in d l.in actionibus. & ad rationes Barto.in d.l.1.§ fin. verſ.ſecundò quæro.reſponde, vt per Curt.in d.l in actio-

nibus.

nibus.& per Cag.in d.l.1.Et quãuis glo.in l.1.§.fi.ff.naut. caup.ſtab.dicat ad hoc vt in litem poſſit iurari non ſufficere viatorem,ſeu deponentem conſignare hoſpiti,vel alij.valiſiam,ſiue malam clauſam,& alia ſimilia clauſa, puta ſaccos,ſarcinulas,capſas,& alia,niſi præmiſſa conſignando ea aperuit,conſignando res omnes particulares.Tamen communis opinio eſt contra ipſam gloſſ.Et vera, ac communis, opinio eſt, quòd ſufficiat conſignare hoſpiti, nautæ, mulioni,vel alij præmiſſa clauſa, etiam quòd non aperiatur oſtendendo,& conſignando res particulares in eis exiſtentes,& etiam quòd de eis nullum verbũ fieret quia vbi præmiſſa reſtituuntur aperta,ſeu apparẽt fuiſſe aperta, poterit per deponentẽ,ſeu viatorem ſuper quantitate,ac qualitate,pretio, & æſtimatione rerũ quas dixerit fuiſſe in eis, iurare in litem,& erit ſtandũ tali iuramento contra ipſum hoſpitem,nautam,mulionem,depoſitarium, cuſtodem, & omnẽ alium ſimilem. Iaſ.d.l.in actionibus col.pen.nu.43. verſi.in tantum quòd Pariſ.d.conſi.74. Inficiari volu.1. Cyn.d.l.certi iuris. vbi Bal.in 2.oppoſi.C locati.Nicol.de Neap.& Lud.Gomeſius in d.§.item ſeruiana & ibi Iaſo. nu.52.ver.& per hanc ibi,quia imo ſecundũ Iacob.inſtit.de actio.D.Fran.Duarenus d.l.in actionibus verſi.quia iudex æſtimare.ibi,meritò igitur,& ita tenent Doc.omnes cõmuniter,durum enim,& inhumanum, ac periculoſum eſt res ſuas,& ſeu ſecreta patrimonij ſui pandere.argumen.l.2.C. de aliment.pupil.præſt.& l.2.C.quando, & quibus quarta pars lib.10.Fallit vbi certum eſt,quòd nõ hoſpes, nec nauta,nec ſtabularius,nec depoſitarius,nec cuſtos,cui res ipſæ clauſæ fuerunt conſignatæ, puta valiſia aperuerit præmiſſa conſignata clauſa,ſed alius,puta hoſpitis ſeu nautæ, vel depoſitarij,ſeu cuſtodis,familia,ſeu aliquis viator,vel alius præmiſſis inſciis, quia licèt tunc hoſpes,nauta,ſtabularius, depoſitarius,ſiue cuſtos,teneantur,non tamen poteſt contra eos iurari in litem,ex quo certum eſt quòd ipſi nõ aperuerunt præmiſſa,& ſic ipſi conueniuntur, tunc ex dolo alieno,ſed deberet cõtra eos per teſtes probari rerum ablatarum quantitas,pretiũ,& qualitas. Et tunc poterit ſolum in litem iurari contra illos aperientes præmiſſa.Fran.Aret.

d.l.qui

d.l q. accuſare col.fi.n.5.in fi.ibi.Et illud vult Bart.l.nequid nu.3.ver.quæro tunc.ff de incen.rui.nauf.& in l.1.in fi.ff. fur.aduer.nau.caup.ſtabu.Salic.dict.§ ſi ciſta .ibi aut non eius Caz.d.l.vnic.nu.127.ver.tertiò limita.& ibi alij Doc.C. de ſent.quæ pro eo quòd intereſt. prof.D.Fran.Duarenus d.l.in actionibus ver.quia iudex æſtimare.ibi, ſed quæritur ſi reſignatus apertusq; ſaccus, in fi.ibi.quid enim ſi famulus, & ibi alij Doct.omnes communiter iſtud tenent.ff.de in lit.iuran.Et ſi certum eſt, quòd hoſpes,ſiue cuſtos præmiſſa non aperuerit,& ꝙ non fuit in dolo, tunc iurari nõ poteſt contra eum etiam ꝙ præmiſſa eius culpa lata aperta fuerint.Iaſ.d.l.in actionibus col.pen.verſ tertius caſus.

7 ¶Fallit quoq; vbicunq; † ille, qui capſas clauſas, ſeu valiſiam clauſam,& ſimilia clauſa, dediſſet hoſpiti, nautæ,vel alij cuſtodi, ſeu depoſitario,reddenti ea aperta, fuiſſet Iudæus,vel Hæreticus,ſeu alias periurus,aut infamis,ſeu ſpurius,aut vſurarius,ſeu alius,qui pro alio nõ poſſet eſſe teſtis idoneus,& omni exceptione maior,nã tũc nõ poſſet iurare in litẽ,de his quo diceret ſibi fuiſſe ſubtracta ex ipſis capſis, valiſia,vel alijs vaſibus apertis,per eum depoſitis clauſis,ſed deberet ꝑ teſtes iſtud probare. Hippolit.de Marſil.ſing.41. Iudæus.& ſing.74.tu habes.& ſing.273.notiſſimum. Ioan. de Imol.conſi 2.In caſu argumen.l.quoniam multi. & ibi Doc.C.de hæret.& c.Iudæi.de teſtib.& cle.1.de Iudæis.Roma.Iaſ.Curt.Rip.D.Io.Bap.Catialupus, & Mod.in l.admonendi.ff.de iureiur.vbi dicunt tales nõ poſſe ꝙ plus eſt. iurare etiam ꝙ haberent pro ſe vnum teſtem,in ſupplementũ probationis. Ioan.Andr.in additio.Spec.in tit.de teſte §.1. in additio.inci.alleg.Pij Barbac.c.per tuas.per gl.ibi, extra de ſim.per text.& glo.in ca.paruuli.22.q.5.Hipp.d.ſing.41. & 74.& 273 Et licèt præmiſſi, iurare non poſſint in litem, vbi præmiſſa ſibi reddũtur aperta per hoſpitem & alios depoſitarios,poſſent tamen hoſpes, ſeu cuſtos,& depoſitarius, & alij de eorum familia perſonaliter detineri, ac torqueri pro eruenda veritate,quare præmiſſa aperta fuerint, & quid ex eis fuerit furto ſubtractum, maximè vbi præmiſſa fuiſſent depoſita cauſa euitandi ruinam naufragiũ, incendium,prædam, ſeu robariam popularium, vel mili-

tum.

tum. Ioan. de Imol. d. conſi. 2. in caſu. Et idem dico ergo etiam in aliis caſibus vbi ita iudici videatur ex aliquibus circunſtantiis, attenta qualitate negocij, & perſonarũ: quia tunc contra hoſpitem, & cuſtodes, & ſimiles depoſitarios, & eorum familiã debet perueniri ad torturã pro eruenda ipſa veritate, vt ſciri poſſit quis præmiſſa aperuerit, & quid ex eis fuerit ablatum. Bar. l. 1. § ſerui, col. fin. in fin. ff fur. ad verſi. nau. caup ſtab. & ibi Alex. & Mod. in apoſtil. Blancus l. fi. nu. 414. verſi. infero. ff. de quæſt. Hipp. de Marſi. in pract. crim. §. principium nume. 6. verſicu ſed circa. ibi, quarum prima hæc eſt per tex. in l. dominus horreorum circa prin. & ibi Paul. de Caſtr. Bald. & alij ff. locati.

8 ¶Fallit vbi hoſpes, † nauta, cuſtos, & depoſitarius præmiſſa repoſuiſſet in loco aperto, & ſolito, & conſueto, ſciente, ac vidente domino, & non contradicente, puta quantitatẽ magnam, vt vulgo dicitur Ballarum lanarum, ſub porticu aperta, vel in via publica, in qua conſuetum erat eas reponi. Nam ſi Ballæ ipſæ conſignentur eis funibus alligatæ, & ita reponantur ſub ipſa porticu, aut in via, & reperiantur deinde fuiſſe apertæ, & ignoretur per quem, non poterit iurari in litem contra hoſpitem, nautam, vel depoſitarium, ſeu cuſtodem ſub prætextu, quòd præmiſſa fuerint aperta, & ex eis ablatæ pecuniæ, uel res pretioſæ, quæ in eis eſſent: quia præmiſſi excuſantur à dolo ſi prædicta repoſuerunt in ipſo loco ſolito & conſueto, ſcientẽ domino & non contradicente, vt dicitur de equo dimiſſo in paſcuis. Gratus conſi. 100. Viſis col. 2. verſicu. ergo volu. 2. Ange. conſi. 102. Teſtator. Cyn. l. 3. C. de Epiſ. aud. glo. Bal. & Doct. l ſi negotia. ff. de neg. geſt. Anan. conſ. 71. Viſis Aret. conſ. 38. conſultiſſimè. Nicol. Boer. deciſ. 218. Si quis col. fin. in fin. 2 part.

¶Fallit vbi ualiſia, capſa, ciſta, ſaccus, fardellum, uel aliud ſimile fuiſſet clauſum, ſeu ſigillatum, ſeu ſignatum in modum, qui abſque facto hominis caſu, & faciliter potuiſſet aperiri, diſligari, ſeu reſignari, puta ubi fuiſſet ſigillatum cum cera, tunc enim cõtra hoſpitem cui res fuit conſignata: vel alium depoſitarium, nõ poteſt iurari in litem, etiam ꝙ res ipſa reſtituatur aperta, vbi tamen concurreret ꝙ ipſe hoſpes, ſeu depoſitarius eſſet bonæ uocis, cõditionis, & famæ.

Bal.

Bal.rubr.C.depoſ.circa princi.& in l.1.col.2.C.locati. Ro. & l.in actionibus col.6.nume.25.verſi.vltima verò. & verſ. fallit hoc vltimum.Franc.Areti.d.l. qui accuſare ſolum ſi. in fi.Iaſ.d.l.in actionibus col.pen.ver.& niſi natura: per l. ſi duobus.§.1.ff.quemadmod.teſta.aperian.

9 ¶Fallit etiam,vbi † valiſia,capſa, & ſimilia fuerint reſtituta clauſa,prout fuerunt depoſita,adeo quòd ſigna non appa rent mutata, nam tunc contra hoſpitem, vel alium apud quem fuerunt valiſia & ſimilia clauſa depoſita, vbi non ap parent ſigna,quòd fuerint aperta.nõ poteſt iurari in litem, licèt deponẽs dicat præmiſſa fuiſſe aperta fortè per clauem adulterinam,vel alium modum, & poſtea clauſa: nam vbi non apparet præmiſſa fuiſſe aperta, deponens non poteſt iuramento ſuo probare res quæ erant in eis, ſed debet illas per teſtes probare.Bart.l.1 ff.naut.caupo.ſtabu.& in d.§.ſi ciſta & ibi Pau.de Caſt.in fi ver.ſed ſi reſtituatur. vbi etiam Sal.ver.ſed ab extra.Iaſ.d.l.in actionibus col.pen.verſi.primus quãdo.Bar.l.in eos.§.ſerui.col.fi. nu.5.ibi.dicit Rofredus.ff fur.aduer.nau.caup.ſtabul.Rofred in tit.nau.caup. ſtabu.Spec.d verſ.ſed quid ſi res aſſignauit, & in titu.de fur.§.1.verſ.ſed quid ſi peregrinus. Ioan.de Imola conſi.2. In caſu col.1.ver.primo caſu. Doct.c fi.quòd metus cauſa.

10 ¶Fallit etiam quando † valiſia,& ſimilia non fuerunt conſignata hoſpiti,vel depoſitario acceptanti, ſed ſimpliciter dimiſſa fuerunt ſupra dorſum equi, vel ſuper porta hoſpitij, tunc enim non poteſt iurari contra hoſpitem,ſeu depoſitarium,& tales non tenentur ſi res ipſæ auferantur. Iaſ.d.l.in actionibus col.pen.nu.43.ver.ſecũdò intellige.Bal d.l.1 C. locati l. 1.in fi.ff nau.caup.ſtab.Fallit vlterius, quando viator faceret deferri valiſiam,& ſimilia in cameram,& reciperet claues cameræ, vel dimitteret famulos proprios ad cuſtodiam cameræ, tunc enim non poteſt iurari contra hoſpitem ſi reperiatur aliquid ſubtractum, vel aperta valiſia, niſi in ſpecie probaretur ꝙ hoſpes aperuerit, vel ſubtraxerit.ita ſentit Iaſ.d.l.in actionibus col.pen.verſi.tertiò limit. in fi.ibi tamen aduerte argu.l.1.§.ſi me rogaueris. cum.§. ſeq.ff.depoſiti. Bald.rubr.C.depoſ. Et licèt caupo dando claues cameræ non liberetur à cuſtodia.Bart.poſt glo.in l.

fi.§.

fi.§.1 ff.nau.caup.ſtab.Iaſ.d.l.in actionibus col pen.verſi. tertiò limit.tñ non videtur hoc caſu poſſe iurari cõtra hoſpitẽ,vbi non conſtat illum aperuiſſe,vel ſubtraxiſſe. Iaſ.d. ver.tñ aduerte. iunctis nota. per Bal.in d.rubr.C.depoſiti. maximè cum iurari non poſſit in litem niſi contra doloſum d.l.in actionibus. Et traditio clauium,vel dimiſſio famulorum videntur ſatis probabiles cauſæ ad excuſandum hoſpitem à dolo malo.cum quęlibet cauſa etiam fatua excuſet à dolo malo. Iaſ.l.ſi quis maior.circa princ.C de tran ſact l igitur.§ poteſt.ff.de lib.cau.Fallit etiam vbi viator, ſeu hoſpitatus non oſtendit, nec conſignauit nautæ, cauponi,& ſtabulario,res ſuas,puta nec valiſiã,nec fardellum, nec crumenam, nec pecuniam. Et conqueritur viator de furto ſibi facto,in hoſpitio,naui,aut ſtabulo, tũc enim iurari non põt per viatorẽ,aut hoſpitatum,contra cauponẽ, nautam, aut ſtabulariũ;vbi non probatur ipſos deliquiſſe, ſed ipſi coguntur ſolum præſtare iuramentũ purgationis, an ipſi ſint conſcij,vel ne talis furti, & vbi iurauerint ſe nõ eſſe conſcios non moleſtantur vlterius. Specu.titu.de furtis col.6.ver.quid ſi peregrinus.D Mar.Anto.Blanc.in rep. l.fi.num 65.ver.Tunc iudex in fi.ff.de quæſ.per tex.in l.fi. C.de iur.dom amp.& in l.fi.C.de bon.auct.iud.poſ.Bal.& Doct.in l.1.C.loca.l præſenti.§ ſi cubi.C.de his qui ad eccl. confuge. & iſtud maximè procedit vbi ſunt bonæ famæ. Bal.d.l.1.Blanchus d.verſ.tunc iudex.in fi.vide tamen Hippol.pract.crim § principium nu.6.in fi.verſ.ſed circa.ibi. quarum prima,vbi diſputat quando ſola querela furti faciat indicium ad torturam, ac etiam vide text.& Doct.in hoc in l.dominus horreorum.ff.loc.

21 ¶ In caſu tñ proximè præmiſſo,† vbi viator,aut hoſpitatus, fuiſſet aliquis peregrinus qui ibat ad loca religioſa, vel aliquis comes,barro,vel nobilis,aut alius quiſpiam homo bonæ vocis,conditionis,& famæ, qui de furto ſibi facto conqueritur,& nauta, aut hoſpes erat homo malæ vocis,conditionis,& famæ,cui nihil cõſignatum fuerit. poſſet deferri iuramentũ in litem viatori,aut hoſpitato,cui crederetur in modica ſumma, de furto ſibi facto, præmiſſa taxatione iudicis,iuxta ſummã pecuniæ,quam veriſimiliter,maximè

pro

pro viatico habere potuiſſet viator,& iuxta ipſum iuramen tum erit condemnandus,hoſpes,nauta,vel caupo malæ vo cis,& famæ:Spec.d.tit.de furtis, col.6.verſ.ſed quid ſi nauta, & ita vo:uerunt.Rofred.Guil.& Iac.de Ra.vt refert Bar.in d.l.1,§.ſerui.nu.2.verſi.quæro quid ff.fur.aduer.naut.cau po.ſtab.arg.l.in bonæ fidei.C.de reb.cred.ſi cert pet.

¶Sed dico ego,nullo iure probari,in caſu præmiſſo,in quo cauponi,nautæ,ac ſtabulario,nihil fuerit oſtenſum,vel cõſi gnatũ,vt credi debeat iuramento hoſpitati vel viatoris con tra caupone,& ſimiles malæ,famæ,& probaui ; quia licet

12 † nautæ,caupones,ſtabularij ſint oẽs de iure ſuſpecti,& pre ſumantur cum furibus ſæpe colludare,& iura præſumãt,ꝙ ſint perſonæ doloſæ, maximè cũm ex iſtis tribus perſonis, nautæ,cauponis,& ſtabularij cõponatur,cõſeruetur,& fo ueatur fur, vt dicit D.Lud.Gomeſius in d §.item ſeruiana. col.11.verſi.& hoc ratione inſti.de act.tex.in l.1.§.1.ibi nec nunc ff.nau.caup.ſtab.& not.per Doc.in §.f.inſti.de oblig. quæ ex quaſ.del.Et patet apud Ouidiũ lib.1.Metamorpho ſeos de Licaone hoſpite peſſimo in lupũ conuerſo:Tũ iura volunt nauta,caupone, & ſtabulariũ nõ teneri,niſi recepe rint res vel niſi res ipſis fuerit cõſignatæ l.1.§.fi.ver.recepit. ff.nau.caup.ſtab.vel ſaltẽ niſi viderint, vel ſciuerint res,ſeu bona inferri in nauim, vel hoſpitiũ abſq; eo,ꝙ ſingulariter res demonſtrent eis nã tũc res,& bona ipſa,videntur ab eis recepta in cuſtodiã,& tenent pro eis, ſi nõ reſtituantur,vel ſubtrahãtur tex.in d.l.1.§.1.& §.fi.iuncta l.2.cũ ſeq.ff.nau. caup.D.Lud.Gomeſ.d §.ita ſeruiana in d.ver & hoc rõne. & ibi Iaſ.nu.52.ver.& per hanc vbi etiã reprobat glo.d.§.fi. quæ vult hoſpitẽ,nautã, & cauponẽ, & ſimiles,ita demum teneri,ſi ſcienter illatæ ſint res hoſpitiũ, vel in nauem,& ſic valiſia clauſa,& alia vaſa clauſa eis reperta fuerint, & quid in eis eſſet,demõſtratũ,oſtendẽdo oẽs,& ſingulas res,aliàs, ꝙ nõ tenentur:Nam hoc nõ eſt verũ,& gl.ipſa cõiter repro batur,quia præmiſſi tenẽtur,etiã,ꝙ valiſia clauſa, & alia va ſa clauſa non fuerint eis aperta & ſingulæ res in eis exiſten tes,nõ fuerint eis oſtenſæ,quia vbi eas nõ reſtituunt,tenen tur pro eis,etiã ꝙ ignorauerint,quæ,& qualia bona in ipſis vaſibus clauſis eſſent repoſita, & hæc eſt cõis opi.vt dicunt

Doc per me relati ſuprà nu.6.ver.ſi per teſtes & ver.& quã uis glo. Ergo ſequitur ex præmiſſis, ꝙ in caſu de quo ſuprà dixi nu.10.ver.Fallit etiã,& nu.11.ver.in caſu,ꝙ pro modica,nec magna ſumma, non poſſet iurari in litẽ per violato rem,ſeu hoſpitatũ etiã peregrinum, euntem ad loca religioſa,nec nobilem etiam bonis vocis & famæ: etiam reſpectu pecuniarum viatici, vel aliarum rerum quas dicerent ſibi furto ſubtractas fuiſſe contra nautam, cauponem,& ſtabularium,quibus non fuit conſignatũ, nec apud eos depoſitum aliquid,ſaltem in valiſia,vel vaſe clauſis,niſi eſſet ſtatutum, vel conſuetudo credendi in præmiſſis viatoribus bonæ vocis,& famæ,contra hoſpitam,nautam, & ſtabulariũ malæ vocis, & famæ, pro modica ſumma ſaltem veriſimili ad viaticum ſecundum qualitatẽ perſonæ ita inquit Bart. d.l.1.§ ſerui.col.fi.nu.4.ver.quæro quid.& nu.5.ver.ſecundò quæro.ff.fur.aduer.nau.caup.ſtabu.Iaſ d.§.item ſeruiana nu.33.ver.vbi vult Nicol.inſtitu.de actioni.

13 ¶Fallit prætereà † vbi hoſpes,nauta, vel ſtabularius prædixerit,vt vnuſquiſq; viatorum res ſuas cuſtodiret,ac conſeruaret,neque damnum ſeſe præſtaturum, & tali proteſtationi viatores conſenſerint. Nam tunc hoſpes,nauta,& ſtabularius non tenentur,etiã ꝙ præmiſſa aperta fuerint,vel furto ſubtracta, & contra eos non poteſt iurari in litem, niſi conſtaret,quòd ipſi præmiſſa aperuerint, vel furto ſubtraxerint tex.in l.debet § itẽ ſi prædixerit & ibi Bar.& Doc ff. nau.caup.ſtab.iuncta d.l.in actio.& idem vbi non conſenſerunt dicti viatores dictæ proteſtationi;quia eſt eis imputandum quare permanſerunt in hoſpitio, vel naui, & ſic non poſſunt tunc agere contra præmiſſos,nec iurare in litem contra eos d.§.debet ubi glo.uerbo, conſenſerunt.

14 ¶In omnibus † tamen caſibus,quibus dixi, & etiam hic inferius dicam,non poſſe iurari in litem contra hoſpitẽ nautam,ſtabulariũ,cuſtodes,ac depoſitariũ,ubi uiator,ſeu deponens ſit homo bonæ uocis,conditionis,& famæ,qui ueriſimiliter nõ diceret furtũ ſibi fuiſſe factũ, ubi non fuiſſet factũ,tũc hoſpes,nauta,caupo,& eius domeſtici,& familiares poſſunt,ac debent detineri à iudice,qui ex pſumptione legis habet poteſtatẽ torquẽdi eos, ac familiares domus &

alios

alios qui erant in domo, & procedendi ſuper hoc ſummatim. ita dicit Bar.d.l.1.§.ſerui.col.fi.in fi ff.furt.aduer.nau. caup.ſtab.vbi etiam inquit, quod ita ſeruauit Piſis,per text. in l.quoties. & in l.de ſubmerſis.C.de nauf.libr.11.Alex.& Mod in apoſt.ad Bar.in d §.ſerui.col.fin.in fi.in apoſt.verſ. de facto.Bar.l.1.in prin.ff.de offi.præf.vig.Bart.& Doct.in l.dominus horreorum.ff.loc.per illum tex.Blanchus. in repe.l.fi.nu.414.ver.infero, & nu.425.verſ culpa cuſtodis.ff. de quæſt.Doct.l.in actionibus col.fi.ff.de in lit.iur.Nic.de Matar.in l.1.& ibi Bal.Salic.& alij.C.locat.Aret.§.fi in fi.inſtit.de obli.quæ ex quaſ.del.na.D.Iacob.Nouel.in prac.crimi.in for.inquiſit.contra fures nu.23.verſ.culpa cuſtodis. & nu.24.ver.famuli hoſpitum. & nautarũ.Augu.de Arim. in addit.Ang.de Aret.in verſi fama publica num.107.Bald. l.3.§.cognoſcit.ff.de offic.præfe.vig.& dixi ſup.num 7.ver. fallit quoq;. Et hoc maxime procedit in eorũ famulis cum natura famulorũ ſit furari,& à cõmuniter contingentibus ſit bona conſequentia,eſt ſeruus ergo fur.iuxta dictũ Virg. Quid faciet dñi audent cũ talia fures. Blanch.d.l.fi.nu.423. ver.fuga. in fi.D.Iac.Nouel.in d.for.inquiſit.contra fures nu.25.ver.quod indiciũ.Bar.d.l.dñs horreorum. Et idem eſt ſeruandum contra omnem cuſtode & depoſitarium, vt poſſit torqueri vbi eius culpa factum eſt furtum, vt doceat furem,niſi factum eſſet furtũ in loco,qui bene cuſtodiri nõ poterat, vel tempore quo cuſtodiri non poterat:nam tunc per rerũ naturã probatur dolum,ac culpã abeſſe.Blanch.d. l.fi nu.425.verſ.culpa cuſtodis.D.Iaco.Nouel.d.verſi.culpa cuſtodis. Bar.d l.1.ff.de offic.præfec.vig.Bal.d.§.cognoſcit.

¶Vbi autem hoſpes, nauta, ac ſtabularius, & eorum famuli probarentur eſſe bonæ vocis, ac famæ, non conſtito de furto, nec de aliquibus indicijs contra eos non poſſent torqueri. Blanch.d.l.fi.nu.414.ver.infero.Bal.& Doct.in d.l.1. C.locat.Aug.de Arim.in addit.ad Ang.in ver.fama pub. nu.107.D.Iac.Nouel.d.ver.famuli hoſpitum. probatio ta-
15 men † bonæ famæ ipſorum non tolleret indicium contra præmiſſos ortum ex apertura valiſiæ,& aliorũ vaſorũ,quæ clauſa fuiſſent depoſita apud eos, quia poſſet nõ obſtante probatione eorum bonæ famæ,occaſione præmiſſa contra

eos

eos iurari iudice . & attenditur veriſimilitudo, ac qualitas perſonarũ , um etiã in rebus inuaſis ita ſeruetur ꝑ text.hic in l.ſi quãdo.C.vnde vi,Blan.d.l ſi nu.415.ver.debet etiã,& eſt cõmunis opin.Doct.in d l.in actionibus per illum text.

17 ¶Fallit vlterius;† vbi ille qui aperuit præmiſſa, vellet probare, quòd ea aperuit coram honeſtis perſonis,& teſtibus fide dignis,& per eos probare,ꝙ nihil erat in valiſia clauſa, vel in aliis vaſibus depoſitis clauſis, vel quòd erant ſolum tales res.talis qualitatis,& talis pretij,& nõ vltra:nam tunc non poſſet cõtra ipſum aperientẽ præmiſſa,iurari in litem. arg.huius l.ſi quãdo.C.vnde vi,qua dicitur,ꝙ etiã in rebus per vim inuaſis iuratur ubi per teſtes probari non poteſt quãtitas.ergo ſi aperiẽs præmiſſa probet negatiuã ſuperius per me dictã per teſtes,nõ poteſt iurari in litem cõtra eum, arg.l.1.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict.& pro hac opi. faciunt ea quę dixi ſupra in ver.dicã cum Virgiliana Didone nu 37.verſ.primo contra tutores,omnis.n.lex, & omnę ſtatutũ volẽs credi iuramẽto alicuius,intelligitur niſi probetur contrariũ.Rip.l.admonendi col.15.poſt nu.69.ver.3. mouetur. & ibi alij Mod.ff.de iureiur.Feli.ca.propoſuiſti. de prob.Alex.l.qui bona § qui damnũ.ff.de dam.infec.tex. in c.cõtinebatur. cũ gl.de deſpon.impu.& ibi Abb.& Doc. Et ipſam negatiuam tenetur probare aperiens,ex quo contractus depoſiti eſt bonæfidei,quo caſu ad iurandum in litem ſufficit dolus,qui probatur eo ipſo,quòd ea quę erant clauſa fuerunt aperta,etiam ſi non eſſet difficultas probationis quando ſumus in cõtractibus bonæ fidei.& eſt communis opin.Doct.hic, in l ſi quando . & l.in actionibus.

18 ¶In dolo malo † etiam eſſe dicitur depoſitarius ſeu cuſtos, vtens rebus depoſitis in ſpecie cõſiſtentibus,puta veſtibus, equis,bobus,gemmis, torque,annulis,ſaccis,grano, vino, oleo,vaſibus & aliis rebus depoſitis,& cõmittit furtũ,ac tenetur pœna furti l.qui furtũ.ff.de cõd.furt.tex.gl & Doc.l. ſi ſacculũ.ff depoſ.& in l.3.C.depoſ.vbi tex.Bal.& Doc.tex. in §.furtũ aũt.inſti.de obli.quæ ex quaſi del.Ergo cõtra ipſum depoſitariũ, ac cuſtodẽ,vbi probatũ fuerit,ꝙ fuit vſus rebus depoſitis,iurari poterit in litẽ ꝑ deponentẽ,ex cuius iuramẽto,eius intereſſe intrinſecũ,& extrinſecũ,rerũ quantitas,

titas qualitas, & pretium. & æſtimatio deteriorationis rerum ſequutæ ob ipſum vſum, probabitur cõtra ipſum depoſitarium, ſeu cuſtodem vtentem ipſis rebus, ex quo dicitur per ipſum vſum fuiſſe in dolo. tex. in d.l.1.§. in depoſiti quoque actione.ff. depoſ. iuncta d.l. in actionibus.ff. de in lit. iur. & iunctis alijs ſuperius per me hic proximo dictis.

¶ Cuſtos etiam, ſiue depoſitarius, vtens pecunia, ſeu nummis apud eum depoſitis in ſacculis, ſeu crumena, vel alijs vaſibus ſignatis, dicitur furtum committere & eſſe in dolo, & tenetur pœna furti. text. in d.l. ſi ſacculum. & in l. die ſponſaliorum. §. 1. & l. Lucius, vbi Pau. de Caſtr. & Docto. ff. depoſ. ergo poterit per deponentem iurari in litem contra ipſum depoſitarium, ſeu cuſtodem, vtentem ipſis pecunijs ſic depoſitis, ſeu illas debito tempore non reſtituentẽ, non quidem ſuper intereſſe affectionis, cum non poſſit dari affectio conſiderabilis, habendi nummos præciſos eiuſdem corporis: potius, quam alios eiuſdem bonitatis, & pretij l. nummis. vbi tex. glo. Bar. Alex. Iaſ. & Docto. ff. de in lit. iur. ſed iurabitur in litem veritatis ſuper intereſſe intrinſeco nummorũ, puta reſpectu bonitatis intrinſecæ auri, vel argenti, ac ligæ, ponderis, & caracterum, quod eſt conſiderabile, & debetur vbi variatur ipſum intereſſe intrinſecũ, per depoſitarium eis vtentẽ, vel per debitorem, attendendo tempus contractus, ſeu obligationis, & diſpoſitionis, & nõ ſolutionis, & hoc procedit in omnibus contractibus, teſtamentis, legibus, & ſtatutis. & eſt communis opin. D. Alber. Brunus tract. de monetis. in 1. part. nu. 1. & 2. & in partic. 9. iunctis not. per Bald. in d.l. nummis. in prin. Et item iurari poterit in litem veritatis ſuꝑ intereſſe extrinſeco nummorum, reſpectu bonitatis extrinſecæ nummorum, licèt ſit eiuſdẽ bonitatis intrinſecæ, puta reſpectu pluris valoris: puta, quia aureus, ſeu ducatus, vel teſtonum, ſeu aliud corpus monetæ auri, vel argenti, licèt ſit eiuſdem bonitatis intrinſecæ tempore ſolutionis, ſicuti tempore contractus, tamen expenditur nunc pro maiori, vel minori, quàm fieret tempore contractus, quo caſu de iure regulariter, tunc inſpicitur tẽpus, & valor ſolutionis. Brun. d. tract. de monetis. in 3. partic. num. 1. & 2. & 3. Et ſufficit regulariter quod ſoluatur

tur ſecundum curſum temporis ſolutionis. Cur.Iun.conſi.24. Tamen ubi depoſitarius,ſeu cuſtos uſus fuit pecuniis depoſitis,& ſic fuit in dolo, uel mora, & ubi quilibet alius debitor fuerit in mora,tunc reſpectu dictæ bonitatis extrinſecæ,& ſic ualoris pro quo nummi expenduntur, attenditur tempus,quo magis nummi ualuerunt poſt ipſum dolũ, ſeu moram, & ſecundum illum ſuprà plurem ualorem debet per debitorẽ fieri ſolutio creditori ſua, ſeu deponenti. Brun.d.tract.monetarum in 4.partic.nu.1.& 2.ac 3.Ergo ubi depoſitarius fuerit uſus ipſis pecuniis depoſitis in ipſo ſacculo ſignato,dicitur fuiſſe in dolo d l.ſi ſacculum, quo caſu contra eũ iuramento deponentis probabitur ualor,& bonitas,ac ipſum intereſſe intrinſecum & extrinſecum pecuniarium,ſeu nummorum depoſitorum,quibus depoſitarius fuerit uſus,& idẽ ſi fuit in mora reſtituendi,idem corpus nummorũ depoſitorum, & ſecundum ipſum iuramentum cõdemnabitur depoſitarius,ad ipſum intereſſe d.l.1.§. in depoſiti quoque & l.nummis & ibi Bald.not.in prin.
19 uerſi.not.quòd iſtud ff.de in lit.iur Et ex præmiſſis † conſtat quòd ſubtilis doctor D.Fran.Duarenus in d l.in actionibus nu 4.verſi.ex his. & quidam alij Docto.præſtantiſſimi, non bene ſenſerunt in hoc dum dicunt pro intellectu d.l.nummis quòd ſi nummi depoſiti non reſtituantur, quod iurari in litem non poteſt, non quia nummorum nulla ſit probabilis affectio,ut gloſ.& Doct.uolunt in d.l.nummis, ſed quia nummorum certa,& perpetua, & immutabilis eſt æſtimatio quæcunq; ſemel publicè conſtituta fuerit,ita inquit D.Fran.Duar.d.uer.ex his.Nam in hoc decipitur Dua. cum eius ſequacibus: quia vt docet cõmunis rerum uſus, etiam in nummis non eſt ſemper certa,& immutabilis æſtimatio,cũ reſpectu bonitatis intrinſecæ, & ſic legæ,ac ponderis,& caracterum auri,uel argenti,ac etiam reſpectu bonitatis extrinſecæ,& ſic ualoris,pro quo expendũtur nummi,fiat in dies uariatio,& æſtimatio ſit mutabilis,maximè in locis quibus bella ſæpe uigent,& recrudeſcunt,prout in Italia,quæ nunquã erit in pace,niſi Deus Optim.Maxi.illã pro eius miſericordia ab oībus malis, & multis diſcordijs liberauerit, cum ut refert Calch.conſ.24. Chriſti col.3.ſcri-

ptum ſit, Angelum dixi venerabili Bedæ oranti pro pace Italiæ, Beda Beda tace, quia Italia nunquàm erit in pace., & hoc maximè procedit in Inſubria, quæ eſt optima pars Italiæ,& in qua Inſubria,teſte Ptholomeo ſcita eſt vrbs Nouariæ patria mea antiquiſſima,quæ ſemper quidẽ ſolet varijs bellorum turbinibus & procellis agitari, ac quaſſari,&
20 quòd † in nummis æſtimatio ſit mutabilis, etiam docet Brunus in d.tract de monetis. Ergo debetur ipſum intereſſe intrinſecum ac extrinſecum nummorum, maximè per debitorem doloſum, vel moroſum Brun.d.tract.de monet. vbi dicit, quòd eſt communis opinio Docto.l.Paulus.ff.de ſolut.per illum textum, & probabitur creditoris iuramento in litem,ipſum intereſſe intrinſecum & extrinſecũ nummorum, contra debitorem doloſum, ſeu moroſum *d.l.in actionibus* & d.l.nummis.ff.de in lit.iur.& ita in *ſpecie* dicit Bal.in d.l.nummis in prin.ver.nota quòd iſtud.
21 ¶Dico etiam † quòd in hoc non eſt vera opinio clariſſimi Doctoris D.Camilli Plautij,& ſequacium in repet l.vnic.in glo.tex.ver.etiam ex lucro num.45.verſ.limitatur non procedere.C.de ſenten.quæ pro eo quod interdum dicit,quòd in nummis ex natura rei, non admittitur intereſſe intrinſecum,ex quo eorum eadẽ eſt vbique ęſtimatio.Nam in contrarium eſt veritas, cum etiam in nummis cadat intereſſe intrinſecum, & pro eo poſſit iurari in litem veritatis.Bald. d l.nummis in prin.& non ſit ſemper eorum eadem vbiq; æſtimatio.& eſt communis opi.vt dixi ſupra num.18.verſi. cuſtos & num.418.verſi.& ex præmiſſis.& licèt text.in d.l. nummis.dicat,quòd certa eſt nummorum æſtimatio,intelligitur data paritate formæ,& materię & valoris, & ſic bonitatis intrinſecæ,& extrinſecæ,qđ eſſe deberet de iure l.quotieſcunque.C.de ſuſc.& ar.lib.10.licèt facto raro accidat, tunc enim non magis æſtimãtur iſti nummi, quàm illi.laſ. d.l.nummis col.pen.nu.14.uer.contra nummi.& tunc pro eorum valore intrinſeco, non poſſet agi,nec in litem iurari,vt reſtituantur potius iſti nummi, quàm illi: quia tunc eſſet intereſſe affectionis, qđ non cadit in nummis, & pro
22 quo non poteſt iurari in litem, in nummis & ita † intelligo text.in d.l.nummis, dum dicit quòd nummis depoſitis

non

non reſtitutis nō poſſit iudex in litem iniurandum deferre: vt iuret quiſque quòd ſua interfuit, cum certa ſit nummorũ æſtimatio: nam iſtud intelligitur reſpectu iuramenti in litem affectionis. quod non poteſt præſtari etiam data varietate intereſſe intrinſeci, ac extrinſeci, & valoris nummorũ, ſiue eſſent aurei, ſiue ducati ſiue floreni, ſiue groſſi, ſiue alia quælibet moneta & quantitas, quæ in genere ſuo reciperet functionē: puta, granũ, vinũ, oleũ, in quibus non cadit affectiō, de quibus nō cadit affectio, de q̄bus in l. 2 ff. ſi cer. pet. ergo non poterit in ipſis præſtare dictũ iuramentum in litem affectionis, vbi nō reſtituuntur, etiã q̄ eorum valor, & intereſſe intrinſecum, & extrinſecum variaretur, & eſt magis communis opinio. & ita loquitur, & intelligitur d. l. nummis. vt per glo. Bar. & Alex & Pau. de Caſt d. l. nummis. Sed reſpectu dicti intereſſe intrinſeci, & extrinſeci, & valoris nummorũ, & aliorũ præmiſſorũ, vbi eorum bonitas, ac valor. & intereſſe intrinſecum, ac extrinſecũ variaretur, poſſet iurari in litem veritatis, ſuper ipſo intereſſe intrinſeco, ac extrinſeco, & valore nummorũ per deponentē contra depoſitarium, vel aliũ ſimilē debitorem, nummos depoſitos, vel alia ſimili de cauſa debitos non reſtituentē, & ſeu eis vtentē, & ſic debito tempore nō ſoluentem. & ita ſentit Bar. in d l. nummis col. 1. in fi. ver. quid ergo dicemus. in fi. & ibi Bal. in prin. & ita à cõtrario ſenſu ex dictis gloſ. & Bar. in d. ver. quid ergo. argui poteſt: quia ſi nō poteſt, vt ipſi dicunt in nummis iurari in litem de affectione, ex quo in eis non debet cadere affectione in vno nũmo, pot uſquã in alio eiuſdē valoris: ergo pōt iurari in litem veritatis l. 1. vbi tex & Moder. ff de offic. eius cui mand eſt iurſdi: Maximè quia, vbi in nummis, & alijs quæ in genere ſuo recipiũt functionē ob dolũ, vel moram doloſam rei conuenti, quis vult iurare in litem veritatis ſu p̄ eo ũ intereſſe intrinſeco, ac extrinſeco, de quo dixi ſuprà, nu. 18. ver. cuſtos. & nu. 19. verſi. & ex præmiſſis. ceſſat ratio d l. nummis. ac ratio Bart. in d. verſ quid ergo dum vult non poſſe iurari in litem per iuramentum affectionis: quia in eis non cadit affectio: vt ſuprà dixi: quia tũc iuratur in litem veritatis ſuper ipſo intereſſe intrinſeco, ac extrinſeco nummorum, de quo ſuprà

dixi:ergo contra depoſitariũ, qui ipſis pecuniis vſus fuit,& ſic fuit in dolo, & idem corpus nummorũ non reſtituit,& contra omnẽ alium debitorẽ dolo malo moroſum in reſtituendo nummos, iurari põt in litẽ veritatis per creditorẽ: quia licèt in nummis,& aliis quæ in genere ſuo recipiunt functionẽ,nõ cadat iuramentũ in litem affectionis,ex quo non intereſt, ſeu intereſſe non debet quo ad affectionẽ creditoris,habere illam pecuniã,potius quam aliam eiuſdẽ,valoris,tñ in eis cadit veritas intereſſe intrinſeci, ac extrinſeci. & valoris nummorũ,vbi præmiſſa variãtur, & eſt com.opi. Doct.d.l.Paul.ff.de ſolu.Brunus d.tract.de mone.ergo ceſſante ratione qua quis dicat, non velle iurare in litem affectionis,cum in eis non cadat affectio, ſed velle iurare in litem veritatis ſuper ipſo intereſſe, vel alio intereſſe, poterit iurare: quia ceſſante ratione legis ceſſat lex, & vbi militat eadẽ ratio, debet militare idem ius l adigere.§.quãuis.ff de iur.patro.glo.Iaſ.& Doc.l.à Titio.ff.de verb.oblig.D And. Tiraq.trac.ceſſante cauſa ceſſat effectus, per totũ, maximè cum ob dolũ rei cõuenti iuretur in litẽ.text.in d.l.in actionibus.ff.de in lit iuran.ergo vbi eſt dolus,& ſic militat eadẽ ratio doli, poterit iurari in litem veritatis etiã in nummis, & aliis, quæ recipiunt functionem in genere ſuo, cum in eis cadat veritas ſicuti,& in aliis ſpeciebus & ſic militat eadem ratio doli, & iurandi in litem ſuper veritate, quoad intereſſe veritatis creditoris ipſorum nummorum, & aliorum quæ in genere ſuo recipiunt functionem, & ſic poteſt tunc contra debitorem doloſum, vel moroſum pro dicto intereſſe iurari in litem veritatis: quia vbi eſt eadem ratio debet militare idem ius gloſſ.& Iaſ.d.l.à Titio.ff.de verb. obli iuncta d.l.in actionibus.& videẽ tex.in d.l.nummis.ff. de in lit.iur.& ibi Doct.vbi dicitur quòd etiam reſpectu nummorum poteſt iurari in litem veritatis contra non reſtituentẽ nummos depoſitos, ſeu eis vtentem etiã pro particulari, & ſingulari intereſſe veritatis. Pet.Rebu.D.Cam. Plau.& Mod.in l.vnic.C de ſent.quæ pro eo quod inte.D. Laur.Siluan Patritius Caſal.& Iureconſ.acutiſſ.conſ.10 In
23 nomine Ieſu nu.26.ver.item. Sed vbi † nõ reſtituuntur ſpecies depoſitæ,in quibus poteſt cadere affectio:puta,liber & ſimilia

ſimilia,tunc poteſt iurari etiã in litem affectionis. Bart.d.l. nummis. ver.op.infra.ff.de in lit.iur.& ibi Ful.Alex.& Iaſ. col 1.nu.10.Mod.d.l.1.C.de ſent.quę pro eo quod intereſt.
24 ¶Fallit vbi pecunia † fuit depoſita non in ſacculo ſignato, ſed numerata:quia tunc ob ipſum vſum factum per depoſitarium de ipſis pecuniis nõ tenetur depoſitarius pœna furti,nec dicitur eſſe in dolo,& nõ diceretur propriè depoſitũ maximè verum,ac reale quo caſu decretum Mediolani volens pro depoſito vero,ac reali,non poſſe dari bona inſolutum,ſed debere depoſitariũ detineri, locũ non haberet,pro tali depoſito,nec poteſt ob vſum ipſum cõtra eum in litem iurari,etiã reſpectu intereſſe veritatis, nec affectionis: quia deponens dum deponit pecuniã illã numerando, & nõ ponendo in ſacculo ſignato, videtur dare licentia depoſitario vtendi ipſis pecuniis, & tantundem reſtituendi. text.& ibi Pau.de Caſt.in l.Lucius.& in l.dic ſpõſaliorũ.§.1.vbi tex.& Doc.& in l.ſi ſacculũ.ff.depoſi.Spec.tit.de lib.conce.§.iuxta propoſitionis ordinẽ col.4.ver.itẽ nõ valet.ſi aurũ.ibi,quia ex quo peto gl.& Doc.l.3.C.depoſ.Dec.l.contractus nu.5. ver.& notabilẽ.ff.de re.iu.niſi depoſitarius promiſiſſet,idẽ corpus nummorũ numeratorũ, & ſacculo nõ ſignato depoſitorũ conſeruare,& cuſtodire, & reſtituere:nã tunc dr̃ propriè depoſitũ,& depoſitarius,ſi dictis nummis vteretur diceretur,in dolo,& furtũ cõmitteret, tex.d.l.Lucius vbi Doct.
¶Fallit etiã quando depoſitarius ex aliqua cauſa veriſimili credebat deponentem permiſſurum ꝙ depoſitarius vteretur rebus depoſitis:quia tunc non tenetur furti,nec poteſt iurari in litem ob ipſum vſum ſolũ.§ placuit inſti.de obli. quæ ex quaſi delict.naſc.vbi text.&. Doct.per Doc.in l.qui te ſibi ff.de furt.& in l.contractus.ff.de reg.iur.
25 ¶Depoſitarius, † ſeu cuſtos non reddens nummos depoſitos in die præciſa, prout tenebat. dr̃.in dolo,& tenetur ad intereſſe etiã extrinſecũ deponẽtis:puta,ad intereſſe paſſum pro eo:quia,deponens,cũ nummos depoſitos nõ habuerit, nõ potuit redimere in termino rem ꝑ eũ alienatã,cũ pacto redimendi,vel nõ valuit luere pignora per eũ data Hebręis, vel aliis,ꝗ poſteà amiſſa, vel viliori pretio alienata fuerunt, vel incidit in pœna. ex quo alteri, in die certa, ſub pœna

tenebatur ſoluere pecuniā,& illa nō ſoluit: quia nummos depoſitos in die præciſa, ſibi reſtituti nō fuerunt & vbi dies non erat præciſa fuerunt petiti,& abnegnati, vel ſi nō negati non fuerunt reſtituti, vel quia depoſitarius illis fuit vſus, vel quia indebitè,& abſque cauſa litigauit, quominus illos reſtitueret,& pro tali intereſſe extrinſeco, & alio ſimili intereſſe poſſet iurari in litem: & ipſum intereſſe probabitur ex ipſo iuramento præſtando per deponentem tex. in d. l. nummis,& ibi glo. Bart. Alb. de Roſa. Bald. Alc. Paul. de Caſt. col. 2. nu. 5. ver. tex. ibi, Are. & Iaſ. col. 2. nu. 5. ver. quanto no. & col pe. nu. 14. ver. item dum & col fi. nu. 17. ver. ex prima parte. ff. de in lit. iu. Et idem ſi deponens, vel alius ſimilis creditor acceperit pecunias mutuo ſub vſuris ab Hebræis pro eo quia depoſitarius, vel alius debitor pecunias ipſas non ſoluit in termino, nam tunc tenetur reſarcire ipſi deponenti, ſeu alij ſimili creditori, ipſum damnum, & omne aliud intereſſe etiam extra rem, ſeu extrinſecum, ac omne aliud damnum tam commune, quam ſingulare paſſum ob nummos non ſolutos,& pro tali intereſſe, ac damno poſſet in litem iurari contra debitorem moroſum, ſeu doloſum & eſt communis opi. D. Cam. Plaut. in d. l. 1. in gl. ver. etiam ex lucro nu. 45. ver. limitatur & ibi Cagn. col. 23. nu. 105. & Dec. col 8. nu. 92. in fin. Bar. & Doctor. l. Paul. ff. de ſolut. D. Lau. Siluanus d. conſ. 10. In nomine Ieſu col 25. verſi. primò ſecundùm ſumma Silueſt. verſi. reſtitutio. in 3. q. 9. iuncta d. l. in actio. Et hæc omnia reſpectu nummorum, in quibus ex mora, vel dolo debetur ipſum intereſſe etiam extra rem, ſeu extrinſecum ex quo raro contingit in eis intereſſe intrinſecum d. l. nummis vbi Bar. Alexan. Paul. de Caſt. & Iaſ & alij Doct. ff. de in litem iur. per illum text. Et licet etiam in nummis, vt dixi ſuprà veniat, & debeatur etiā intereſſe intrinſecum,& pro eo in litem poſſit iurari. Bald in d. l. nummis. in princ. ff. de in litē iur. Tamen illud eſt de raro cōtingentibus,& ſic conſideratur etiam in nummis intereſſe extrinſecum arg. l. nam ad ea. ff. de legi. Docto. d. l. nummis

26 ¶ In frumento verò † vino, oleo,& ſimilibus in quibus ſaltē magis frequenter venit intereſſe intrinſecū, conſiſtēs circa pretium & valorē rei, non debetur ex mora depoſitarij, nec

alterius

alterius debitores,puta venditoris,vel côductoris, intereſſe extrinſecum conſiſtens in damno,pro eo : quia deponens, vel emptor,ſeu locator, vel alius ſimilis creditor, cum frumentum non habuerit, ſerui eius famæ perierint, vel non potuit ſoluere fictum emphyteuticum ,& ſic cecidit à iure emphyteutico,vel alienauit bona ſua:quia præmiſſa nô habuit,& pro tali intereſſe, nec aliô ſimili intereſſe extra rem, ſeu intereſſe extrinſeco, ſiue in damno ſiue in lucro conſiſtat,non poteſt agi etiam ſi per teſtes probaretur:ergo multominus poteſt pro eo in litem iurari. Bart.Alexan.Pau.de Caſt.& omnes d l.nummis.vbi Iaſ.col.2.nu.3.& 4.verſi.tertiò not.& verſ.& iſtam.ff de in litem iur.vbi dicit Iaſ.quòd hæc eſt commu.opin.per text.in l.ſi ſterilis §.cum per venditorem . vbi Doct.præcipuè, Pau.de Caſt.ff.de actio.emp. Bar.d.l.1.& ibi Dec.Petr.Rebuff in glo verſi.dupli num.60. ver.ſecunda reg.& D.Cam.Plaut in gloſſ.verſi.etiam ex lucro nu.44.verſ.videndum D.Aemilius Ferretus num.30.& ibi alij Docto.C.de ſent.quæ pro eo quod iur.Bart.l.Iulianus in prin.ff de actio empt.Et iſtud procedit indubitanter vbi debitor peccauit in non faciendo,ſeu in omittendo, cum mora,ſeu delictum , ſeu dolus in omittendo ſit ualdè minor, quàm ſit dolus in faciendo l.ſi mora.ff.ſol.mat.ubi glo.& doct.Pau.de Caſt.& Doct.d.§.cum per uenditorem. Dec.D.Cam.Plaut.D.Hiero.Cagn.& alij Moder.in l.1.C.de ſent.quæ pro eo,quòd inter glo.& Doct.l.2.in fi.ff.ad Sillā. Et vbi ſumus in delicto conſiſtente in omittendo,& in mora,& ſic non ſumus in maleficiis:quia tunc in iſtis non debetur ipſum intereſſe extra rem, & ita loquitur d.§.cum per uenditorem.D.Lauren.Siluanus d.conſ.10.In nomine Ieſu Chriſti col.12.uer.nec obſtat.ut dicunt gloſſ.& Paul. de Caſt.& Docto.d §.cum per uenditorem.

27 ¶ In maleficiis tamen, † ſeu dolo malo rei conuenti deberetur ipſum intereſſe etiam extrinſecum, etiam pro frumento,uino,oleo,ligno,ueſtibus & ſimilibus. In his enim caſibus , ubi datur maleficium , uel dolus , præſtabitur omne damnum , & omne intereſſe etiam extra rem conſiſtens,& eſt communis opin.D.Cam.Plaut.d.l 1.in gl.uer.etiam ex lucro nu.50.uerſi.tertio limitatur & num.51.& ibi Ferret.

fol.113.

ſol.113.nu.31.& D.Andr.Alciat.c.10.& Dec.col.8.nu.62. col.11.nu.81.verſi ſed videtur D.Laur.Siluan.d.verſic.nec obſtat. Exemplum, & text.pro hoc vide in d.l.Iulianus in princ.ff.de actio.empt.& in l.fi.in prin.ff de eo, per quem fact.eſt. Ergo pro ipſo intereſſe etiã extra rem,ſeu pro ipſo intereſſe extrinſeco põt deponẽs,& alius creditor, puta locator,vel emptor iurare in litẽ contra doloſum, ſeu maleſactorẽ, & ex ipſo iuramento probabitur dictũ intereſſe etiã extrinſecum,ſeu extra rem, etiã pro frumẽto,oleo,vino,& aliis, in quibus cadit intereſſe intrinſecũ D.Cam.Plautius in d.l.1.in glo.ver.etiã ex lucro nu.28.ver.fallit in caſibus & nu.29.ver.fallit etiã & nu.55.ver.item limitatur arg.l.ſi
28 tutor.& l.in actionibus.ff.de in lit.iurand maximè † cum in foro conſcientiæ debeatur etiã ipſum intereſſe extrinſecum etiã in caſibus, in quibus cadit intereſſe intrinſecũ,& eſt cõmunis opi.D.Cam.Plautius d.l.1.in gl.etiã ex lucro, nu.47.verſi.ſecundò limitatur & ibi Cagnolus colum.23. nu.105.& in rubr.C.de ſent.quæ pro eo quod int.Adrianus de Traiec.in 4.ſent.diſtinct.15.de reſtitutione quia tactum.ſum.Silueſt.ver.reſtitutio.in 3.q.9.Petr.Rebuff.in d. l.1.in gloſ dupli.nu.65.Summa Ang.uerſi.vſura nu.30.
29 ¶Ergo ſi ſcienter, † & ſic dolo malo depoſueris apud me ſeruũ furem, vel equum vitioſum,aut pecus morboſum,& ſeu præmiſſa ſcienter mihi vendideris,& de hoc me certiorem non reddideris,diceris in dolo, & teneris mihi de omni damno,ac intereſſe intrinſeco,& etiam extrinſeco exinde mihi ſequuto probando ex iuramẽto meo in litem contra te præſtando,puta de quantitate rerum mihi per ſeruũ furem ſubtractarum, vel de pecoribus mortuis ex contagione illius pecudis morboſi, & de quantitate damni mihi illati per ipſum furem, ſeu equum morboſum D.Cam. Plau.d.l.1.in glo.ver.etiam ex lucro nu.50.ver.tertiò limitatur & nu.52.ver.quartò limitatur & nu.53.ver.idem eſt text.vbi Doct.in l.Iulia.in prin.ff.de act.emp.iuncta d.l.in actionibus & l.ſi tutor.ff.de in lit.iur.
30 ¶Debitor nummorum,† ſiue ſit depoſitarius,ſiue alius debitor,ex quacunq; alia cauſa:puta dotis,emptionis,locationis,ſeu alterius cauſæ,vbi fuit in dolo malo,ſeu in mora nõ

ſoluendi,

ſoluendi,ipſos nummos, tenetur de iure ciuili, & canonico,& in conſcientia ab intereſſe creditoris,nō ſolum reſpectu intereſſe intrinſeci,& extrinſeci, reſpectu damni emergentis:quia reſpectu damni,ipſum intereſſe debetur omnibus etiam non ſolitis negotiare, & mercari. Alex.conſi.31. Viſo nu.7.vol.6.verum etiam reſpectu mercatorum, & ſolitorum cum pecunia negotiare debetur intereſſe lucri ceſſantis, vbi creditor erat mercator ſolitus negotiare, & lucrari cum pecuniis: quia tunc illi debetur etiā intereſſe lucri ceſſantis, & eſt cōis opin.Deci.ca.cum venerabilis col.5. nu.14.ver.& quantum. & ibi Fel.col.3.num 7 ver.dum dicit.de excep.& ibi Abba.nu.7.& idem Abb.conſ.65.Viſis.& in ca.dilecti col.2.de foro compe.& in c.p.& g.in princ.de offic.deleg.& in cap.conqueſtus.in fi.de vſur.Bar.d.l.nummet.& ibi Alex.col fi.ver.in eadē.ibi,quod dicit, quòd hæc eſt communis opin.per text.in l non vtique §.fin.ff.de eo quod certo loc.per text.in l.vnic.vbi D.Cam.Plautius in gloſſ.verb.etiam ex lucro num.16.verſi fallit ſecundo. vbi dicit quòd hæc eſt communis opinio,hanc eſſe cōmunem opinionem atteſtatur etiam Cag.ibi nu.37.& Gomeſ.in.§. actionum nu.18.inſtit.de actio.Soci.conſi.156 pro fundamento col.2.nu.9 verſ.quoddam eſt vol.2.Alex.conſi.52. nume.5.vol.6 Et hoc habet locum indiſtinctè ſiue agatur ex actione arbitraria de qua loquitur text.in l.3.§.fi ff.de eo quod cert.loc.ſiue alia actione etiam non arbitraria, & eſt commu.opin D.Cam.Plaut.d.l.vnic.in gloſſ.ver.etiam ex lucro num.17.verſ.hæc concluſio. & ibi Cagnol.nu.37. & 38.poſt Bartol.col 9.verſic.ſi verò conſueuit.C.de ſent. quæ pro eo quod int.Alexan.conſi 200.Perſpectis vol.6. & conſi.141.Viſo volu.5.Dec.d.ca.cum venerabilis. de except.& in conſi.21.& in conſi.116.In cauſa Aloiſij in fi.& conſ.328.Viſis caſibus col.fi.& in l.diem functo.nu.8 ff.de offic.aſſeſ.& per Mod in l.rogaſti.§.ſi tibi ff.ſi cer.peta.quo caſu ipſum intereſſe lucri ceſſantis, probabitur iuramento deponētis,ſoliti cū pecunia negotiare,& cuiuſlibet alterius creditoris etiā ſoliti mercari,ſeu cū pecunia negotiare cōtra depoſitariū qui ſua die non reſtituit nummos depoſitos,& cōtra oēm aliū debitorē dolosum, ſeu dolo malo,& ſic nō

ex paupertate moroſum, per tex.in l.in actionibus. & in l. nummis.& ibi Bar.Alb.Bald.Pau.de Caſt Alex.Aret.Iaſ.& omnes.ff.de in lit.iur.Extende d.l.nummis.ff.de in lit.iur. vt procedat non ſolũ in contractu depoſiti, verumetiam in omni alio contractu bonæ fidei.& ſic dotis,locationis,venditionis, & ſimiliũ, vt intereſſe pecuniæ ſua die præciſa ſeu alio tempore debito nõ ſolutę probetur per iuramentũ deponẽtis,& alterius creditoris cõtra depoſitariũ, & omnem aliũ debitorẽ dolo malo moroſum,ſeu doloſum,vel calumnioſum ſeu contumacẽ dolo malo,in nõ ſoluẽdo etiã ſi nõ eſſet difficultas probationis,& res extarẽt. Bal.d.l.nummis col fi.ver.quæro quid ſi nummi. & ibi Pau.de Caſt.num.8. verſ.item quærit.& Alex.col.fin.in fi.verſ.in ea.ibi quæro.

31 ¶Propriè loquendo † non dicitur depoſitũ vbi fuiſſet conuentum,quòd depoſitarius poſſet vti pecunijs depoſitis,& ꝙ tantundem teneretur reſtituere etiam quod partes conueniſſent, quòd eſſet, & diceretur proprium depoſitum, ſeu verum,ac reale depoſitũ:text.in l.Lucius.& ibi Doct ff. depoſ.Dec.l.certi condictio.§.fi.colum.2.ver.& licèt.ibi ſed diligenter.ff ſi certum petatur. Ro.conſi.500.Summarius col.2.verſi.& tunc. & ver.ſecundò quia.& conſi.520.Circa propoſitũ col.1.ver.nihilominus ex quo.Et cum tunc propriè non ſit depoſitum, non poſſet dici depoſitum verum, ac reale d.l.Lucius. Ergo decretum Mediolani ſub rubr.de bonis inſolutum dandis.quo cauetur ꝙ pro depoſito verò, ac reali,non poſſint dari bona inſolutum, & quòd depoſitarius poſſit detineri, non haberet locum in ipſo depoſito ex quo egreditur terminos depoſiti,cuius natura eſt vt idẽ corpus nummorum depoſitorũ reſtituatur, & ſic nõ eſſet propriè verum, ac reale depoſitum d.l.Lucius. Dec.d.§.fi. ¶Verum depoſitum etiam non diceretur vbi depoſitum factum fuit cum pacto lucri: puta ꝙ recipiens nummos in depoſitũ cum eis negotiaretur,& deponenti ſolueret partẽ lucri, ſeu tantum pro centenario:nam tunc non diceretur propriè depoſitum maximè verum,ac reale,etiam ꝙ partes voluerint illud eſſe depoſitum,& pro tali illud nominauerint, quo caſu decretum prædictum Mediolani, nõ haberet locum in tali depoſito.Pau.de Caſt.d.l.Lucius ver.ſi autem

cum pacto.& ibi alij Doct.per illum text.Dec.d §.fin.Ro.d. conſ.500 Summarius & d.conſ.520.circa gloſ.tex.& Doct. in l.Titius.ff.de præſcript.verſ.Et licèt in tali depoſito conuentum eſſe ꝙ depoſitarius vteretur pecuniis in mercando, & conficeret librum rationis de lucris, & mercatura. Et depoſitarius non mercaretur, vel librum rationum non conficeret, non poſſet propter hoc in litem iurari contra eum, vbi contractus, vel inſtrumentum eſſet fœneratitium, puta, ſi fuiſſet conuentum ꝙ capitale eſſet ſaluum, vel ꝙ ſolueretur tantum pro centenario: quia tunc recipiens nõ tenetur ſoluere aliquam partem lucri, & pro eo non poteſt contra eum in litem iurari, & tenetur ſolum ad capitale, & eſt communis opinio Iaſ.conſi.174.Spectabilis per totum col.2.iunctis tex.gloſ.Archid.& Doct.in c.plerique 14.q.3. gloſſ l.ſi non fuerit.ff.pro ſocio.Abb.& communiter alij in in c.nauiganti.de vſuris vide ſuprà nu.7.ver.fallit quoque.
32 ¶Ipſum decretum † Mediolani volens pro depoſito verò, ac reali non poſſe dari bona inſolutum, ſed depoſitarium poſſe detineri, locum nõ haberet vbi in depoſiti inſtrumento non dicitur quod pecuniæ, vel aliæ res, fuerunt tunc depoſitæ in præſentia notarij, ac teſtium, ſed adeſt ſolum confeſſio depoſitarij confitentis ſe habuiſſe pecunias vel alias, res in depoſitũ: nam tunc non dicitur propriè depoſitum maximè verum, & reale, ſed confeſſio depoſiti, & l penul.C. depoſiti diſponens contra depoſitum nõ poſſe opponi exceptionem compenſationis etiã alterius depoſiti, & omnes aliæ leges, ſtatuta, & decretum ipſum priuilegiantia depoſitum, non habent locum vbi eſſet ſolum confeſſio depoſiti, & non probaretur per teſtes, ſuper aliud inſtrumentũ depoſitum fuiſſe verum & reale, & numerationem realẽ interueniſſe, ita quòd non ſufficit confeſſio depoſitarij, de ipſo depoſito facto, niſi aliter quàm per dictã confeſſionẽ probaretur ipſa numeratio realis, puta per teſtes de viſu ſeu per aliud præcedens inſtrumentũ, in quo notarius atteſtetur in præſentia ſua, & teſtium factã fuiſſe numerationem, & ita inquit Cag.in l.contractus num.21.ff.de regu.iur.ubi dicit quòd d l.pe.& omnia iura, quæ debeãt priuilegia depoſitis intelliguntur de depoſito vero, & reali, nõ aũt de ficto, nec
impro-

improprio, nec confeſſato, Ripa & Mod. in l.2.ſi certũ pe-ta. Soc conſ. 143. Diu profecto coi ſi. ver. confirmantur prædicta vol. 1. ubi allegat Bal. in conſ. incip. Duo ſunt & uide Bal conſ. 232. uol. 3. Et comprobatur quia decretum ipſum requirit ꝙ ſit depoſitum uerum, ac reale, ad hoc ut depoſitarius poſſit detineri, & non poſſit dare bona inſolutũ, etiã deducta tertia parte æſtimationis bonorum in fauorẽ creditoris. Ergo non ſufficit confeſſio depoſitarij, qua confiteatur ipſum depoſitum fuiſſe factũ: quia tunc nõ dicitur depoſitũ uerũ, ac reale, ſed confeſſio depoſiti, in qua locũ nõ habet ipſum decretũ loquẽs de depoſito uero, ac reali, cũ ſit exorbitans à iure cõmuni. Et ſic ubi erit ſola cõfeſſio depoſitarij, nõ poterit ipſe depoſitarius detineri, & ipſo decreto non attento, poterit depoſitarius dare bona inſolutum deducta tamen tertia parte æſtimationis bonorum. Soc. d. ver confirmantur. Cag. d. l. cõtractus nu. 21. facit tex. in d. l. pen. uer. acceperit ubi Doct. iunctis nota. per Bart. & Doct. in l Titia ff. de uerb. oblig. & in l. ſi ex cautione. C. de non nu. pecu Nam, & cum iura uẽdint in ceſſione iurium, uel immobliũ ſeu mobiliũ, ubi mobilia, & immobilia à cedente non poſſidentur, & ſic opus eſt lite, ubi ceſſio fit titulo oneroſo, puta uenditionis & teneri ceſſionarium ſoluere pretium re ipſa cedenti, alias quòd non ualeat ceſſio, non ſufficit confeſſio cedentis ꝙ ſibi ſit ſolutum l. Anaſtaſio. & l. per diuerſas. ubi Bal. Sal. & alij. C. mand ſequitur ꝙ ceſſio iurium, & actionum præſumitur ſimulata, & non ualet, vbi fit titulo oneroſo, pro debito, uel pretio, de quo non conſtat, niſi per confeſſionem cedentis confitentis etiam cum iuramento ſe habuiſſe pretiũ à ceſſionario, uel ſe eſſe debitorem ceſſionarij: nam ubi de hoc non conſtat niſi per ipſam confeſſionẽ cedentis, non ualet ceſſio, ſed præſumitur ſimulata etiã ſi eſſet iurata. Anch cõſ. 338. Viſa copia col. 1. in fi. cum ſeq. & eſt com. opi. Rot. deciſ. 177. ſub rub. de alie. iud. mut. cau. fact. in addit. ibi, deinde quæro utrum ceſſio Bar. l. diuerſas col. 2. in fi. nu. 11. uer. præſumitur etiã ſimulata, & col. 3. uer. ex quo & nu. 13. uer. ſed iuxta. & ibi Sali. col. 4. uerſicu. quæro tunc & ibi alij Doct. C. mandati. Soci. conſ. 66. Conſilus col 3. nu. 14. uer. hinc etiam uol. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dotis ſoluendæ, vel repetendæ in actionem, in litem iurari poterit, ſi dos per calumniam non ſoluatur.*

2 *Intellectus l. filiusfamil. ar. §. maritum. ff. ſolut. matrimonio, & nume. 3. & 4. & nu. 13.*

3 *Statutum loquens in vxore an cenſeatur etiam loqui in marito, & econtra.*

6 *Statuto diſponente, quòd vir lucretur dimidium dotis, vxoris prædefunctæ, viri pater qui onera matrimonij ſuſtinuit, tale lucrum acquirit, licet de patre in ſtatuto nulla fiat mentio.*

7 *Maritus, vel ſoror ſcienter fundum dotalem ſi alienent, ab vxore contra eos iurari potuit in litem, & an id procedat etiam contra emptores ſcienter ab eis cunctis in caſibus à iure non promiſſis.*

8 *Ruſticus excuſatur à dolo præſumptio, niſi eſſet in iure naturali, vel niſi ſic ſagax, vel in loco inſigni habitaret, vbi periti eſſent.*

9 *Dubium probabile an ſolennitas, vel ſtatutum ſit ſeruandum excuſat à mala fide, vel quando de conſuetudine non ſeruaretur.*

10 *Dotalis fundi alienatio facta ab vxore cum iuramento de non contrahendo, valet, ſi iuramentum ſponte fuerit præſtitum.*

11 *Ruſticus errans in iure naturali non excuſatur & quid ſi erret in iure poſitiuo.*

12 *Argumentum de dote ad pias cauſas valet.*

14 *Maritus non ſuſtinens onera matrimonij non poteſt ad dotis fructus agere, contra moroſum, vel quando ad ſoluendum dilationem conceſſit.*

15 *Vſurarium pactum dicitur; ſi maritus ſuſtinens onera matrimonij paciſcitur cum debitore dotis, quòd quid certam minimum ſoluatur, pro quolibet centenario capitalis, & ob id dilationem ad ſoluendum dotem conceſſit, nec ex eo agi poteſt, quia taxatio vſura dicitur.*

16 *Maritus qui pactum fœneratitium ſuper intereſſe dotis fecit, non poteſt etiam verum intereſſe poſteà petere.*

17 *Maritus matrimonij onera ſuſtinens ſi ad ſoluendum dotẽ tempus concedat cum pacto, quod pro oneribus matrimonij vel alimentis vxoris interim taliam ſoluantur ſi promiſſa non excedunt onera matrimonij debentur, ei peti poſſunt, & pro eis in litem iurari.*

18 *Marito quãdo dicatur cõmiſſa mora in ſoluendo dotẽ. Et an tunc ſi*

dos

dos promiſſa fuerit in pecunia, marito intereſſe debeatur, maritus quæ ſuper intereſſe eo caſu iurare poſſit.

19 Fur & moroſus æquiparantur in his, quæ rei interitum & intereſſe reſpiciunt, & moroſus & delinquens æquiparantur.

20 Mora dicitur delictum & contumacia.

21 Maritus an poſſit petere intereſſe dotis non ſolutæ eatenus, quatenus onera matrimonij excedit.

22 Vxori an pro dote non ſoluta debeatur intereſſe. Et quando & an pro eo poſſit contra hæredes viri in litem iurare.

23 Dos in mobilibus exiſtens, quo tempore ab hæredibus viri mulieri debeat ſolui, & an interim ſit alimentanda.

24 Intereſſe dotis in pecunia exiſtentis an poſt moram mulieri debeatur.

25 Mulier quæ iudicialiter hæredes viri ad ſoluendam dotem interpellauit, ſi ij ſine iuſta cauſa, litigauerunt, vel violenter eam retinuerunt debetur intereſſe etiam pro dote in pecunia exiſtente, & pro eo in litem iurabitur.

26 Secundus vir cum vxore, quibus ab hæredibus primi facta eſt mora in ſoluendo dotem, poterit contra debitores dotis moroſos intereſſe petere, & contra eos in litem iurare.

27 Mulieri non habenti vnde ſe alat intereſſe dotis non ſolutæ à moroſo debitore de bonis. Et an id etiam procedat finito anno luctus.

28 Mulieri ſolitæ negotiari, & moram paſſæ in ſua dote, debetur intereſſe lucri ceſſantis.

29 Mulieri moram paſſæ debetur intereſſe damni emergentis, idem in omnibus alijs procedit.

30 Mulier, vel creditor, cui eſt facta mora in ſoluendo pecuniam an poſſit petere intereſſe, & pro eo iurare ſub prætextu, quòd ſi habuiſſet pecuniam emiſſet prædia, ex quibus percepiſſet fructus.

31 Debitor pecuniæ in mora conſtitutus omni iure tenetur ad intereſſe creditoris, non ſolũ pro damno emergente, ſed etiam pro lucro ceſſante, quando creditor erat mercator ſolitus cũ pecunia negotiari.

32 Statutum, ꝙ pro dote mulieri non ſoluta debeatur intereſſe non valet, & ſtatuentes ſunt excõmunicati, & eius vigore agi non poteſt: & contrarium affirmantes ſunt hæretici, & an aliquo caſu valeat.

33 Statutum, quòd credatur iuramento viduæ, non haberet locum in nupta.

34 Mulieri quibus caſibus non debeatur intereſſe aliquid pro dote non ſoluta.

§. XI.

§ XI.

1 IN dotis actione, † etiam ſoluendæ, vel repetendæ, cum ſit actio bonæ fidei, poterit in litem iurari per maritum cõtra vxorem, & per vxorem cõtra maritum, & per quemlibet ex ipſis cui dotis actio cõpetierit, contra quemlibet etiam ſocerum, ſeu vxoris fratrem, ſeu extraneum, qui cum teneatur ad fundum dotalem tradendum, vel ad dotem etiã nummis conſiſtentẽ ſoluendã, per dolum malum, vel calumniam, aut malitiã, non tradit, nec ſoluit, ſed retinet, vel dolo malo fecit, quominus tradere, vel ſoluere poſſet. Nam tũc cõtra talẽ in litem iurari poterit, & ipſo iuramẽto res, ac rerũ quantitas, pretiũ, fructus, & corũ æſtimatio, ac quantitas, damna, & intereſſe, probabuntur, contra eum: quia inuitis nobis res noſtras alius retinere nõ debet text. eſt in l. ſi filiofamilias. §. maritum. & ibi not. gl. Bar. Alb. de Roſ. Ioan. de Imol. Roma. & alij. ff. ſolu. matri.

2 ¶Et quamuis † text. in d. §. maritum loquatur in muliere vt poſſit in litem iurare. tamen debet extendi ad maritum, vt etiam ipſe poſſit in litem iurare; quia omnis lex, & omne ſtatutũ loquens in vxore, cenſetur etiã loqui in marito. Et diſpoſitũ in vno, cenſetur diſpoſitũ in alio, & econtra. ex quo ſunt nomina correlatiua l. fi. vbi glo. Bart. Iaſ. & alij. C. de ind. vid. tol. Bart. l. fin. per illum text. ff. de acceptilatio.

3 ¶Sic & ſtatutum † volens, quòd maritus non poſſit relinquere vxori, cenſetur etiam diſponere, quòd vxor nõ poſſit relinquere marito, ratione correlationis & ne inuicem ſe ſpolient, vel eorum priuent familias. Iaſ. d. l. fi. C. de ind. vid. tol. & conſ. 112. noua vol. 1. Cur. Sen. conſi. 11. ſtatuto. Rip. rub. ff. de acq. poſ. col. 2. Dec. l. 1. col. pen. C. de in ius voc. D. Lau. Siluanus conſ. 31. noua maximè cum etiã tale ſtatutũ cenſeatur fauorabile. Bart. l. cunctos populos. C. de ſum. trin. ne mutuo amore ſe & eorum ſpolient familias, adeo, ꝙ ſtatutũ prohibẽs legari vxori, cenſetur etiã prohibere illã hæredem inſtitui. Ruin. & Mag. D. Hiero. Torn. rubri. ff. de leg. 1. col. 7. nu. 21. ver. ſed qui de illa. licet Cor. conſi. 195. Velit hoc caſu prohibito legato, non cenſeri prohibitam eſſe inſtitutionem. Fallit tamen, vbi eſſet aliud ſtatutum,

quod ſtatuta non poſſint interpretari, ſed debeant intelligi ad literã prout iacent. nam tunc diſpoſitũ per ipſum ſtatutum in viro, vt non poſſit relinquere vxori, nõ intelligitur diſpoſitum in vxore, vt non poſſit relinquere marito. Curt. Sen. conſi 6. Circa primam. arg. l idõemus. § fin. vbi Bal. C. ad Trebel. Et idem ſi ſtatutum diceret, quod ſeruentur ſtatuta ad literam prout iacent: quia tunc prohibito marito relinquere vxori, non cenſetur prohibita vxor relinquere marito. D. Care. Cotta in memo. ver. litera dicitur, vbi refert ita cõſuluiſſe. D. Lan. Dec. Pet Craſſum. & Io. de Puteo. ſequitur Pichus. in authent. præterea. C. unde uir, & uxor. & in l. quamuis. C. de impub. ſub. Fallit etiam ubi ſtatutum prohibens marito, relinquere uxori, multa alia annecteret, quæ non conueniunt uxori, relinquenti uiro, puta, ſi ultra certã quantitatẽ, præter alimẽta, ſeu ueſtes uxorias & ſimiles res muliebres, ſtatutum uult nõn poſſe relinqui uxori, prout dicit ſtatutum ciuitatis Nouariæ, nam tunc non cen ſetur prohibita uxor relinquere uiro. Socin. conſi. 74. Difficultatem colum. fin. uerſic poſtremo oſtenditur uolu. 3.

4 ¶Ergo † diſpoſitio d § maritum uerſ. ꝙ ſi dolo loquens de muliere iurante in lite. extendetur etiã ad maritũ: ut poſſit in litẽ iurare, maximẽ cum actio dotis tam reſpectu mariti, ꝗ̃ uxoris ſit bonæ fidei, adeo, ꝙ à die moræ etiã ante litẽ conteſtatã, debetur intereſſe. Bal. Nouel. tract. de dote in 4. part. uerſ. quartò quæro. ubi inquit, quod hæc eſt cõmunis opin. glo Bart. & Doct. l. de diuiſione. ff. ſolu. matr. & etiam quia militat eadem ratio: quia inuitis nobis &c. de qua in d. §. maritũ. Ergo debet militare idẽ ius l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr præſertim etiã quia identitas rationis iurandi cõtra doloſum, ſeu moroſum militat in uiro ſicuti in uxore d. l. in actionis ff. de in lit. iur. ergo militabit idẽ ius. Iaſ. l. à Titio. ubi gloſ. ff. de uerbo oblig. & ibi Bart. & Doct.

5 ¶Extende d. §. maritum. † ut procedat nedum in uxore, & marito, ut poſſint iurare in litem, uerum etiã in ſocero ſuſtinente onera matrimonij, ut poſſit iurare in litem cõtra occupantẽ dolo malo fundũ dotalẽ, uel dolo deſinentem poſſidere, uel cõtra debitorẽ dotis in nummis conſiſtentẽ, qui dolo malo, vel ex calumnia, ſeu malitia, uel ex mora

doloſa,

doloſa,& abſque cauſa debita facta eã nõ ſoluit,cum propter moram ſicuti & propter dolũ malũ iurari poſſit in litẽ l.nummis.& l.in actionibus ver.plane interdum ff.de in lit. iuran.vbi tex.& Doct.omnia n.iura loquẽtia in fauorẽ mariti, vt habeat intereſſe dotis non ſolutæ, vel aliquid aliud propter onera matrimonij quæ ipſe ſuſtinet.locum habent
6 etiã in ſocero,& ſic patre mariti. Et ideo † ſtante ſtatuto, ꝙ maritus lucretur dimidium doris vxoris præde ſunctæ,ſi pater mariti ſuſtinuit onera matrimonij circa expenſas, tale lucrũ acquiretur patri,& nõ marito,etiam ꝙ de patre ſtatutum nullã faceret mentionẽ; Hippo.ſing.264.Eum ſequuntur.Bar.tract.de duob frat.colum.9 Abba.conſ.79.Videtur vol.2.circa fi.Rom.auth.ex teſtamento col.5.C.de collat.
7 ¶Vnde infertur,† ꝙ cum fundus dotalis alienari per maritum,vel ſocerum nõ poſſit etiã,vxore conſentiente.inſtitu. quib.ali.lic.vel non.& tot.tit.ff.&.C.de fund.dot.certè contra maritum,vel ſocerum,aut eius hæredẽ ſcienter alienantem fundum dotalem, vel dolo malo deſinentẽ poſſidere, aut patientem ſcienter,ab eius affine, vel amico, occupari, iurari poterit in litem, per vxorẽ tex.in d § maritũ. iunctis not.per Abb.conſi.109.Circa factum col.fi.in 2.part.& in c.1.de alie.iud.mut.cau.fact.dicuntur enim fuiſſe in dolo alienando ſcienter fundũ dotalem contra legum interdicta ca.qui contra de reg iur.in d.l.quemadmodum. in fi.C.de agric.& cen.lib.11.Bal no.tract.de dot.in 7 part incip.primum igitur col.8.verſi.ſi autem fuit omnino ſciens Corn. conſi.147.Quia cauſa col pen.vol.2.Bald.l nummis col.fi. verſ adde, quod videtur.ff.de in lit.iuran. Et ex ipſo iuramento in litem per mulierem præſtando contra alienantem eius fundum dotalem probabuntur pretium, ac æſtimatio fundi dotalis, & damnum & intereſſe, etiam affectionis mulieris,& fructus, ac fructuum quantitas, qualitas,& æſtimatio eorum,in quibus ipſi alienantes erunt condemnandi erga mulierem text.& ibi gloſſ.& Doct.d.l.ſi filiofam.§.maritum.ff ſol.matr.& in l.in actionibus.& l.nummis.vbi Bart.verſ.op.infra & ibi Iaſ.num.10 ff.de in lit.iur. ¶Et non ſolum contra alienantes, verum etiam contra ſcienter acquirentes à marito vel ſocero etiã cum conſenſu

mulieris, vel à muliere abſque iuramēto fundum dotalem, ſeu bona Eccleſiæ, vel minorū, cum hæc omnia æquiparentur, abſque cauſis à iure permiſſis, & ſolennitatibus iuris ſtatutorum, literarū principis, iurari in litem poterit, quia etiā ipſi acquirētes dicuntur fuiſſe in dolo. & mala fide d.c. qui cōtra. & d.l. quemadmodū. Cor. d. col. pen. ibi. præſumitur quandoq;. Bal. not. d. verſ. ſi autem fuit omnino ſciens, vbi inquit, quòd taliter acquirentes ſunt in dolo & mala fide, & amittunt pretium, & euictionem etiam ꝙ de eis fuiſſent ſtipulati. Ergo contra eos in litem iurari poterit, ſicuti poteſt iurari contra alienantes ratione correlationis l. 1. vbi Bar. & Doct. per illum tex. C. de cypreſ. lib. 10. Iaſ. & Doct. l. fi. C. de ind. vid. tolle. & eſt cōmunis opi. Bal. not. d. ver. ſi autem fuit omnino ſciens. vbi alleg. Io. de Imo. c. cum contingat. de iureiur. iuncta d.l. in actionibus. ff. de in lit. iur. arg. l. generaliter. ff. de verb. obl. omnes. n. ſciret debēt legū prohibitionē. & eorum tenorem l. leges ſacratiſſimæ. C. de legi. ¶Fallit vbi erat ignorantia facti, puta quia acquirens neſciebat bona eſſe dotalia, vel minorum, Eccleſiæ, & ſimilium, & tanquā talia non fuerunt alienata, nam tunc præſumitur bona fides, maximè ſi ignorauit fundū eſſe datum in dotem inæſtimatum, ergo contra talem acquirentem in litem iurari non poterit. Corne. d. conſi. 147. Quia col. pen. vol. 2. Bald. tract. de dot. par. 7. col. 8. verſic. & prædicta procedunt. in fi. Et in hoc acquirens excuſabitur à mala fide, & iuramento in litem, etiam ſi eſſet conſanguineus, vel vicinus, Cor. d. conſi. 147. & in dubio ignorantia præſumitur l. verius ff. de proba. & ex quo nullus dolus fuit acquirentis contra eum in litem nō iurabitur d.l. in actionibus.
8 ¶Fallit ſecundò, † vbi acquirens, vel alienans, eſſet ruſticus: nam tunc cū ruſticus excuſetur à dolo præſumpto. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omni iudic. vbi tex. & Modern. non poterit in litem iurari cōtra ruſticum pro eo quia alienauerit, vel acquiſiuerit rem abſque ſolennitatibus iuris cōmunis, vel ſtatuti, vel contra legum interdicta, vel pro eo: quia cum eſſet tutor, vel adminiſtrator, non confecerit librum rationum, vel inuentarium, adminiſtrauerit non ſeruatis ſeruandis quia propter ruſticitatem excuſatur à dolo
præſum-

præſumpto,& non dicitur in mala fide: ergo contra eum in litem eo in caſu iurari non poterit. Ripa tract.de peſte in tit.de præſer.rem.cō peſt nu.32.ver.ſecundo ruſticitas, & nu.233.ver.habes tū.Bal.no.d.ver.& prædictâ. Soc.conſi.39.Viſis vol.1.Pau.de Caſt.l.Clodius.ff.de acq.hære.iuncta d.l.in actionibus. Fallit vbi ruſticus errallet in iure naturali, quia tunc non excuſaretur:vt infrà dicā nu.11.ver. ruſticus aūt qui.Tamen hæres ruſticus nō excuſaretur etiā à cōfectione inuentarij de quo in l.fi.C.de iur.delibe.Alex. & Mod.l.iuris ignorantia.C.qui admitti.& rationem uide per Rip.d.tit.de præ.re.con.peſt.nu.242.ibi,conſidera.vbi inquit,ꝙ eo in caſu,ruſticitas non excuſaret, ne præiudicetur creditoribus certantibus de damno euitando,ſed in caſu tutorū ruſticorū vbi non conficiunt inuentarium ruſticitas excuſaret, ex quo eo in caſu certaretur ſolum de lucro captando aliis venientibus ab inteſtato. Sed hæc ratio non videtur militare,cum quo ad minores tractari dicatur de eorū damno.vnde dico attendendū eſſe qualitatē perſonæ,vt dixi infrà nu.7.verſ.ſed ego.Vbi ruſticus eſſet ſagax, non excuſaretur à dolo præſumpto,& ab ignorantia iuris, & contra eum alienantem,vel acquirentē, vel adminiſtrantem abſque iuris ſolennitatibus in litem poſſet iurari.text. gloſ.& Doct.in l.athletæ.§.fi.ff.de excuſ.tut.Ripa d.tit.de præſ.re.cō.peſt.nu.249.verſ.ſcias etiā. Iaſ.d.l.ſi quis id qđ col.8.nu.32.in fi.& ibi Alex.& Mod.ff.de iur.om.iud.iuncta d.l.in actionibus & d.c.qui cōtra. Item vbi Ruſticus habitaret in ciuitate, vel in oppido inſigni, in quo eſt copia peritorum, vel eſt vicinus locis in quibus eſt copia peritorum,ita quòd ad ipſa loca eius acceſſus non eſt difficilis,tenetur cōſulere peritos,alioquin non excuſatur l.iuris ignorantia vbi gloſſ.Deci.& Moder.C.qui admit.ergo eo in caſu in litē contra eum iurari poterit ſicuti contra alios vbi abſq; iuris ſolennitatibus,& iuſtis cauſis fundū dotalē alienarunt l.fi.C.de iur.& fact.igno.iuncta d.l.in actionibus. ¶Sed ego iſtud totum arbitrio iudicis relinquendum cenſeo,qui attenta qualitate perſonæ ruſtici; & loci,quē habitat, & ſolennitatū omiſſarū de quibus agitur, an veriſimiliter ſcire debuerit eas vel ne; arbitrabitur an iuramentum

in litem ſit contra eum d. ferendũ, vel ne, Dec. d. l. ſi quis id quod col. 5. nume. 34. verſi. & q; dictum. Ripa d. tit. de præſ. remed. cõt. peſt. nu. 234. verſi. hinc eſt arg. l. 1. ff. de iur delib.

9 ¶Fallit etiam † vbi erat probabile dubium, an talis ſolennitas, & an tale ſtatutum debuiſſet obſeruari: nam tunc nedum ruſticus, verum etiam quilibet alius excuſatur à mala fide: ergo contra eum in litem iurari non poterit ob omiſſione ipſarum ſolennitatum. Cor. d. conſi. 147. Quia col. 1. & 2. vol. 2. dixi ſuprà, in verſi. vnde ex præmiſſis infero. nume. 52. ver. tertio quotieſcunque eſſet.

¶Fallit etiã, vbi tales ſolennitates de cõſuetudine nõ ſeruarentur: nam tunc ob ipſarũ omiſſionẽ in litem iurari non poteſt. Barto. d. l. tutor qui repertorium col. 4. nu. 18. in fin. ver. itẽ ſi conſuetudo eſſet. ff de admi. tut. & dixi ſuprà, in d. ver. Vnde ex præmiſſis nu. 54. uer. quarto quotieſcunque.

10 ¶Fallit etiam † vbi contractus alienationis fundi dotalis fuiſſet factus ab vxore cum iuramento de non contrauenniendo, vel cum ipſo iuramento, vxor ipſi alienationi conſenſiſſet: nam tunc valet alienatio, nec poteſt iurari in litẽ, dummodo tale iuramentum non vi, dolo, nec metu fuerit præſtitum, ſed ſponte factum fuerit cap. cum contingat de iureiur. ca. quamuis de pactis in 6. Et idem in alienatione facta per fœminam in anno 17. & per maſculum in anno 14. quia tali iuramento firmatur per auth. ſacra. pub. C. ſi aduer. vend. c. quamuis de pact. in 6

11 ¶Ruſticus † autem qui iure naturali errauerit: puta, emendo rem vxoris à viro, cum eſſe fundus dotalis, vel emendo à valde minoribus nõ excuſaretur l. 2. C. de in ius voc. Dec. & Mod. d. l. ſi quis id quod ſentit. Cor. d conſ. 147. Quia col. pen. vol. 2. Doct. l. cum lex. ff. de fideiuſſ. Ergo contra eum in litẽ iurari poterit d. c. qui contra iuncta d. l. in actionibus tñ. ruſtico erranti ex ignorãtia iuris poſitiui, vel ſtatuti poſitiui aliquãdo parcitur, Alciat. reg. 1. præſum. in præſum. 37.

12 & præmiſſa maximè † procedunt: quia valet argumentũ de dote ad piã cauſam, & econtrà l. cũ is. §. ſi mulier vbi Alex. & doc. per illũ tex. ff. de cond. inde. Nic. Euer. in loco 25. ibi, locus à dote. ergo ſicuti alienantes, & acquirentes re Eccleſiæ abſque iuris ſolennitatibus, & debitis cauſis dicuntur

in dolo,ita etiã in dolo dicuntur alienantes, & acquirentes fundũ talem abſque debitis cauſis neceſſariis alienandi, & abſque iuris ſolẽnitatibus. Bar.Bal.& Doc.auth.qui res iam dictas.C.de ſacr.Eccle.ergo contra eos in litem iurari poterit d.l.in actionibus & prout dixi ſuperius in verſic.Dicam cum Virgiliana Didone.nu.5.verſi.& ſicuti. Et pro maiori
13 † dilucidatione d.l.ſi filiofamilias.§ maritum.ff.ſol.matri. quando maritus, & vxor poſſint agere ad intereſſe dotis,& pro eo in litem iurare diſtingue prout infra dicemus,& primò de marito, videamus deinde de vxore cum à dignioribus ſit prius inchoandum l.1.ff.de alb.ſcrib.
14 ¶ Maritus non † ſuſtinens onera matrimonij non poteſt agere ad dotis fructum,nec intereſſe:ergo nec pro eis iurabit in litem & eidem etiam lucrum dotis delatum ex forma ſtatuti non debetur l.dotis fructus in prin.ff.de iur.dot. Doct.cap.ſalubriter.de vſur.Hip.ſingu.264.Eum.Abb.conſi.79.Videtur circa fi.vol.2.glo.Bar.Alc.& Doct.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxorem.ff.ſol.matr.
¶ Si verò maritus ſuſtinet onera matrimonij, & illi qui tenentur ad dotis ſolutionem, non ſunt conſtituti in mora: puta,quia non ſunt iudicialiter,nec extraiudicialiter interpellati,nec poſſunt interpellari:puta quia maritus illis conceſſit dilationẽ ad ſoluendum dotem,nõ paciſcendo de aliquo intereſſe,& dilatio nondum eſt elapſa,tunc marito & venditori,facienti talẽ dilationẽ, non debetur intereſſe aliquod, cum intereſſe nunquã debeatur vbi nõ eſt mora,ergo in litẽ maritus,& venditor pro tali intereſſe non poterunt agere,nec iurare l.in inſulã.§ vſuras vbi Io de Imo.col.2. nu.7.verſ.ſed iuſta.& ibi alij Docto.ff.ſol.mat.Soc.cõſ.130. Circa præſentem nu.7.vol.4.Dec.conſ.119.Et pro tenui. col.3.verſic.in oppoſitum & in c cum venerabilis col.6.de excep.Amb.de Vignite.d.c.ſalubriter in tract.de vſur.col.2. caſu prin.nu.14.& ibi D.Anto.de But.& alij de vſur.
15 ¶ Vbi verò maritus † ſuſtinens onera matrimonij,ſeu venditor qui tradidit rem venditã emptori fecit pactum quod eidẽ ſex,aut quinque, aut vnũ,vel aliud quid minimum,ſoluatur pro quolibet centenario capitalis, & dedit dilationem ad ſoluendum ipſam dotem, ſeu pretium, cum hoc quod

præmiſſa ſoluerentur,& tunc tale pactũ dicitur vſurarium, & ex eo agi non poteſt,& dictum intereſſe ſic taxatum nõ debetur, & pro eo in litẽ iurari nõ poterit: quia in omnib. caſibus quibus intereſſe debetur, puta marito ſuſtinenti onera matrimonij,vel venditori q emptori rem tradidit,ex qua percipit fructus,vel mercatori & ſolito negotiari, non põt tale intereſſe deduci in ſtipulationẽ,nec pactũ, taxãdo illud ad rationẽ de tot pro quolibet centenario,etiã ſi dicerẽtur pro dãnis intereſſe,ac fructib.& oneribus,ac alimentis ſic taxatis:quia talis taxatio dicitur vſura, & tale intereſſe ſic taxatum peti non põt, nec pro eo in litẽ iurari. Dec. conſ.39.Iuridicã.nu.5.verſ.ſecundò reſpondetur.& cõſ.3. Et pro tenui col.2.ver.ſecundò quia hæc & cõſ.119.Et pro tenui.col.3.ver.quintò pro iſta Alb.& Bal.l.cunctos popu los vbi D.Io.Bap.Catial.col.36.nu.82.verſ & quia in fi.C. de ſum.trin.& fid.cath.S.Bernar.de Sen.in lib.ſuo ſermonũ in tit.plures caſus in quibus homo paciſci pro intereſſe damni emergẽtis c.2.ver.pone q gener.& iſta eſt vera cõis opinio:vt dicit D.Laur.Sil.conſ.10.In nomine Ieſu Chriſti. col.fi.nu.40.ver.nec obſt.Alex.conſ.221.Super col 2.ver. & nota.& col.fi.nu.8.ver.hoc etiã vol.2.Anch.conſi.150. In q.Crau.conſ.87.Sempronius col.fi.& videtur tex.in c. conſuluit ubi D.Laur.de Rod.nu.37.q.53.circa fi.de vſur. Bal.& Doc.l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.peta.D.Io.And.Cal. & doc.d.c.ſalubriter.Io.de Anan.c.fi.nu.62.in fi.ver.qrit. etiã de vſur.Alex.conſ.27.Viſo.col.fi.vol.4.Grat.conſ.11. Quæritur col.4.num.28.& 30.uol.2.Ro.conſ.520.Circa.

16¶ Et ipſa conuentio † taxationis dicti intereſſe adeò eſt inefficax,q etiam uerum intereſſe peti, & teſtibus probari poſtea nõ põt,D.Laur.Silua.d.conſ.10.nu.46.ver.& adeo. ubi allegat.Io.Lupi.ca.per ueſtras char.173.de dona.inter vir.& uxor.ſed Dec.d.conſi.39.Iuridicã.d.uer.ſecundò reſpondetur.& d.conſ.119.uer.quintò pro.cum ſeq.& conſi.122.Viſis col.fi.Alex.conſi.220.Dñi uol.6.Cag.l.nu.51. & D.Cam.Plau.Pez.glo.dupli.num.39.C.de ſent.quæ pro eo quod inte.& Io.de Anan.d.uerſi.quærit etiam.& Aret. conſ.151.Viſo in fi.uolunt contra doloſum,uel moroſum poſſe peti intereſſe uerũ dimiſſo intereſſe taxato,q ego intelligo

telligo verum dummodo in caſu præmiſſo intereſſe vtrum probetur teſtibus, vel inſtrumentis:quia ille qui fecit pactũ fœneratitium per dictam taxationem non poterit etiam contra moroſum, vel doloſum iurare in litem ſuper vero intereſſe.Hipp.ſing.273.Notiſſimum.ibi,& ſubdit.Ioannes Bap.Catialu.& Mod l.ad.nonendi.ff.de iureiur.argu.l.improbum vbi Bar.& Pau.de Caſt.de infam.

17 ¶ Si autẽ maritus † ſuſtinet onera matrimonij, & dedit dilationem ad ſoluendum dotem, cum pacto ꝙ pro oneribus matrimonij,vel alimẽtis vxoris, interim ſoluantur talia,nõ facta mẽtione pro quolibet cẽtenario,nec pro denariis:ſed pro dictis oneribus, vel alimentis, & tunc ſi talia promiſſa non excedant onera matrimonij debentur, & peti poſſunt.eatenus quatenus non excedunt ipſa onera, & in ſortem non computantur,vltra autẽ non poterunt peti,& idẽ in venditore paciſcẽte pro fructibus, & eſt com opi.Alex. conſ.31 Viſo vol.6.vbi allegat.Anto.de Butr.& alios in d. ca.ſalubriter vbi Paul.de Eleaz.Anch.Io.Cald.Abb.& alij iſtud tenẽt, ſequitur Alex.conſ.221.Supra col.fi.vol.1.Ro. conſ.517.In caſu arg.l.fi.in prin.ff.de dol.excep.& in l.ſi pater.§.1.ff.de pact.dota.& in l.creditor.§ ſi inter.ff.manda. Iac.Butr.& alij l.1.§.exactio.C.de rei vxor actio.Io.de Imo. Pau.de Caſt.Alex.& alij d.l.in inſulã.§.vſuras.vbi Alex.col. fi.uer.alias & articulus,inquit,ꝙ hæc eſt magis com.opi.ff. ſolut.matr.Ergo ſi per dolum aut calumniã præmiſſa non ſoluantur per debitorẽ moroſum, poterit maritus contra eum in litem iurare d.l.ſi filiofami.§.maritum.ff.ſol.matri. Et iſtud intelligendũ quãdo maritus maluiſſet habere dotis capitale,ꝙ̃ ipſum intereſſe: quia illud in prædiorũ emptionẽ,uel licitã negotiationẽ poſuiſſet:ex quibus tantum uериſimiliter percepiſſet, ſed fecit dilationẽ ipſam:quia debitor nõ habebat modũ ſoluendi pecuniam,uel ſi habebat indigebat ea in alia re,de quibus iuramento mariti cũ hæc in eius conſiſtãt animo,ſtari debet.Alex.d.conſi.221.Sup. col.2.uer.ergo ita uol.2.gloſ.& docto.§.aliæ.inſtit.de acti. Et in caſu pm ſſo,ipſa ficta,ſeu intereſſe peti poſſunt licitè, alioqn nõ.Sum.Ang.uer.uſura nu.23.uer.utrũ gener.in fi.

18 ¶ Vbi uero maritus † ſuſtinet onera matrimonij & dos ſibi fuit

bi fuit promiſſa, & nulla eſt data dilatio ad ſoluendum; & in ſolutione dotis facta fuit mora marito, vel qu a illam petiit iudicialiter, uel extraiudicialiter, & non fuit ſoluta, quo caſu illi cenſetur facta mora. Mod. in l. quod te. & in l. cum quid. & in l. uinum. ff. ſi cert. pet. Bar. & Doct. l. de diuiſione. ff. ſoluto matrimonio. Vel agitur bienniũ ꝙ maritus ſuſtinet onera matrimonij, quo caſu per lapſum biennij, ubi extraneus promiſit dotẽ cenſetur marito facta mora, & debetur ei intereſſe l. fi. §. prætereà. C. de iure dot. uel quia dos ad certum diẽ fuit promiſſa quo caſu per lapſum diei non facta ſolutione, cenſetur eidem facta mora, & debetur intereſſe. Alex. conſi. 31. Viſo col. 1. in fi. & 2. in prin. uol. 6. l. magnã. C. de contrah. & com. ſtip. l. mora. ubi text. & gl. uer. repetendi. ff. de uſur. Vel alio modo maritus onera matrimonij ſuſtinenti facta fuit mora, puta: quia uxor, uel pater dotem promiſit, & eam non ſoluit, & maritus adimpleuit pro parte ſua, ſuſtinendo onera matrimonij, quo caſu ei cenſetur facta mora re ipſa, & ei debetur intereſſe. Bar. & Doct. d. l. de diuiſione. ff. ſolu. mat. & tunc eidẽ debetur intereſſe dotis non ſolutæ etiam ꝙ in nummis dos ipſa promiſſa fuiſſet per debitorẽ dotis moroſum, non habito reſpectu ad tantum pro centenario, ſed ſolũ quò ad intereſſe mariti eatenus quatenus in oneribus matrimonij perſoluit, ſeu expendit, & non ultra, & hæc eſt com. opin. caniſt. & legiſt. ita inquit Iaſ. conſ. 92. Circa primum col. 4. uer. 2. & fortius uol. 1. Grat. conſil. 55. Viſis nume. 3. uol. 1. Dec. conſ. 119. Et pro tenui col. pen. nu. 4. uerſi. Et pro iſta. Alex. conſ. 120. Super in fi. uol. 2. Barto. Io. de Imol. Pau. de Caſtr. Alex. & Doct. d. l. in inſula. §. uſuras. ff ſolu. mat. ſum. Ang. uer. uſura. nu. 25. uer. utrum gener. Ro. cõſ. 517. In caſu tex. in c. ſalubriter ubi Abb. Io. And. Ant. de Butr. Card. Floren. & omnes de uſur. Ang. Aret. & Iaſ. § fuerat inſti. de actio. & ita etiam uolunt Theologi uidelicet marito deberi dictum intereſſe. Michael de Bononia Carmel. in 4. ſent. li. 4. diſtinctio. 17. q. unic. verſ. tertius caſus eſt pro dote. ubi tamen loquitur quando eſt data poſſeſſio pignori. Et debitor faciens moram creditori ſuo in ſoluendo pecuniam tenetur etiam in conſcientia ad intereſſe. Io. Dus Scot. in 4.

ſent.

ſent.diſt.51.q.11.in 2.arti.vel.ſecundum eſt ratione inter eſſe debitor enim,&c.

¶Et contra prædictum debitorē moroſum cōſtito ꝙ mari tus ſuſtineat onera,& etiā conſtito de mora per eum facta poſſet per maritum iurari in litem ſuper eius intereſſe d.l.ſi filiofa.§.maritum.ff ſol mat.Nam ſi pōt iurari in litē contra furem,vt dixi ſuperius in ver.Primò itaq; ampha.in 3. ampliatione nu.5.ver.tertiò amplia.Ergo poterit etiā contra debitorē moroſum in litem iurari.text.d.l.in actionib.
19 ver.planè,& l.nummis ff.de in lit.iur.cum † fur & moroſus æquiparentur,in his quæ rei interitū, & intereſſe reſpiciunt.Bar.d.l.quod col.2.nu.11.ver.ratio quia & ibi Thomas Parp.col.2.ver.not hic.ff.ſi cer peta.tex.in l.in re furtiua.ff.de cond.furt.gl.l.inter ſtipulantē.§.pe verſi.facta.ff. de verb.oblig.Et moroſus ac delinquens æquiparātur l.me ritò.in fin.ff de vi.& vi arma & mora eſt dolus l.dolus.ff. mād.& dolus dicitur delictū l.1.§ nūc tractemus.ff.de tut.
20 & rat.diſ.Et mora † dicitur contumacia l.cum filius.ff.de int.act.Cōtumacia aūt dicitur delictū l.omne delictū.ff.de re iud.Alex.& Doct.l.1.§.fi.ſi quis iuſd non obtemp.Fel.c. literis col.fi de conſt.Ang.tract mal.in gl.ver.qui iudex videns iunctis not per Alex.cōſ.214.Quādo vbi Caro.Moli. in addit.mag.vol.7.vbi inquit.Caro.Mol ꝙ eſt cōis opinio, poſſe iurari in litem etiam ratione doli in omittendo, & ſic ob morā doloſam tex.d.l.in actionibus, & d.l nummis.
21 ¶ Sed ſi mariti intereſſe, † plus eſſet, quàm eſſent onera matrimonij:quia fortè maritus paſſus fuit damnum emergens pro eo:quia pecunias pro dote ſibi debita nō habuit, vel cum eſſet mercator paſſus fuit intereſſe lucri ceſſantis, adhuc dico ꝙ maritus tale intereſſe contra debitorē moroſum poteſt petere, etiam eatenus quatenus excedit onera matrimonij,& idem in venditore,vt tale intereſſe emergentis,vel etiam lucri ceſſantis vbi eſſet mercator,petere poſſit eatenus quatenus excedit fructus rei venditæ cōtra emptorem moroſum in ſoluendo pretium rei per eum emptæ,& poſſeſſæ,& hæc eſt communis opinio Canoniſt.& Legiſta. vt dicit Bald.Hoſt.tract.de dot.in part.7.in 3.ſpeciali, ibi, tertium ſpeciale verſi.ſed tunc &, verſic.ex prædictis.Rom.

conſi.517.In caſu col.2.ver.ergo præſuppoſita. Alex.d.conſi.31.Viſo col.1.in fi.& 2.in prin.vol.6.l.3.§ de officio.vbi Doct.per illũ tex.ff.de eo ꝙ certo loco.Docto.in c.conqueſtus & in ca.ſalubriter de vſur.Et contra talem debitorem moroſum maritus iurare non poterit in litẽ d.§.maritum.

22 ¶Sed an mulieri † debeatur intereſſe, & an ipſa in caſu dotis poſſit in litem iurare diſtingue prout infrà.

¶Aut dos mulieris conſiſtebat in fundis dotalibus datis inæſtimatis in dotem,vel æſtimatis,cum pacto tamen ꝙ remanerent fundi dotales,& tunc mortuo marito ſtatim etiã non aſpectato anno, hæredes mariti debent reſtituere fundos ipſos dotales ipſi mulieri text.in l.1.§.exactio.C.de rei vxor.actio.& non ſolum fundi dotales,verumetiam eorum fructus primi anni luctus debent reſtitui vxori,& eſt com.opi.Bal.& alij in l.diuortio.vbi Iaſ.col.4.num.18.ver.circa.ibi,ſed aduerte.ff.ſolu.mat.Tamen de fructibus fundi dotalis annis quo maritus eſt mortuus fiet diuiſio inter vxorem, & hæredes mariti ſecundũ d.l diuortio.& l.de diuiſione.ff.ſolu.mat.Et ſi hæredes mariti dolo malo, vel per fraudem aut calumniam,recuſarent mulieri relaxare fundos ipſos dotales cũ fructibus,vel dolo malo deſierunt illos poſſidere,tunc mulier iurare poterit in litem contra ipſos hæredes ex eorum dolo, vel calumnia, aut fraude, ſicuti poſſet contra maritum,& ex ipſo iuramento,res,ac rerum preciũ, & fructuũ quantitas & æſtimatio,& omne intereſſe mulieris probabitur d.l.ſi filiofam.§.maritum.ff.ſol.matr.Et hoc vbi hæres fundum dotalem reperuit in hæreditate, & dolo malo, vel per calumniam non reſtituit, vel poſſidere dolo malo deſiit, & ſic iuratur contra hæredes ex proprio dolo, ſeu calumnia hæredis, non defuncti l.alio iure. verſicu. At enim hæres vbi Doct.per illum tex.C.de in lit.iurand.

23 ¶Aut dos † mulieris, quæ remanſit vidua, conſiſtebat in mobilibus,vel nummis, ſeu pecunia. Et tunc hæredes mariti habent terminum anni à die mortis mariti numerandum,ad ſoluendum dotem ipſam, abſque aliquo intereſſe ſoluendo, nec poteſt contra eos interim occaſione dotis non ſolutæ in litem iurari.text.in d.l.1.§.exactio.C.de rei vxor.actio.l.diuortio.§.interdum & ibi Bart.& Doct.ff.ſol.

matr. Tenentur tamen hæredes ipſi, in ipſo primo anno ſi nolunt ſoluere dotem, alere ipſam mulierem ſi non habet aliunde ex reditibus aliorum bonorū ſuorum vnde viuat, quia non tenetur mulier vendere bona, vel annulos, nec patrem, matrem, aut fratres ſuos aggrauare, pro ſe alimentanda. & mulieris operæ erunt hæredum. glo. Sali. Bal. & Ang. d. §. exactio. Aret. l. diuortio col. 2. verſi. debes. ff. ſolu. matr. Ana. c. ſalubriter col. 6. circa princ. de vſur. iunctis not. per Bar. Iaſ. & Alex. d. l. diuortio. & per Bal. conſ. 30. Sicut vol. 2. Sed ſi mulier habet aliunde, vnde viuat ex reditibus bonorum ſuorum, tunc pro ipſo primo anno hæredes non tenentur ad alimenta, nec intereſſe, nec tenentur fructus diuidere cum muliere, ſed in totum ſunt hæredum, vbi illam alunt. gloſ. d. §. exactio. in fi. & eſt com. opin. Bar. Alex. Pau. de Caſtr. Aret. Iaſ. Imo. & alij d. l. diuortio. Fallit vbi mulieri dos fuiſſet legata à marito: quia tunc debet ei etiam habenti aliunde, vnde viuat, dos ſolui non expectato anno l. 1. ff. de dote prælеg. §. ſed ſi vxori. vbi glo. inſti. de leg. Fallit etiam quando hæredes mariti ſunt diuites, & potentes: quia tunc tenentur ſtatim ſoluere dotem nummis, vel mobilibus conſiſtentem, nec habent terminum anni. Ang. d. §. interdum. Iaſ. Cyn. & Goff. dict. §. exactio. Rom. ſingu. 461. Alexan. l. ſi debitoribus. ff. de re iudicata. tamen communis opinio eſt quòd etiam hæredes diuites, & potentes habeant ipſum terminum anni ad ſoluendum dotem ipſam. Nico. Boer. conſi. 50. videtur primo nu. 19. Salic. d. §. exactio. Iaſ. §. fuerat nume. 27. verſi. 1. ad id autem quòd dixi. & num. 28. verſic. quòd limitauit. inſtitut. de actionib.

24 ¶ Elapſo autem † primo anno luctus, & etiam ante ipſum primum annum luctus, & poſt mulieri moram non paſſæ in caſibus quibus dos ei ſolui debet, non debetur intereſſe, nec pro eo poteſt iurari in litem: quia vbi non eſt mora intereſſe non debetur, & eſt communis opin. Bar. Io. de Imol. Alexan. & Paul. de Caſtr. d. §. vſuras. Socin. conſi. 108. Diligenter vol. 2. Afflict. deciſio. 284. Incip. an ſoluto.

¶ Sed quod plus eſt, dico, quòd etiam elapſo primo anno luctus, & eſt poſt quandocunq;, quòd non debetur intereſſe dotis nummis conſiſtentis nō ſolutæ mulieri, etiam

 moram

moram paſſæ p ipſos hæredes mariti etiã cõſtitutos in mora à muliere,nec p aliquos dotis debitores moroſos.& pro tali intereſſe agi,& illud teſtibus,inſtrumentis,aut iuramento in litem probari nõ põt,cum de iure nõ debeatur ipſum intereſſe eidẽ mulieri, etiã morã paſſæ:quia quicquid ſorti accederet eſſet vſurã, & eſt cõis opi I egiſt.& Canoniſtarũ, vt dicit Iaſ.d.conſi.62.circa col.4.verſi ſecundò & fortius vol.1.Et iſtã eſſe com.opi.atteſtatur etiã Afflict d.deci 284. An ſoluto col.1.verſ.& profectò. Ang.Are.§ fuciat col 4. verſ ex his.vbi alij Doct.inſti.de act.Ioan.Camp.tract.de do. par.2.q.18.incip.An autem hęredes viri col.2 Lau.de Rod. d.c.conſuluit q.52.Ro.d.cõſi.517.In caſu.Bar.Pau de Caſt. & Doc.in apoſt.ad Bar.in d.l in inſulã.§.vſuras.ff ſol matr. vbi etiã Pau.de Caſt.in fi dicit q́ eſt cõis opi.q́ etiã mulier miſſa in poſſeſſionẽ bonorum mariti nõ põteſt petere intereſſe,ſed tenetur cõputare fructus quos percepit in ſortẽ, & q́ mulieri etiã morã paſſæ nõ debeat intereſſe dotis non ſolutæ,& fructus cõputentur in ſortẽ eſt tex.& ibi not.Ang. in l.Titia.ff.de ſolu.Bart.l.at qui natura §.nõ tantum.ff.de neg.geſt.Bal l fin.C.de bo.mat.Et hæc eſt magis cõis opin. vt dicit Soci.d.conſi.180.Diligenter col.fin.vol.2.Inno.Io. Andr.Anto.de But.Card Flor.Ioan.de Ana & alij d.c.ſalubriter.de vſur.Rapha Com.Paul de Caſtr.Alex.& Iaſ.& alij d.l.diuortio. Hoſt.in ſum.tit.de vſur.§.an aliquo verſic ſed quid econuerſo. Corn conſ 71.Ad euidentiam col.5.nu.7. vol.4.Bald.Not.tract.de dote. in 8.part.verſicu.22.

¶Primò fallit vbi mulier interpellaſſet iudicialiter hæredes mariti, vel alios dotis debitores ad ſoluendum dotem etiã nummis conſiſtentẽ,& hæredes ipſi,abſque iuſtã cauſa litigandi.dotem ſoluere recuſarunt, in lite cõtinua per calumniam perſeuerantes,& mulier fecit quid potuit, vt haberet eius dotem in lite perſeuerando,& facto aduerſatiorũ illam cõſequi non potuit,vel non ita cito prout iuri cõueniebat cõſequi valuit. Nam tunc mulieri etiã habẽti aliunde vnde viueret,& etiam nõ ſolitæ negotiari cum pecuniis, debetur intereſſe dotis nummis conſiſtentis nõ ſolutæ,nõ vt vſura, ſed vt intereſſe,ſeu vt alimenta,per ipſos hæredes,vel debitores moroſos per calumniam litigantes,& hęc eſt com.opi.

vt inquit Grat.conſ.46.Viſis nu.5.vol.1.vbi inquit,ꝙ Alex. Rom Imol.ac Mod.communiter iſtud ſequuntur in d.l.diuortio. vbi Claud de Seiſello col.2.atteſtatur quòd hæc eſt communis opinio. ſentit Alexan.conſi.27.Viſo volu.4.& conſi.74.Viſo vol.5.& Abba.Panor.in reper.deciſiuo iuris canonici quod uidi ſcriptum manu, ſed non impreſſum ver.alimenta quæ miſerationis.& S.Anton.Archiepiſ.Flor. tract.de vſur.c.29.incip.quid ſi ſoluto. ibi, puto S.Bernar. de Senis,in lib ſermonum.ſub rubri.plures caſus.in quibus poteſt homo,paciſci pro intereſſe, damni emergentis ca.2. uer.forte. & poteſt dici ſum.Roſel.uer.uſura.nu.27.uerſi. ſed pone uerſ.ubi uiolenter detineretur dos. & uerſ.nō fieret iuſtitia.Et hoc comprobatur: quia Doc.qui cōmuniter dicunt quòd mulieri poſt annum, etiā ſi moram eſſet paſſa,quòd non debetur intereſſe, nec aliquid pro alimentis, fundant ſe ea ratione: quia eſt in ſua facultate petere,& habere dotem uia iudiciali:ergo eſt eidem imputandū ſi nō fecit,& ſic illi non debetur intereſſe:ut per Alex.d.l.diuortio. col.8 ver.& iſta eſt cōmunis opi.& iſtud idem dicunt Rom. Imol.Areti.Iaſo.& alij.ff.ſolut.matr.Ergo Doct.ipſi, & alij per me citati ſuperius num.24.uerſi.ſed quod plus eſt.ſentiunt cōmuniter quòd ſi mulier non fuit negligens in petendo iudicialiter dotem,ſed fuit diligens, ſed hæredes per contumaciam,ac calumniā dotem ſoluere recuſarunt,ꝙ tenentur ad intereſſe dotis non ſolutæ, erga mulierē,& hæc eſt cōm opin.vt dicit Grat.d.conſi.56 Viſis nu.5.cum ſeq. vol.1.& Claud.de Seiſello & Mode.d.l.diuortio & debetur etiam ipſum intereſſe dotis non ſolutæ mulieri quādo hæredes illā retinerent per violentiam, ac potentiam adeo ꝙ mulier eos in iudicio conuenire non poſſet S.Antō d.ver. ſic quid ſi ſoluto.ibi, puto ſum.Roſel.d.verſic.ſed pone.

25 ¶Et mulier † in litem iurabit contra ipſos hæredes, & alios dotis debitores, etiam ſi dos eſſet nummis ſoluenda, vbi per ea calumniam litigarunt nolendo ſoluere dotē,ſeu per violentiam illā retinuerunt,& cōtra eos ex ipſo iuramento probabitur intereſſe mulieris d.l.ſi filiofamil.§.maritū.ff. ſol matr.dolus.n.cōmittitur calumnioſe litigando. Rom. d.conſ.317.In caſu col.4.nu.19.verſ.ſecundò quia & verſi.

certum

certum eſt arg l.cum hi.§.ſi cum lis ff.de tranſ.& l.in ſumma.§.ſi cum euidens ubi Bar & Doct.o.per illum tex.ff.de condi.indeb.Nam ut dicit S.Paulus ad Timotheum.ca.2. Seruos Dei non oportet litigare ca.ſicut 2.q.7.Et ratione talis contumaciæ, ſeu calumniæ, & ſic doli probabitur ex ipſo iuramento dictum intereſſe d.§ maritũ. Nicol.de Matar.l.1.col.19.nu.31.verſ.ſecũdò quæro C de ſent quæ pro eo quod int.prof.Spe.tit de fruct.& intereſſe.§.Viſo col.6. uerſi.illud autem ſciendum in fi.& verſic.& ut hæc tex.in l.2.in fi.verſi.dolus aut contumacia non reſtituentis & in l.nummis & l.cum furti.& ibi not ff.de in lit.iur.Et ex ipſo ſolo iuramento in litem præſtando per dictam mulierẽ contra ipſos hæredes; vel alios dotis debitores per calumniam litigantes probabitur & debetur,omne intereſſe mulieris,extrinſecũ,& intrinſecum,tam reſpectu damni emergentis,quã lucri ceſſantis,& ita omne eius intereſſe mulier æſtimare poterit,præuia tñ iudicis taxatione, & hoc etiam ubi dos in pecunia,ſeu nummis erat ſoluẽda.quia tunc intereſſe etiã extrinſecum debetur, & probatur iuramento contra doloſum,ſeu calumnioſum,vel contumacẽ.D.Cam. Plaut.Pezonus d.l i.ver.per ſuã ſubtilitatem nu.24.verſi. quod tamen in fi.ubi etiã Cagnol.per Alex.in l.uideamus col.2.nu.7.& in l.nummis in 3.nota.nu.2.ff.de in lit.iur.
26¶ Fallit ſecundò † ubi mulier non remanſit vidua, ſed ſecundo loco nupſit, nam in hoc caſu ſecundus maritus, & eius hæredes poſſunt petere intereſſe dotis non ſolute pro tempore ſecũdi matrimonij ab hæredibus primi mariti, vel aliis dotis debitoribus in mora conſtitutis per interpellationem, vel per lapſum diei promiſſionis. Grat.conſi.56. Viſis col.2.nu.3.vbi inquit quòd hæc eſt com.opi.& alleg. Bart.conſi 128.Franc.videtur enim,tunc tale intereſſe eſſe intereſſe damni emergentis propter onera quæ ſecundus maritus ſuſtinet,ergo eidem,& eius hæredibus debetur tale intereſſe per rationem ca.ſalubriter.de vſur.arg.c.dilecti.de foro compe.& c.quoniã multi. & ca.ſi quis obligatus.14. q.4.S.Tho.2.2.q.62.ar.4.ſum.Ang.ver.vſura. nu.19.verſi. reſpectu damni.& nu.22.ver.vtrũ recipiens. & nu.23.verſ. vtrum ille.arg.l.nummis. vbi Iaſo.in 3.not.ff.de in lit.iur.
Ergo

Ergo in tali caſu ſecundus vir cum vxore quibus ab hæredibus primi viri facta eſt mora in ſoluendo dotem, poterit contra ipſos debitores dotis moroſos iurare in litem ſuper eis intereſſe, quod probabitur ex ipſo iuramento tex. d. l. ſi filio fa. §. maritum. ff. ſol. mat. facit tex. d. l. nummis. & ibi gloſſ. verſic. ſua die, ibi hic quæro, an in aliis contractibus, & ibi Barto. Alex. Iaſ. & alij & in l. in actionibus. ff. de in lit. iur.

27 ¶ Fallit tertiò † quãdo mulier non habebat aliunde vnde ſe aleret, & hæredes mariti, vel alij, dotis debitores fuerunt cõſtituti in mora per interpellationem iudicialem, nam tunc ſine dubio tali mulieri non habenti aliundè vnde viueret debetur ipſum intereſſe per ipſos debitores dotis, in mora conſtitutos. Io. Campeg. in trac. de dote. in 2. par. q. 18. ver. An autẽ hæredes viri l. diuortio. vbi Ang. Bal. Iaſ. & alij. ff. ſol. mat. Ang. l. Titia. ff. de ſol. & in l. at qui natura. §. nõ tantum & ibi Alex. & Mod. in apoſtil. ad Barto. ff. de neg. geſt. Bal. No. tract. dot. in 8. par. verſ. 22. ſpeciale, vbi inquit, quòd ſi vir, vel hæredes viri ſunt in mora per lapſum anni, & mulier non habet aliundè vnde ſe alat, quòd illi debentur alimenta, ſeu intereſſe, & quod fructus quos percepit ex rebus pignori datis, non tenetur eo in caſu cõpenſare in ſortẽ allegat. Bal. auth. ei qui. C. de bo. auth. iud. poſ. arg. l. fi. C. de bo. mat. & l. 1. §. exactio. vbi Bal. & Doc. C. de rei vxo. act. nec. n. tunc potuit litigare. Aret. d. l. diuortio. col. 3. & 4. ff. ſolut. matr. Tamen com opin. eſt quod finito anno luctus mulieri non debeantur alimenta, nec intereſſe etiam ſi non haberet vnde viueret, ſed eſt ei imputandum cur dotem non petat. Crau. conſ 89. Nobilis verſ. ſed quia gl. & Doct. com. d. l. diuortio. vbi Iaſ. col. 4. verſi. 5. & col. 6. verſic. circa. Et hoc procedit maximè in dominio Medio. in quo, ex forma decretorum ſunt conſtituti aduocati de publico pró perſonis miſerabilibus & ſic ceſſat ratio Areti. & pro tali intereſſe poteſt iurari in litem d. l. filiofa. §. maritum. ff. ſol. matr.

28 ¶ Quartò caſu † etiam debetur intereſſe mulieri moram paſſæ per lapſum anni vel diei quãdo mulier erat ſolita ponere pecuniam ſuã ad honeſtũ lucrum apud mercatores, vel cum eſſet induſtrioſa ſolebat cũ ea negotiare, nam tunc mulieri debetur intereſſe lucri ceſſantis, quod veriſimiliter

mulier feciſſet, ſicuti fecit de aliis pecuniis ſuis, ita tamen, quòd mulier potius dotem quàm tale lucrum animo ſuo vellet, ac voluiſſet.argu.l.2.§.fin.ff.de eo,quòd cert.loc.& not.per Bal.& Doct.in l.1.C.de ſent.quæ pro eo, quòd int. Et ita dicit Io.Camp.d.ver.An autem hæredes viri.ibi,idem videtur ſi mulier. & Bal.Nouel.d.verſi.22.ſpeciale. in fin. Ancha.conſi.150.In quæſt.col.2.nu.3.ver.nam & damna. & col.3.verſic.& pro tanto l.3.§.nunc.ff.de offic.ff.de eo, quòd cert.loc.l.commiſſa.vbi Ang.& Doct.ff.rem rat.hab. c.conqueſtus.vbi Doct.de vſur.Mod.l.1.C.de ſent.quæ pro eo.Alex & Doct.in apo.ad Bar.d.§.non tantum.ſum.Ang. ver.dos num.28.verſ.vtrum licitè.in fi.Et pro tali intereſſe poſſet iurari in litem d.l.filiofam.§.maritum.ff.ſolu.matr.

29 ¶ Quintò mulieri † moram paſſæ debetur intereſſe damni emergentis,ꝙ ex mora hæredum mulier fuiſſet paſſa ob dotis ſolutionem non factã.Io.Camp.d ver.an autẽ hæredes. ibi,vel aliter damnum ex mora hæredũ pateretur.Nam etiã hodie vſuræ non tanquã vſuræ, ſed tanquã intereſſe damni emergentis ob nummos non ſolutos,per mulierem creditricẽ,& alios creditores peti poſſunt à debitoribus moroſis.Io.Camp.tract.de dote d.ver.an autem hæredes.ibi, vel aliter damnũ ex mora.glo.& Doc.l.2.C.de vſur.& in c.conqueſtus. de vſur.& in l.curabit.C.de acti.empt.l.nummis. vbi text.& Iaſ.in 3.no.ff.de in lit.iur.l.1.vbi Cagn.col.23. nu.105.& ibi etiã Mag.D.Cam.Plaut.Pezonus nu.45.ver. limitatur.C.de ſent.quæ pro eo, ꝙ inter.proſ.vbi etiã Bar. & Dec.& Rom.conſi.517.In caſu Doctor.c.dilecti. de foro compe.qm̃ multi.& c.ſi quis obligatus 14.q.4.S.Tho.2.2. q.62.art.4.ſum.Angel.verſi vſura nu.9.verſi.reſpectu dam ni emergentis.& nu.23.verſi.vtrum ille. Ioan.Cal.in rep.c. ſi.de vſur.Hoſt.in ſum.de vſuris. arg.l.qui ſeruandarum ff. de præſ.ver.& c.ad noſtrã.de reb.Eccle.non alie.& mulieri creditrici moram paſſæ,ac marito;& etiã cuilibet creditori morã paſſo,tenetur debitor moroſus in ſoluendo pecuniã, ſeu nummos ſoluere intereſſe damni emergentis nõ diſtin guendo,an eſſent ſoliti negotiare,vel ne.Alex.cõſi.31.Viſo col.2.nu.9.vol.6.l.2.§.fi.& ibi not.per illũ text.ff.de eo, ꝙ cer.loc.l.ſociũ qui in eo.in prin.ff.pro ſoc.Anch.conſ.150.

In

In quæſt.col.2.nu.3.ver.Nam & damna.& col.3.verſ.& pro tanto. Roma.d.conſ.517.Et pro ipſo intereſſe poſſet iurari in litem cõtra debitorẽ dolo malo moroſum d.§.maritum.
30¶Sed an mulier,† vel alius creditor,cui eſt facta mora in ſoluendo pecuniam, poſſit petere intereſſe, & pro eo iurare, ſub prætextu,q; ſi habuiſſet pecuniã emiſſet prædia,ex quibus percepiſſet fructus? & dicas,quòd non poteſt petere tale intereſſe, niſi concurrerent quinque de quibus in ſum. Angel.ver.vſura.nu.16 ver.quid de illo.ibi, idem dic.quia emere prædia nõ eſt actus mercantilis,& intereſſe lucri ceſſantis,debetur ſolum ſolito negotiari.i mercatori. Alex.d.l. diuortio. col.9.in fi.verſ.fortius ſubdit.& col.10.in prin.licet multi Doc.velint tale intereſſe peti poſſe. & ita voluit Pau.de Caſt d.l.diuortio.col.4.ver.ſed poſſet. & Alex.conſi.200 Perſpectis col.1.cũ ſeq.vol.6.Anch.cõſ.150.In Chriſti nomine amen.in quæſt.& in d.c.ſalubriter.Crau.cõſ.89. Nobilis col.fi.Grat.cõſ.56.Viſis nu.6.vol.1.ſum.Angel.ver. dos nu.28.ver.vtrũ licitè.in fi.Io.Camp.tracta.de dote in 2. par.q.18.incip.an autẽ hæredes viri.Tamen intelligo iſtud verũ eſſe,concurrentibus illis quinque de quibus per ſum. Ang.d.ver.quid de illo,& vbi mulier moram paſſa, vel creditor cui mora eſt facta probaret per teſtes, vel inſtrumẽta, q; erat talis fundus venalis,quem emere potuiſſet ſi habuiſſet pecuniam, & q; non emit quia pecuniam non habebat, & debet facere talem proteſtationem præcedentem, & illa omnia probare per teſtes, aut acta, & iſtis probatis iurare poſſet in litem de quantitate intereſſe ſui,cõtra debitorem moroſum,vel doloſum,cum difficilis ſit probatio intereſſe, & quantitatis fructuum,& redituum.Rui.d.cõſi.29.Plura. nu.12.vol.5.Doc.d l.in actionibus,alioquin iſtis nõ probatis intereſſe peti nõ poſſet,nec pro eo iurari.Cra.d.conſ.89. col.fi.ver.eſſet tñ neceſſe.Alex.d.conſ.200.verſ.tñ præmiſſis vol.6.Grat.d.conſi.56.nu.6.Rui.conſ.92.Proponitur nu.3. vol.5.Dec.conſi.178.In cauſa col.fi Aret.conſi.31.Conſiderata.in fi.Bar.d.l.tutor qui repertoriũ.§.ſi poſt.in fin.ff. de admi.tut.vbi etiã dicunt minorẽ debere probare,q; talia prædia erant venalia,ſi vult agere cõtra tutorẽ,qui ex pecuniis pupillaribus nihil emit,ſed eas tenuit tedioſas : ſed ego

teneo, ꝙ contra doloſum, ac moroſum, credi debeat iuramento actoris, ꝙ eſſet empturus prædia. Alexan. conſ. 221. Super col. 2. ver. ergo ita vol. 2. glo. §. aliæ. inſti. de act.

31 ¶Scias tamen, † ꝙ de iure ciuili, canonico, & in conſcientia, ꝙ debitor pecuniæ conſtitutus in mora, & non ſoluens illam ꝙ tenetur ad intereſſe creditoris non ſolum reſpectu intereſſe damni emergẽtis, verum etiam lucri ceſſantis, vbi creditor erat mercator ſolitus cum pecunia negotiari, quia illi debetur etiam intereſſe lucri ceſſantis & eſt communis opi, Dec. c. cum venerabilis col. 5. ver ſi. & quantũ de excep.

32 ¶Nec adiuuaretur † ipſa mulier moram paſſa ad habendũ intereſſe etiam ſi eſſet ſtatutum prout eſt in ciuitate Nouariæ, Vigleuani, & alibi, tenoris, quòd creditor poſſit iurare de ſuo intereſſe pro certa ſumma, etiam ſi ſtatutum diceret, ꝙ ob moram dotis, vel pecuniæ non ſolutæ, debeantur mulieri, aut creditori alimenta ſeu intereſſe, & quòd pro eis poſſit iurari: quia ſtatuta omnia loquentia de intereſſe vel taxantia intereſſe, vel loquentia de intereſſe, vel alimentis præſtandis, vel præſtantia facultatem ſuper eis iurandi, vel agendi contra debitores etiam moroſos in ſoluendo pecuniam pro cauſa dotis, vel alia qualibet cauſa, non valent, & ſunt ipſo iure nulla. Nec pro eis agi, nec iurari poteſt. Et ſtatuentes, iudices, aduocati, cauſidici, ac partes, qui ſe fundant ſuper talibus ſtatutis ſunt excommunicati tex. eſt ad literam in cle. 1. de vſuris & ibi etiam ita dicunt Matth. Archid. Io. de Imo. Io. de Lig. & alij. Et ꝙ talia ſtatuta, non valeant, & ꝙ eorum vigore non poſſit agi, nec iurari, eſt com. opi. & illi qui affirmant contrarium ſunt hæretici, & ita inquit. Iaſ. §. fuerat col. 8. num. 19. ver. An autem valeat ſtatutum, quòd pro dote. inſtit. de act. Abb. c. ſalubriter in fi. cum ibi not. per Sapiam. in apoſtil. de vſuris. Rub. præceptor meus conſ. 55. Viſis col. fi. ver. Et tamen. Bal. l. cunctos populos col. 3. nume. 8. verſi. ſed iuxta vbi alij Docto. C. de ſum. tri. & fi. cath. Amb. de Vignate. d. c. ſalubriter col. 2. in fi. ver. & faciunt ibi ex quo infero, Soc. d. conſ. 180. Diligenter col. fi. in fi. col. 2. Abb. conſ. 39. Videtur nu. 3. cum ſequ. vol. 2. ſum. Tabiena verſi. dos nu. 16. ver. qñ reſtituenda. ibi & an valeat ſtatutũ. Roch. de Cur. trac. de conſuet. Et propterea

pterea vidi ego ſtatutũ factũ Nouariæ forte propter dictã clementinã primã de vſuris ꝙ oĩa ſtatuta ciuitatis Nouariȩ quæ cõtradicũt iuri canonico loquenti de vſuris ſint caſſa. ¶ Et dato caſu, quòd dicta ſtatuta valerent fauore mulierũ ne inducantur ad meretricandum,& in odium moroſi debitoris,& fauorem creditoris prout ſentiunt. Paul. de Caſt. d.l.cunctos populos col.4.nu.1.& in l.diuortio.col.4.ver. in aliquibus ff ſol.mat.& alij etiam de quibus infra, ꝙ tamen ego non credo, ꝙ valeant ſtante d.clemen.1.de uſur. Tamen ſcias eo in caſu quo valere poſſunt talia ſtatuta, ꝙ debent intelligi, reſtringi, ac limitari; ꝙ ſolum procedant, ac valeant in caſibus quibus creditor ſeu creditrix probaret prius legitimè, aliter q̃ per iuramentum, ſibi deberi de iure canonico,& in cõſcientia intereſſe,ſeu de iure cõmuni alimenta, & probaret etiã debitores eſſe in mora,quo caſu dictum ſtatutum tunc valeret.& eſſet locus ſtatuto tanquã taxanti.& moderãdi,vt vltra ſummã taxatã à ſtatuto iurari non poſſit ſed infra ſummam ſic,ſed vbi creditor,ſeu creditrix,prius nõ probaret præmiſſa,tunc nõ valerent dicta ſtatuta,nec cõſuetudines, & intereſſe,ac alimenta taxata à ſtatutis de ſex,vel quinque,aut vno, vel pro alia ſumma maiori,vel minori, pro quolibet centenario, peti non poſſent, nec pro eis iurari ita dicit Soci.conſ.126.Diligenter col.fi. uer.2.dico & uer.ſatis æqua uol.1.& conſ.180.Diligenter col.fi.uer.dico & uer.ſatis æqua.uol.2.Abb.Pan.d.c.ſalubriter col.fi.verſi.& faciunt & ibi Amb.de Vignate. & alij Doc.de uſur.& eſt com.opi.Capit.deciſ.65.In cauſa honorabilis ſum.Roſel.uer.uſura.1.nu.28.uerſ.pone ſtatutum. Et iſtud multomagis procederet in muliere creditrice non habente aliundè unde uiueret,quæ dotẽ ſuã potius voluiſſet,ac petijſſet,q̃ tale lucrũ, & illud conſequi nõ potuiſſet, quia tunc ſtatutũ ipſum uidetur ualere in præiudiciũ debitoris moroſi.S.Ant.tract.de uſur.c.51.incip.ſed ſi ſtatutũ. Iaſ.l.de quibus col.17.nu.71.uer.ſed pulchrum.ff.de legi. Et ita debent intelligi Doc.qui præſupponunt tale ſtatutũ ualere. ualet Lud.Goz.conſ.55.Quæritur col.pen.in fi.& fin.& ſum.Angel.uer.dos.§.fi.nu.28.uer.utrum licite & in uer.uſura.num.32.uerſi.quid de ſtatuto.ſum.Silueſt.uerſ.

 vſura.

vſura.3.nume.8.verſic.octauo quæritur. ſumma Tabiena. Verſicu.vſura.10 in fin.verſic.ſed quin dicendum.

33 ¶Et vbi ſtatutum † vellet credi iuramento viduæ, vel illi deberi alimenta,non haberet locum in nupta,Socin.d.conſi 180.Diligenter colum.fin.verſicu.primò quòd vol.2.argumen.l.1 § ſi is qui nauem ff.de exercit.

34 ¶Hæredes † mariti litigando quominus ſoluant dotem, ſi habent iuſtam cauſam litigandi non conſtituuntur in mora, ergo nec tenentur ad intereſſe erga mulierem: puta, ſi mulier petiit plus debito, quia non debetur intereſſe, nec committitur mora etiam reſpectu Veri debiti, vbi petitur plus debito, Bart.l.qui ſolidum.ff de legat.2.& iſta eſt magis cõmunis opinio Alex.l.1.§.ſi ſtipulanti.col.2.in fi.& 3. in princ.ff.de verb.oblig.Et ſi mulier fuit tutrix filij, & ſibi ipſi de dote non ſatisfecit, vel rationem tutelæ non reddidit, non debetur intereſſe eidẽ mulieri etiã agenti ad dotẽ. Soc.cõſi.126.Diligenter vol.1.& cõſ.180.Diligenter vol.2. Eodẽ modo non debetur intereſſe mulieri litiganti pro dote,nec alij creditori,vbi creditum non eſt liquidum,vel vbi rei conuenti ſunt hæredes cum beneficio legis & inuentarij, & nondum eſt facta liquidatio creditorum,& quantitatis bonorũ hæreditatis: quia in non liquidis ante liquidationem factam per iudicem,non committitur mora, ergo non debetur intereſſe, nec pro eo põt agi,nec in litẽ iurari, nec teſtibus põt illud probari.Bal l acceptam col.3.in 6.op poſi.C.de vſur & conſi 461.Super volu.2 Afflic.deciſ.105. Quidam.Iaſ.l.ſi ita ſtipulatus eſſem in 4.no ff.de verb.obl. per tex.in l.3.ibi, ſed puta.ff.de vſur.Limita tamen in caſu de quo per Crau.conſi.89.Nobilis Antonius vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypothecaria, vel pignoratitia, tam directa, quam contraria? vel Saluianum interdictum dicitur bonæfidei, & in litem iuratur contra doloſum.*

2 *Pignore ſi creditor vtatur dicitur furtum committere.*

3 *Debitor ſi ſcienter decipiat creditorem in re pignorata, tenetur crimine ſtellionatus.*

Debitor

4 Debitor allegans rem ſpecialiter per eũ obligatam, vel traditã creditori dicitur furtum committere, & contra eum in litẽ iuratur.

5 Creditor alienans pignus, vel rem hypothecatam, quando dicatur eſſe in dolo, & alienationem non valere.

6 Creditor poteſt petere ab ipſo debitore moroſo, & contumace omne intereſſe intrinſecum & extrinſecum: & ſic etiam vſuras, quas ob pecuniam ab Hebræo ſumptam, accepit ſolutione ſibi in tempore non facta.

7 Creditor quãdo poſſit petere à debitore etiã intereſſe lucri ceſſantis.

8 Debitor volens ex ſtatuto bona in ſolutum data redimere non auditur, niſi etiam offerat omnes expenſas, damna & intereſſe, licet ſtatutum dicat quòd poſſit redimere pro eodem pretio.

9 Poſſeſſor tertius conuentus actione hypothecaria, pignoratitia, vel Saluiano interdicto, & condemnatus tenetur vel rem obligatam creditori reſtituere, vel illi ſoluere quod habere debet.

10 Creditor agens hypothecaria contra debitorem, qui non reſtituit, vel dolo deſinit poſſidere, non poteſt in litem iurare quanti ſua interſit, ſed ſolum quantum eſt creditum ſuum cum intereſſe legitimo, vbi creditor nunquàm rem obligatam poſſedit, & quid ſi aliquando illam poſſederit.

11 Creditor an ſemper in actione hypothecaria, pignoratitia, vel Saluiano interdicto, contra tertium poſſeſſorem poſſit in litem iurare maximè quando petijt in libello, reum condemnari ad rem reſtituendam, vel ad ſoluendum debitum.

12 Creditor ſi contra debitorem in litem iurauerit vltra debitum, debitor ex æquitate liberabitur ſoluẽdo debitũ cũ intereſſe legitimo.

13 Creditor ſi non reſtituit pignus debitori quando ſibi eſt ſatisfactum dicitur eſſe in dolo, nec auditur ſi dicat illud amiſiſſe. Et de eius valore ſtatur iuramento debitoris.

14 Creditor poteſt in litem iurare contra debitorem, qui ex lapſu diei promiſſionis conſtituitur in mora, & qui tenet ex ſtatuto dare bona in ſolutum pro omnibus, damnis, expenſis, & intereſſe tam intrinſeco, quàm extrinſeco, & tenetur ei dare in ſolutum tam capitali quàm pro expenſis & intereſſe.

15 Statutum volens certum dari terminum debitori ad ſoluendum in pecunia numerata, nec poſſe dari in ſolutum bona an habeat locum contra hæredem debitoris cum beneficio legis & inuentarij, vel contra ſingularem ſucceſſorem.

§ XII.

1 HYPOTHECARIA actio † & etiam pignoratitia actio, tam directa quæ datur debitori ſoluto debito, quàm etiam contraria, quæ datur creditori, eſt actio bonæ fidei tex. glo. & Doct. in. § actionũ. inſtit. de acti. Et ideo in actione hypothecaria, ſiue Siluiani interdicti, ſiue pignoris, iuratur in litem contra doloſum text. in l. ſi fundus. §. in vendicatione. & ibi gloſ. Bar. & Doct. ff de pign. D. Ant. Neguſantius tract. de pign. & Hyp. in 2 mem. 8. part. princip. nu. 2. verſ. ſecundò in materia dubitatur text. & Doct. in d.
2 l. in actionibus. ff de in lit. iurand. Si igitur † creditor vtatur pignore dicitur in dolo, & committit furtum. §. *furtum* autem fit. inſtit. de obli. quæ ex deli. naſ. Ergo contra eum poterit per debitorem iurari in litem, ex cuius iuramento probabitur damnum, ac intereſſe, & pretium pignoris minutum, & ſequutum ob dictum vſum d. l. in actionibus. & d. §. in vendicatione. & ibi not. Doctor. per illum text.
3 ¶Debitor ſi ſcienter † decipiat creditorem, dando illi ignoranti in pignus rem alienam, vel alij pignoratam, ita q non ſufficiat vtrique pro debito ſoluendo, vel dando in pignus vnã rem pro alia: puta, æs pro auro, vel ſubtrahendo illi pignus etiã ſi in loco ſubtracti aliud ſupponeret, dicit in dolo, & tenet crimine ſtellionatus & ſic pœna arbitraria text. gl. & Doc. in l. tutor §. cõtrariã. & in l. ſi quis in pignore. in prin. & in. § fi. & l. cum debitore. ff de pig acti. Ergo creditor poterit ſup eius intereſſe, iurare in litem cõtra ipſum debitorẽ d § in vendicatione. & d. l. in action. Sic & vendens, vel locãs ſcienter rem alienã dicitur in dolo gl. & Doc. l. Iulian. & l. Titius cũ decederet. & l. cum & fortè. & l. idemq; . & ibi gl. ver. omnimodo. ff. de acti. empt. mag. D. Cam Plaut d l. 1. in glo. ver. ſancimus nu. 30. & in gl. ver. etiã ex lucro nu. 50. ver. tertiò limitatur. & nu. 51. & ibi alij Mod. C. de ſent. quæ pro eo qđ inter. profe. quo caſu contra ipſum vendentẽ, vel locantẽ iurari poſſet in litem per emptorẽ, vel conductorẽ, de omni impenſa in rebus emptis, vel conductis facta, & de oĩbus damnis, expenſis, ac intereſſe, emptoris, vel cõductoris,

ris,in quibus ipſe venditor,vel locator debet cōdemnari d. l.Iulianus.& d.l.Tirius.cum legibus ſeq.ff de act.empti.iun cta d.l.in actionib⁹.ff de in lit.iur.D.Cam.Plau.& Mo.d l.1.
4 ¶Debitor alienando † rem ſpecialiter per eum obligatam, vel traditam creditori, dicitur committere furtum, & eſſe in dolo l.ſi is qui rem pignori.ff.de furt.gloſſ.& Doctor. l.1.ff.de diſtr.pignor.ergo contra eum iurari poſſet in litem per creditorem pro eius intereſſe d.§ in vendicatione.& in d.l in actionibus. & de intereſſe quòd poſſet creditor prætendere. vide per gloſſ d.l.cum debitore.
5 ¶Creditor † alienando pignus,vel rem hypothecatā,vbi nō habebat pactum vendendi cum debitore, vel vendēdo etiā in caſu quo vendere poſſet,non tamen ſeruando ſolennitā tes legum ſtatutorū,& decretorū,de quibus in l.fi.C.de iur. dom.imp.vel vendendo nimis vili pretio, vel per gratiam, dicitur in dolo,ac mala fide, & talis alienatio non valet,ſeu ſaltē reſcindi debet l.1.& l.pen.vbi tex.gl.& Doct C.ſi vend. pig.agatur:ergo contra ipſum creditorem alienantē,& contra emptorem, vbi fuit conſcius fraudis, iurari poterit per debitorē in litem,pro damnis,intereſſe & fructibus, & eorum quantitate,pretio,& pignoris,ſeu rei hypothecatæ æſtimatione, ad quæ omnia tenetur creditor alienans d.l.1. & d.l.pen.iuncta d.l.in actionibus & d.§.in vendicatione. ¶Ex forma decreti Mediolani ſub rub.de bonis inſolutum dandis,aut ad haſtā vendendis,cauetur.ꝙ in caſibus in quibus debitū ſit ſoluendū in pecunia numerata, liquidumq; ſit,quòd ſtatu to per prius debitori termino viginti dierum ad ſoluendum in pecunia numerata, & eo non ſoluente ꝙ ſatisfiat creditori per bonorum ſubhaſtationem,ſaluo iure debitori redimendi ea bona, eodem pretio,infra annum.
6 Quo caſu perpetuò † notabis,quòd creditor ipſe poteſt intimare, ac notificare debitori ſuo:vt in ipſo termino viginti dierum ſoluat eidem pecuniam numeratā, quam debet: vt ipſe creditor poſſit cum illa ſuis neceſſitatibus prouidere: puta redimere pignus, vel rem per eum venditam cum pacto redimendi,vel ſoluere pecuniam quam alij debet ſub pœna,vel fœnore,vel fœnum emere ne boues, ſeu equi,vel cætera animalia fame pereant,vel domū quæ ruinā minatur

tur

tur fulciri facere, vel pro adiutorio, ſeu ſcorto maſſaritij il-las dare alicui, vt eius prædia colat, ne inculta permaneāt, vel aliis ſuis neceſſitatibus prouidere: Et ſi debitor in ipſo termino pecunias ipſas non ſoluit, poteſt creditor petere ab ipſo debitore moroſo nedū ſatisfactionem capitalis pecuniæ numeratæ eidē debitæ, uerum etiam ſatisfactionem totius damni, ac intereſſe prædicti intrinſeci, ac extrinſeci ipſius creditoris: puta, intereſſe pro eo: quia cū pecunia ſoluta nō fuerit in dicto termino, pignus quod erat maioris pretij amiſſum, vel diſtractum fuit apud Hebræum, vel res vendita cum pacto redimendi, licèt eſſet maioris pretij, redimi non potuit, vel pro eo: quia creditor coactus fuit alij ſoluere vſuras, ſeu ficta, quæ nō ſoluiſſet ſi pecunias ipſas in termino habuiſſet, ſeu pro eo: quia animalia ipſa famæ perierunt, vel domus diruta fuit, vel prædia inculta permanſerūt omne.n. ipſum intereſſe, & aliud ſimile intereſſe intrinſecū, ac extrinſecū poterit petere ipſe creditor ab ipſo debitore moroſo, & cōtumace, qui in ipſo termino dierum 20. non ſoluit pecuniā numeratā quā debet, & pro eo in litem iurare cōtra ipſum debitorē, cōtra quē intereſſe ipſum probabitur ex ipſo iuramēto creditoris ob morā dicti debitoris nō ſoluētis in termino text. eſt ad literā in l. nummis & ibi gl. ver. ſua die & Iaſ. col. 2. nu. 2. verſ tertio nota. & nu. 5. ver. quartò nota. ex hoc textu & ibi alij. Doct. per illū tex. ff. de in lit. iur. facit l. qui reſtituere. ff de rei vendi. vbi Doct.

¶Adde etiam ꝙ idem creditor in caſu dicti decreti, & omni alio caſu, poteſt intimare debitori ſuo, vt ſoluat pecuniam numeratā, quàm illi debet in dicto termino 20. dierum, vel alio termino, alioquin quòd ſi in ipſo termino non ſoluat ꝙ creditor ipſe capiet ab alio tantam pecuniam ſub vſuris, quo caſu ipſe creditor capiendo ab alio puta ab Hebræo pecuniam ſub vſuris, poterit petere à ſuo debitore non ſolum pecuniā, verum etiam vſuras quas ſoluit ipſi Hebræo, vel alij, & pro eis, & omni alio intereſſe, poterit iurare in litem contra ipſum debitorem. Iaſ. d. l. nummis col. 2. nu. 5. ver. quartò nota ex hoc. Alex. cōſ. 362. Egregiè col. 2. vol. 2. Inno. & alij doct. ca. 1. de vſuris. Et iſtud eſt verum vbi creditor non poterat inuenire pecuniam niſi ſub vſuris, &

iſtud

iſtud notificauit debitori ſuo, Ang. verb. vſura nu. 29. verſ. vtrum liceat & quòd non potuerit creditor inuenire pecuniam niſi ſub vſuris, & quòd illis egeret videtur credi debere iuramento in litem præſtando per dictum creditorem contra debitorem ſuum moroſum per tex. in d. l. nummis & d. l. in actionibus. ff. de in lit. iur.

7 ¶Vlterius ſcias † quòd creditor ſi erat mercator, & ſic ſolitus negotiare cũ pecunijs, & eidẽ in termino dierũ 20. in caſu ipſius decreti, vel in alio termino, non ſoluantur pecuniæ, quas debet eidem debitor, ꝙ poteſt creditor, maximè ubi iſtud intimauerit ipſi debitori petere contra ipſum debitorẽ moroſum, non ſoluentem in ipſo termino, non ſolũ intereſſe damni emergẽtis uerũ etiã intereſſe lucri ceſſantis, ubi lucrũ apparuit, & fuit quaſi certum ex eo qđ creditor ipſe erat ſolitus mercari, & lucrari ex aliis pecuniis, & pro eo poſſet iurare in litẽ cõtra debitorẽ ſuũ per tex. in d. l. nummis & ibi Bar col. fi nu. 5. & Iaſ. col. fi. nu. 18. uer. ſed concorda. & hæc eſt com. opi. vt dicit ibi. Alex. col. fi. uer. id eadẽ. ibi, qđ potuit, & ibi alij Mod. ff. de in lit. iur. per text. in l. non utique. §. fin ff. de eo quod cert. loco & per tex. in l. unic. ubi Deci. D. Alci. Cagn. & D. Cam. Plaut. & oẽs. C. de ſent. quæ pro eo qđ int. prof. & intereſſe ipſum dãni emergentis, & lucri ceſſantis probabitur ex iuramento in litem præſtando per ipſum creditorẽ contra debitorẽ ſuum doloſum, ſeu moroſum, qui in termino non ſoluit pecunias quas debet, per tex. in d. l. nummis & ibi gl. fi. in fi. uer. item an per ſolum cum ibi nota. per Alex & Iaſ. col fi. & per tex. in d. l. in actionibus uerſi. plane. ff. de in lit. iur. & ibi Mod.

8 ¶Et ubi debitor † uellet in termino anni, ſeu biennij, indulto ex ipſo decreto Mediolani ſub rub. de bonis inſolutum dandis, vel ad haſtam ponendis, redimere bona data inſolutum ad formam dicti decreti; ſeu uellet debitor infra biennium redimere pignus quod iure dominij creditor impetraſſet, de iure cõmuni à principe, nõ poſſet idẽ debitor cum effectu redimere ipſa bona in ipſo termino anni, uel biennij, indulto ex ipſo decreto, nec in dicto biennio indulto à iure cõi, niſi debitor offerat, ac ſoluat creditori, ſuo nõ ſolum debitum principale, & pecunias quas illi debet: pro quibus

quibus facta fuit inſolutum datio, uerumetiam uſuras ipſas,& omnes expenſas ac omnia damna, & intereſſe, intrinſecum,& extrinſecū, damni emergentis, & lucri ceſſantis, paſſum per creditorē, pro eo: quia debitor non ſoluit in ipſo termino viginti dierū præfixo à decreto, & ſeu ſua die, non ſoluit ipſas pecunias, de quibus damnis intereſſe, uſuris, ac expenſis, dixi ſuprà nu.6.verſ.ex forma.& verſ.Adde. & nu.7.uer.ulterius. Et ipſa omnia damna, expenſæ, ac intereſſe, probabuntur ex iuramento in litem præſtando per ipſum creditorem contra ipſum debitorem, qui uoluerit bona ipſa redimere, & cū effectu bona ipſa redimi non poterunt, niſi prius in effectu ſolutis per ipſum debitorē eidē creditori præmiſſo capitali pecuniarū, cum ipſis omnibus damnis, expenſis, ac intereſſe liquidandis ex iuramento in litem præſtando per ipſum creditorē contra eundē debitorem, qui ſua die, ſeu in ipſo termino dierū viginti non ſoluit ipſas pecunias text.eſt in l.fi.§.ſinautem tempore. ibi, & liceat ei.C.de iur.dom.imp.& ibi not.Doct & text.in d. l.nummis.& ibi gloſ.ver.ſua die vbi Doc.& in d.l.in actionibus verſic.planè.ff.de in litem iur.cum ibi not.per Mod. & hoc maximè procedit vbi debitor non paruit iudici ſoluendo creditori ſuo pecuniam numeratam in termino viginti dierū, vel in alio termino, aſſignato à iudice: per text. in l.qui reſtituere & ibi not.Doctor.ff.de re.vendi.& in l. ſi fundus in uendicatione cum ibi nota per Doc.ff.de pig. ¶ Et licèt decretum ipſum dicat bona poſſe redimi eodem pretio, non tamen videtur corrigere ius commune volens ultra ipſum pretium, ſolui debere per debitorem uolentē redimere eidem creditori ipſa damna, expenſas, ac intereſſe, liquidanda ex iuramento eiuſdem creditoris, & ſic debent etiam præmiſſa ſolui vltra ipſum pretiū d.l.fi.& d.l.nummis cū per ipſum decretum nō uideatur corrigi ius ipſum commune in hoc caſu per illum verbum, eodem pretio per tex.cum ibi nota.per gl.Bar.& Doct.in l.ob æs alienum.C. de prædijs min.Bart.l.ſi conſtante col.7.nu.42.uerſ.cōtra ſecundum & ibi Mod.ff.ſolu.matri.& quamuis decretum dicat bona poſſe redimi eodem pretio, non tamen uidetur derogare iuri communi uolenti quòd ultra ipſum pretium

bona

bona ipſa redimi non poſſint, niſi ſoluantur prius præmiſſa damna, ac intereſſe liquidanda iuramēto creditoris. Dec. conſ. 110. Verè ut puto col. 1. Corn. conſ. 132. Licèt in præſenti. col. 2. uerſi item licèt uol. 4, facit gloſſ. in l. ſciendum uerſ. non compelli. ff. qui ſatiſd cog. Nam licèt decretū, ac ſtatutum dicat q debitore nō ſoluente in termino viginti dierum, uel in alio termino, perueniatur ad ſubhaſtationē uel inſolutum dationem, prout uoluerit creditor, ſiue debitor comparuerit, ſiue non comparuerit, tamen intelligitur ſecundum ius commune, & ſic quod elapſo ipſo termino debitor conuentus debeat iterum citari ad uideudum tali die & tali hora, & in tali loco, & per tales æſtimari, uel ſubhaſtari talia bona, & ad uidendum fieri inſolutum dationem, ſiue deliberationem, & alia quæ de iure requiruntur, alioquin æſtimatio, & inſolutum datio non valeret, ita dicit Cor. d. conſ. 132. Licèt in d. verſi. item licèt & pract. Pap. in forma execut. ſent. in gl. ver. ſapiens ver. tertiò quæritur. Bolo. l. ſi finita. § Iulianus col. 18. verſi. vel ſi purè volumus dicere. ff. de damno inf. Alex. conſ. 53. Quæritur col. 2. nume. 7. vol. 5. faciunt not. per Dec. in d. conſi. 110. Verè vt puto col. 1, & tex. in d l. de uno quoque. ff. de re iudic.

9 ¶Tertius poſſeſſor † conuentus actione hypothecaria, vel pignoratitia, uel ex ſaluiano interdicto, & condemnatus, tenetur uel reſtituere rē obligatā creditori, uel ille ſoluere illud qđ habere debet alioquin ſi habet facultatē reſtituendi rem obligatā; puta, quia illa poſſideat, uel dolo malo deſiit illā poſſidere, poterit creditor cōtra ipſum tertiū poſſeſſorē, nō reſtituentē ipſam rem obligatā eidē creditori iurare in litē cōtra ipſum tertiū poſſeſſorē nō ſolū pro credito ipſius creditoris, uerumetiā pro aliis omnibus eius damnis expenſis, ac intereſſe, & pro aliis quantū interſit creditoris etiā ultra creditū ipſius creditoris, & ultra debitū ipſius debitoris text. glo. & ibi not. Bar. Sal. & alij in l. ſi fundus. §. in uendicatione. ff de pig. D. Ant. Neguſantius in tracta. de pigno. & hypot. in 2. membr. 8. par. nu. 2. uer. ſecundò in materia facit l. qui reſtitueret. ff. de rei uend. cū ibi no. p Doc.

10 ¶Sed ſi agatur † per creditorē hypothecaria contra debitorem, & ipſe non reſtituit, uel dolo deſiderit poſſidere & ſic

non reſtituit rem creditori ſuo, creditor non poterit iurare in litem contra debitorem quanti ſua intereſſit, ſed ſolum quantum eſt creditum ſuum cum intereſſe legitimo, ſibi debito, & hoc vbi creditor nunquã poſſedit rem obligatã, ſed ſi poſſediſſet illam, & à poſſeſſione cecidiſſet, quæ ad debitorem tranſiuiſſet, vel reuerſa eſſet, tunc etiam poſſet creditor iurare in litem contra debitorem etiam vltra illud, quod eſſet creditũ ipſius creditoris ſi pluris eius intereſſe: puta, quia volebat pignus retinere ob chyrographariam pecuniam, vel ob aliam cauſam, de qua in l. cum debitore. vbi text. gloſſ. Bart. & Doct. ff. de pign. actio. ita dicit Bart. & Salic. in l. ſi inter. §. ſi res. per illum text. & in l. ſi fundus. §. in vendicatione & ibi not. Salic. & in. §. ſi pluris. vbi Bart. ff. de pignor. D. Anto. Neguſantius in d. tract. de pigno. & hypothec. in 2. membr. 8. part. prin. nume. 2. verſ. ſed ſi agatur. & verſ in vno tamen & rationem diuerſitatis quando agatur contra extraneum, vel contra debitorem, vide per Neguſantium in locis de quibus ſuprà. & per Bart. d. § ſi pluris. & ibi Salic. & Alexan & d. §. ſi res. vbi text. in d. § ſi res. dicit quòd illud. quod conſequutus fuerit creditor contra tertium poſſeſſorem vltra eius creditum, & vltrà illud quod eius intereſt, ex eius iuramento in litem, tenetur reſtituere debitori, ſed quòd aduerſus ipſum debitorem non pluris intereſt quàm quanti debet, & in hoc vide Neguſantium in d. verſic. ſed ſi agatur. Bart. Salic. & Doct. in d. §. ſi pluris. & in d. §. ſi res. & in d. §. in vendicatione.

11 ¶ Amplia præmiſſa † procedere, vt creditor poſſit iurare in litem in actione hypothecaria, ſiue pignoratitia; ſiue Saluiani interdicti, cõtra tertiũ poſſeſſorẽ non ſoluentẽ debitum, nec reſtituentẽ rem obligatã eidẽ creditori, vel cõtra tertiũ non poſſidentẽ ſi dolo deſijt poſſidere, & ſic nõ poſſit ea de cauſa reſtituere, etiã ſi creditor in eius libello, petiiſſet reum conuentũ condemnari ad rem reſtituendam, uel ad ſoluendum debitum: quia talis libellus procedit & intelligitur lata ſuper hoc ſecundum formam iuris, videlicet ꝙ condemnatio ſit ad rem reſtituendam ex natura obligationis, uel ſi vult reus conuentus habeat poteſtatem ſoluendi debitum, per hoc tamen nõ præiudicat ſibi actor in iure quod habet

petendi

petendi iuramentum in litem quia poteſt actor ſicuti in actione de dolo eligere uerum intereſſe, & omittere iuramentum in litem. ita inquit Bar. & Salic. in d. §. in uendicatione. Dominus Ant. Neguſantius in d. tract. de pignor. & hypothec. 2. memb. 8. part. nu. 2. verſi. ſecundò in materia.

12 ¶ Et ſi contra † debitorem ſit iuratum in litem per creditorem in plus quàm ſit debitum, ex æquitate liberabitur debitor ſoluendo debitum cum intereſſe legitimo, ſeu cum uſuris text. & ibi not. Bart. in d. l. ſi fundus. § ſi pluris. ff. de pig. cum ibi not. per Mod. in apoſtil. ad Bar. in d. §. ſi pluris.

13 ¶ Creditor † ſi non reſtituit pignus debitori ſuo ubi eidem creditori ſit ſolutum, uel factum depoſitum de eo quod illi debet ſolui, dicitur in dolo, nec auditur, ſi allegaret etiã cũ iuramẽto ſe illud amiſiſſe caſu abſque eius culpa, niſi iſtud probaret per teſtes l. ſi creditor. C. de pign. act. gloſ. Bart. & cõmuniter Doc. in l. ſi quis ex argentariis. §. fi. ff. de edend. Quo caſu licèt in dubio pignus præſumatur fuiſſe, & eſſe idoneum, & ualoris quantitatis credit, pro quo datum fuit, niſi probetur contrarium per creditorem, & eſt communis opin. gl. in l. 2. C de pig. Alex. & Moder. l. creditor qui non idoneum. ff. ſi cert. petat. Ripa l. priuilegia col. 5. ff. de priuileg. cred. Tamen ſi debitor diceret pignus ipſum fuiſſe maioris ualoris quàm eſſet eius creditum, ſtandum eſt de maiore ualore pignoris, & de aliis damnis, & intereſſe iuramento debitoris, in litem per eum faciendo contra creditorem pignora non reſtituentem, etiam ſi allegaret caſu ea amiſiſſe, vbi per teſtes illud nõ probaret, & eſt communis opinio. Corn. conſi. 318. Pro vecturali. per totum. maximè in col. fin. nume. 7. uerſi. ſed imminebit uol. 4. ubi alleg. text. in d. l ſi creditor. & text. hic. in l. ſi quando C. unde ui. & text. in dict. l. in actio. Nam ut docet communis experientia pignora magis communiter dantur maioris ualoris quàm ſit creditum, maximè ubi contrahitur cum Hebræis, uel aliis fœneratoribus, ſeu etiam cæteris contrahentibus qui non ſunt fœneratores, & ab eo quod communiter contingit ualet arg. Hippol. de Marſil. ſingu. 1. l. certi iuris. C. de iud. l. in fideicommiſſi. in princ. ff. de uſur.

14 ¶ Licèt decretum † ipſum Mediolani ſub rubrica de bonis

inſolutum

inſolutum dandis,dicat in caſibus,quibus debitor tenetur ad ſoluendum in pecunia numerata, poſſit debitor dare de bonis inſolutum creditori, deducta tertia parte veri pretij, non cenſetur debitor liberatus etiā ſi offerat, & det bona inſolutū creditori deducta tertia parte veri pretij, quin creditor poſſit iurare in litem cōtra debitorem ſuum pro eius dānis,expenſis,ac intereſſe etiā extrinſeco,ſequutis creditori ob morā debitoris,qui in die promiſſa nō ſoluit pecuniā numeratā prout debuit.puta, quia cum ſua die debitor nō ſoluerit pecunias creditori,nō potuit creditor redimere pignora quæ diſtracta fuerunt pro minori pretio eius qđ valebant,vel nō potuit ſoluere pecunias,quas alij debebat ſub pœna,& ſic incidit creditor in pœnā de iſtis n.dānis,& omni alio intereſſe ēt extrinſeco creditoris,ſtandū eſt iuramento in litē creditoris cōtra ipſum debitorē, qui ex lapſu diei promiſſionis conſtituitur in mora & qui tenetur dare bona inſolutū , ſi ea vult dare inſolutum deducta tertia parte veri pretij , tenetur non ſolum pro capitali credito , verum etiam pro ipſo intereſſe liquidando ex iuramēto creditoris ob moram debitoris non ſoluentis pecuniā ſua die,ea dare inſolutū,& hoc locū habet in omni contractu.tex.glo.Bar. Alex.Iaſ.& alij in d.l.nummis.ff.de in lit.iur nō.n.cenſetur per ipſum decretum derogatum d.l.nummis l.ſancimus.C. de teſta.imò ipſum decretū intelligitur ſecundum ius commune,& ſecundū d.l.nummis & l.in actionibus.ff.de in lit. iur.& dixi ſuprà nu.8.verſi.& licèt l.fi.§.in computatione vbi glo.Bart.& Iaſ.nu.12.verſi.in vltima.C.de iur.deliber.

15 ¶Decretum Mediolani, † volens debere aſſignari debitori terminum 20.dierum , ad ſoluendum in pecunia numerata,& eo non ſoluente, procedi ad ſubhaſtationem bonorū, & etiam diſponens debitorem qui tenetur in pecunia numerata,non poſſe dare bona inſolutū maximè ne in carceribus marceſcat , niſi deducta tertia parte veri pretij bonorum, non habet locum contra hæredem cum beneficio legis,& inuentarij, vbi in hæreditate non fuerunt repertæ pecuniæ numeratæ, tum quia ipſe nō poteſt propriè dici debitor,ſed hæres debitoris , nec poteſt detineri , tum quia licet defunctus teneretur in pecunia numerata, ſtāte inuen-

tario

tario ipſe non tenetur in pecunia numerata, nec tenetur vendere bona, & ſe obligare de euictione, ergo ipſum decretum contra eum non poteſt per creditorem intentari, nec bona hæreditatis poſſunt ſub haſta ⟨i⟩, nec tenetur hæres bona dare inſolutum deducta tertia parte veri pretij, ſed liberatur dando bona hæreditatis, inſolutum creditori pro verò pretio bonorum, non deducendo tertiã partẽ pretij, text. in l. fi. §. ſi præfatam, & ibi Iaſ. col. 1. verſic. quartò vtilitas. C. de iur. delib. & ita debet limitari ipſum decretũ d. l. fi. §. in computatione vbi Bar. in fi. & Iaſ. nu. 12. verſi. in vltima nec etiã poteſt intentari ipſum decretum per creditorem, cõtra tertium bonorum poſſeſſorem, poſſidentem bona debitoris, hypothecata ipſi creditori, cum ipſe propriè nõ dicatur debitor gl. ver. debetur inſti. de actio in princ. & ibi Iaſ. nu. 98. & etiam quia actio perſonalis, & condictio ex ſtatuto, & via executiua, non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, tex. in l. 1. §. ſi hæres vbi Alexan. col. 1. & 2. & Iaſ. col. 1. nu. 5. ver. quòd ſi ſtatutum & Rip. nu. 2. & 3. ff. ad Trebellia.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro ſocio eſt bonæ fidei, & in ea in litem iuratur.*

2 *Iura quibus cauet ob dolum, vel violentiam poſſe in litem iurari contra quos procedant.*

3 *Communes res inter alios ſub clauſura exiſtentes debent cum præſentia, aliorum ſociorum aperiri, vel in præſentia teſtium fide dignorum, aliàs contra aperientes in litem iuratur, etiam pro maiori ſumma, quàm confeſſata.*

4 *Iurare in litem non poteſt, qui non eſt informatus*

5 *Frater ſi bona cõmunia etiam iniuſte fratrem adminiſtrauit à confratribus poterit in litem iurari tam ſuper quantitate, quàm qualitate, & pretio, & fructibus rerum. Idem & in ſocijs procedit.*

6 *Mercatori ſi detur ab aliquo pecunia ad negotiandũ, in hoc cõtrahendo ſocietatẽ cũ eo, tenetur negotiari, aliàs ad intereſſe condẽnatur.*

7 *Contractus vbi eſt fæneratitius iurari non põt pro intereſſe in litẽ.*

8 *Contractus nummi ſi celebretur, intereſſe non debetur: & ideo non iuratur in litem.*

9 *Mercator quo caſu non teneatur ſocio pro trafico non facto.*

10 *Socius, vel cohæres rem communem dolo malo amouendo, vel [?]co tractando, furtum committit.*

11 *Socius faciendo moram in reſtituendo capitalem, & intereſſe alteri ſocio tenetur ad eius intereſſe.*

12 *Socius renuntiando ante tempus ſocietati abſque cauſa dicitur dolo facere, & commune lucrum poſteà acquiſitum eſt ſocij, damnum verò commune.*

13 *Colonus colens ad partem dicitur ſocius, & contra eum à domino in litem iurari poteſt, ſi rem domino non reſtituit.*

14 *Socius vel cohæres occupando partem ſocij committit vim, & contra eum in litem iuratur.*

§. XIII.

1 ACTIO † pro ſocio eſt bonæ fidei.§. actionum inſti.de act.Ergo in ea iuratur in litem per ſocium contra aliũ ſocium doloſum, aut perfidium d.l.in actioniqus.ff.de in litem iurando.cap.fina.de ɔo.quod met.cauſ.

¶Ex hoc amplia iſtam l.ſi quando & d.l.
2 in actionibus & d.ca.fi.& † iura omnia quibus cauetur, ob dolum, aut violentiã iurari poſſe in litem procedere non ſolum contra extraneos, verum etiam contra cõdominos, ſocios, cohæredes, fratres, ſorores, conſortes, & alios omnes ratione dominij, aut poſſeſſionis, vel alterius cuiuſlibet iuris, habentes cõmunionem, aut ius ſimul, cum illo, qui vult iurare cõtra eos: quia ſi tales fuerint in dolo vero, aut præſumpto, vel violentiam commiſerint etiam reſpectu rerum communiũ poterit per alterum ex conſortibus, ſociis, fratribus, cohæredibus, aut condominis, contra eos in litẽ iurari. Pariſius conſi.75. Ad victoriam col.1.& penul.& per totum vol.1.& conſ.25. Vidi.nu.45.vol.2. Soc.conſ.46. Cum in præſenti col.1.ver.& in terminis & verſ.circa ſecundum vol.1.& conſi.213. Circa primã vol.2. Anch.conſi.286. Ex prædicta facti narratione. Doc.l.tres fratres.ff.de pac. Dec. conſi.178. In cauſa col.1. Abb.conſi.12. Vt clare col.4.verſ. capio.vol.1. Pariſ.conſi.109. Dominus nu.30.vol.3. Alex. cõſ.103. Videtur vol.1. Affl.deciſ.369. Inter Grat.cõſ.10. Et ſi col.1.nu.6.ver.& ꝙ in caſu & col.pe.in fi.ver.nec ẽt vol.2.

Ben-

Ben. de Vadis. in apoſt. ad Fran. Aret. in d. l. in actionibus.
3 ¶Vnde ſi vnus † ex cohæredibus, uel ſociis aut fratribus, uel condominis, aut ex conſortibus, vel ſimilibus, capſam, aut ciumenam, malã, ſiue valiſiã, horreum, cellam uinariã, aut domum ipſorum, uel defuncti, quę eſſent in cõi. & clauſa, abſque præſentia teſtiũ fidedignorũ, uel aliorũ cohæredum, aut fratrum, uel ſociorum, aut conſortum aperuerit, uel ingreſſus fuerit, & hoc per confeſſionẽ eius, vel teſtium probationẽ conſtet, qui tñ non uiderũt quæ bona eſſent in eis, nec aliquid auferri, & ille qui aperuerit, vel ſic ingreſſus fuerit, dixerit nihil, uel ſolum uſq; ad talem ſummã reperuiſſe, & alius vel alij ſocij, vel cohæredes, aut fratres, vel condomini, ſiue conſortes dixerint in eis plures pecunias, vel res fuiſſe, quas per aperientẽ, vel ingredientẽ dicat fuiſſe ſubtractas, certe ſtandũ erit iuramento in litẽ præſtando per ipſum, vel per ipſos contra alios ſocios, cohæredes, fratres, condominos, aut cõſortes, qui præmiſſa aperuerũt, aut ingreſſi fuerũt, & ex ipſo iuramẽto probabitur quantitas, qualitas, & pretiũ rerum, quas ipſi ſocij, & ſimiles dixerint fuiſſet ſubtractas ab alio, vel aliis aperiẽtibus, vel ingredientibus præmiſſa, qui ſecundũ ipſum iuramentũ erũt cõdemnandi ẽt ꝙ nõ probaretur, ꝙ aliquid ſubtraxerint, vel ꝙ res aliquę eſſent in ipſis capſis, ciumena, domo, & ſimilibus quia ſuper pręmiſſis ſtandũ erit iuramẽto in litẽ præſtãdo per prædictos ſociũ, vel ſocios, fratrẽ, vel fratres, cohæredẽ vel cohæredes, cõſortẽ, & cõdominũ, contra alios aperiẽtes, aut ingredientes, prævia tñ iudicis taxatione ſecundũ qualitatẽ defuncti, ac pſonarũ: ea enim quæ ſunt cõmunia, vel alterius, ſub clauſura, cum pręſentia conſortum, ſociorum, cohęredum, fratrum & ſimilium, uel ſaltem in pręſentia teſtium fidedignorum, & non ſuſpectorum, aperiri, & ingredi debẽt, & res videri, ac cognoſci, & deſcribi per inuentariũ, non aũt propria authoritate fieri debẽt prædicta, alioquin iurari poterit in litẽ per unum ex ſociis, uel fratribus, aut cohęredibus, uel condominis, contra aliũ, uel alios, ut dixi ſupra. Anch. d. conſ. 286. Ex pręd icta facti narratione. Pariſ. d. cõſi. 75. Ad victoriã vol 1. d. cõſ. 25. Vidi vol. 2. & cõſ. 109. Dominus vol. 3. Doc. l. tres fratres. ff. de pact. D. Benedic.

de Vadis in apoſtil.ad Fran.Aret.in d.l.in actionibus in apoſtil.verſi.iuramento.ff.in lit.iur.Afflict.deciſ.360. Inter Dec.conſi.178.In cauſa col.1.facit l dominus horreorum. ff.locat.& l.tres fratres ubi Docto.ff.de pact.

¶Amplia præmiſſa procedere,etiã ſi ſocius,vel cohæres,ſeu conſors,vel condñs fateatur ſe à capſa, ſeu horreo cõi, ſeu ſocij,vel cohæredis,aut condñi aliqua ſubtraxiſſe,& de hoc non cõſtet niſi per ipſam confeſſionẽ, quia poteſt nihilominus per aliũ ſociũ cohæredẽ,vel condñm, cõtra ipſum cõfitentẽ iurari in litẽ de maiori ſumma, & de aliis rebus ultra cõfeſſata,& ipſe cõfitens erit cõdemnandus ſecundũ ipſum iuramentũ.Anch.d.conſ.286.Ex prædicta facti narratione. faciunt not.per Abb.in c.cũ veniſſent col.2.verſi.itẽ no.ꝙ licèt cõfeſſio emanet cũ certa qualitate de inſtit.& in c.bonæ el 2.col.pe.in fi.ver.adde & col.fi.in fi.de poſtul.prælat.

4 Fallit qñ † vnus ex ſociis, vel fratribus,aut cohæredibus,ſeu condominis,vult iurare in litem contra alterum pro rebus mobilibus,quas dicit eum viuente patre ſubtraxiſſe,& iurare volẽs ſuper quantitate erat tunc abſens , & ſic non informatus:nã tunc non põt iurare in litẽ maximè non cõſtito prius de furto.Grat.cõſ.10.Et ſi cã vol.2.qui.n.eſt informatus nõ põt iurare.Iaſ.l.admonẽdi.char.30.col.1.& ibi Mod. ff.de iurei.Bal.ca.1.col.1.ſi de inueſt.inter domi.& vaſal.

5 ¶Item vbi vnus † ex ſociis, vel fratribus, aut condominis, vel cohæredibus, vel ex conſortibus abſque inuentario,ſeu bonorum deſcriptione, & abſque libro rationum dietim conficiendo,in eo ponendo introitum & exitum,ac lucra, bona communia ſeu negotia,aut mercimonia communia adminiſtrauit,ſeu in eis ſeſe intromiſit,poterit contra eum per alterum ſocium, vel fratrem,condominum,aut cohæredem , ſeu conſorte iurari in litem tam ſuper quantitate,quam etiam qualitate,& pretio rerum , & eorum fructibus & æſtimatione,& iuramentum ipſum erit loco probationis,præmiſſa tamen iudicis taxatione ſecundum qualitatem perſonarum.Pariſ.d.conſ.25.Vidi col.9.nu.46.& 47. volu.2.& conſ.75.Ad uictoriam vol.1.& conſi.109.dominus uol.3.Afflict.deciſ.360.inter Marcum Dec.conſi.178. In cauſa col.1.uerſic.ubi loquitur in fratre. Abb.conſi.12.

Vt

Vt clarè materia thematis col.4.ver.capio nunc ſextum du bium uol.1.Soc.conſ.46.Cum in præſenti col.2.uerſi & in terminis,& uer.circa ſecundam & in conſi.73.Conſiliis no ſtris per totum maximè in col.2.uerſ.& in terminis & verſ. ad prædicta uol.1.& in conſi.213.Conſilijs col.2.vol.2.& hoc procedit etiam contra fratrem,ſiue uiuente patre com muni,bona paterna adminiſtrauerit, ſiue eo mortuo, ſiue tanquã tutor,ſeu curator alterius fratris, ſiue nomine proprio,uel utcunque abſque tutela, & cura ea adminiſtrauerit,quia ſemper tenetur reddere rationẽ, & exhibere inuentarium, ac librum rationũ, alioquin poſſet iurari in litem per alium fratrem, ſeu ſororem contra alium fratrem, uel ſororem adminiſtrantem. Abb.d.conſi.12.in d.verſi.capio nunc.Soc.d.conſ.46.Cum in præſenti col.2.uerſ.& in terminis & d.conſ.73.Conſilijs col.2.uerſ.ad prædicta uol.2. Afflict.deciſ.360.inter, & procedunt præmiſſa etiam,quod frater qui adminiſtrauerit bona communia, cum aliis fratribus,diceret, ſe non confeciſſe inuentarium, nec librum rationũ,pro eo quia, ipſi fratres habebant tutores deputatos à patre cõmuni, qui litigabant nolendo acceptare ipſam tutelã, & ꝙ eius nomine proprio adminiſtrauit, quia hoc non attento poſſet contra eum in litem iurari ſuper quantitate,& qualitate, & pretio bonorum,& fructuũ,ubi inuentariũ, ac librũ rationũ non exhibet, præmiſſa tamen iudicis taxatione. Afflict.deciſ.360.Inter Marcum Saxi.in reddenda tamen ratione in modicis ſtari debet iuramento fratris,& ſocij, adminiſtratoris, & etiam in non modicis,ſi perſonæ qualitas,ueriſimilitudo,& iudicis mens ita cõcurrat, quia ab eis non eſt exigẽda ita ſtricta ratio ſicuti ab extraneis.Soc.d.conſ.46.Cum in præſenti col.2.uerſ.& in ter minis uol.1.Abb.d.conſ.12.Vt clarè col.4.uer.capio nunc

6 ſextũ in fi.uol.1.Silentio etiã † nõ eſt inuoluendũ,ꝙ ſi numeraui alicui pecuniã ad mercandũ, uel negotiandum,in hoc contrahendo ſocietatẽ licitã, ꝙ ille cui dedi pecunias tenetur mercari,ac negotiare, & emere, ac uendere iuxta conuenta, alioquin ſi hoc non facit,uel pecunias in alium uſum expendat,dicitur in dolo, & tenetur olim ad uſuras. hodie uerò ad intereſſe meũ l.ſi quis ſocietatẽ & in l.ſi fra-

tres.§.ſi quis ſocietatē.ff.pro ſoc.dicitur enim in dolo qui pacta vel fidē ſeu promiſſa nō ſeruauit l.dolus & ibi Bar.ff. mand.l.1.§.eſt autē apud.ff.depoſit.l.vendicantē.ff.de euictionib.Crau.q.de indemnitate mulierū nu.30.verſi.nam in dolo, & iuramento meo in litem præſtando cōtra illum qui habuit dictas pecunias, probabitur intereſſe meū,& illud, quod veriſimiliter lucratus fuiſſem ſi cū illis pecuniis negotiatus,ac mercatus fuiſſet,ex quo dicitur fuiſſe in dolo,nō mercando nec negotiādo, prout promiſit l.in actionibus.ff.de in lit.iur.iuncta d.l.dolus.cum ibi not.per Bar. Item tenetur ille cui datæ fuerūt pecuniæ ad mercandū,vel negotiandum in eundo in hoc licitam ſocietatē,conficeret librū rationū ſocietatis,cum inuētario rerū, & eorū pretio, & emptionibus,ac venditionibus,& lucris dietim ſequutis, alioquin ſuper præmiſſis oībus poſſet per alium ſociū qui numerauit pecunias iurari in litem cōtra illū, & intereſſe illius qui numerauit,ac lucrū,& res,ac rerū quantitas probabitur iuramēto,ſuo qui in omni negotiatione cōmuni, vel aliena debet confici inuentariū,ac liber rationum,alioquin poſſet iurari in litē cōtra adminiſtrantē negotiationē alienum,vel cōmunē.Soci.d.conſ.46.Cū in præſenti.& cōſ.73. Conſiliis vol.2.Afflict.deciſ.260.Inter iuncta d.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.and.Iaſ.conſi.174.Spectabilis vol.2.

7 ¶Limitantur primo,† & quidem rectè, ac Chriſtianæ,præmiſſa non procedere,quotieſcunque contractus ſocietatis, ſed mercaturæ faciendæ, eſſet illicitus, ſeu fœneratitius,ac vſurarius:puta,ſi dictū fuiſſet, quòd capitale eſſet ſaluum, & ſic periculum capitalis ſpectaret ad recipientē, & non ad dantem,etiam,ꝙ eſſet dictum,ꝙ lucrum diuideretur: nam iſte contractus diceretur fœneratitius, & vſurarius, & non valeret,& recipiens teneretur ſolum ad capitale, & nō poſſet ab eo peti intereſſe, nec lucrum,nec pro eo iurari in litem,ſub prætextu dicti intereſſe,nec ſub prætextu lucri,nec etiam ſub prætextu, ꝙ ipſe pecuniæ non fuerint traficatæ, nec merces emptæ,nec factū inuentarium, nec liber rationum confectus,vbi enim contractus eſſet fœneratitius ſub prætextu præmiſſorū non poſſet iurari in litem,& eſt com. opin.ita dicit Iaſ.d.conſ.174.Spectabilis col.4.num.2.verſ.

aggre-

aggredior.& nu.3.verſ.condeſcendo vol.2.iunctis not.per Doc.in c.nauiganti. de.vſur.vbi Abb.& communiter Doc. & per Bald.l.1.q.9.C.de ſolu.& per Iaſ.in d.conſi.174.Vbi dicunt Doc.ipſi, quòd eſt com.opin.quòd vbi ſit pactum, quòd ſi ſaluum capitale, quòd contractus eſt vſurarius.

8 ¶ Limitatur & ſecundò † præmiſſa non procederet, quotieſcunque contractus ſocietatis mercaturę celebrandę,ſaperet contractum mutui,ſeu eſſet cõtractus mutui:puta,ſi cõuentũ fuiſſet, ꝙ recipiens capitale teneretur omni anno illud aſſignare,ſeu teneretur tantundẽ reſtituere;quia tunc dicitur cõtractus mutui,etiam ſi dictum fuiſſet,quod pecuniæ traficarentur in mercatura, & ꝙ periculũ & omne bonum,& malum lucri,eſſet numerantis, & ſic tunc per recipientem non debetur intereſſe, nec lucrum ipſi numeranti,nec pro eo,nec etiã pro libro rationũ non confecto , nec pro capitali non traficato in mercatura non poteſt per numerantẽ in litem iurari contra recipientem , ita dicit Iaſ.d. conſ.174.in d.ver.aggredior.cũ ſeq.& d.ver.condeſcendo. & itẽ diceretur cõtractus mutui,quando pecunia data fuit ad numerum, eo acto vt tantundẽ reddatur, etiã ꝙ fuiſſet dictũ ꝙ ipſæ pecunię ſint datæ ad exercendũ in mercatura: nam per illud verbum,dare, denotatur,ꝙ in recipientẽ fuit trãſlatũ dominiũ,& ſic eſt contractus mutui, quo caſu numerans nõ poteſt petere intereſſe,nec pro eo in litẽ iurare, etiã,ꝙ liber rationũ,& mercaturę,nõ fuiſſet cõfectus & idẽ ꝓcedit quotieſcũq; datur magna quãtitas pecuniæ mercatori, ſiue detur ad negotiãdũ, ſiue nõ,& nõ adijcitur cauſa quare detur:quia dicitur cõtractus mutui , & dans nõ põt iurare in litẽ pro lucro,nec mercatura nõ facta, nec pro libro rõnũ nõ cõfecto,& eidẽ nõ debetur lucrũ, nec intereſſe.Iaſ. d.cõſ.174.Spectabilis col.1.in fi.& 2.& ꝑ totũ vol.2.

9 ¶ Tertiò etiam † limitantur præmiſſa nũ procedere,qñ numerans pecuniam recepiſſet poſteà partem, & reſtans eſſet modicum,adeo ꝙ recipiẽs veriſimiliter credidit, ſe non teneri,pro illo modico traficare, ſiue actis mercantiles exercere,& facere computatũ, & tenere libros rationis , vel vbi recipiens veriſimiliter non recepiſſet illud modicũ ad traficandũ:nam tunc contra recipientẽ pro trafico non facto,

& pro libro rationum non confecto non poſſet iurari in litem. Iaſ. d. conſi. 174. Spectabilis col. 5. verſic. moueor. & ver. item ex alio cauſata. & verſi. item ex alio potuit. & verſ. per iſta. cum ſequen. vol. 2. vbi etiam Iaſ. vult pacta exercendi ſocietatē mercaturæ, intelligi debere rebus ſtantibus in eo gradu; & ſic ſe habētibus, prout prius ſe habeant l. quod Seruius. ff. de condict. ab cauſ. c. ſuggeſtū. de deci. ergo vbi ille qui dedit pecuniā Titio ad mercandū, & traficandum, in hoc ineundo licitam ſocietatem, recipit poſtea partem pecuniæ datæ, non poteſt iurare in litem cōtra Titium recipientem, ſub prætextu ꝙ non traficauerit, ſeu mercatus nō fuerit pro reſtanti, & libros rationū non exhibeat, Iaſ. d. ver. item ex alio potuit. Sic & locatio ſeu venditio pluriū rerū, facta vnico pretio, in totum poteſt reſcindi per emptorem, ſeu conductorē, vbi ex ipſis rebus erant aliquæ res quæ nō erant locantis, nec vendentis, caſu quo ſi cōducens, vel emptor iſtud ſciuiſſet, veriſimiliter nō conduxiſſet, nec emiſſet, nec cōduxiſſet partē: quia quilibet diligēs paterf. etiā iſtud nō feciſſet. & hoc procedit etiā ſi locator, vel venditor vellet liberare bona ab illo cuius ſunt, vbi veriſimiliter ille cuius ſunt in aliquo tempore vexaret emptorem, vel conductorē: puta, ſi eſſent Eccleſiæ, quæ eſt valde priuilegiata, ita inquit Io. de Imo. in conſ. 39. Viſis ſub rub. locati, & conducti. per tex. in l. ſi duos. cū ibi not. ꝑ gl. & Doc. ff de con. emp. facit l. ſi non ſortem. §. ſi centū. ff. de cond. ind. & ibi Bar. & Alex.

10 ¶Socius † aut cohæres rem cōmunē per fallaciā, dolumve malum, amouendo, vel rem cōmunem celandi animo contractando cōmittit furtum, & eſt in dolo l. rei cōmunis. ff. pro ſoc. & l. ſi ſocius. ff. de fur. ergo poteſt contra eum in litem iurari per alterum ſocium: aut cohæredem de quantitate, & qualitate, ac pretio, & fructibus rerū, & eius intereſſe, quæ omnia probabuntur ex ipſo iuramento l. cum furti. & l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. Alex. conſi. 103. Videtur vol. 1. Ancha. conſi. 286. ex prædicta facti narratione.

11 ¶Socius faciendo † moram in reſtituendo capitale, ac intereſſe, & lucrum, alteri ſocio tenetur ad eius intereſſe l. ſocium qui in eo. ff. pro ſoc. Ergo alter ſocius probabit eius intereſſe intrinſecum ac extrinſecum per eius iuramentum

contra

cōtra alterū qui eſt in mora l.nūmis vbi tex.Doc & gl.verſ. ſua die & l.in actionib.ver.planè.ff de in lit.iur.& ibi Mod.

12 ¶ Renuntiando † ſocius ſocietati, vel ab ea recedendo,ante finitum tempus ſocietatis contractæ abſque aliqua cauſa dicitur dolo malo facere & ſi aliquid lucri eſt acquiſitum poſt talē renuntiationē,eſt alterius ſocij,& ſi aliquid damni accidit,eſt cōmune cum renuntiante l.actione.§.Labeo in fi.ff.pro ſoc.facit l.dolus vbi Bar.ff.mand.iunctis his quæ dixi ſuprà nu.6.verſ.ſilentio ergo contra ipſum ſocium renūntiantē ſocietati, vel ab ea recedentem abſque cauſa iuſtâ ante finitum tempus cōuentum,poſſet iurari in litē per alterū ſocium,ex cuius iuramento probabuntur eius damna,expenſæ,ac intereſſe d.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.

13 ¶ Colonus colens † ad partem dicitur ſocius. Bar.l.ſi merces.§.vis maior.ff.loca.& tam ipſe quā etiā colonus colens nūmmis,ſi nō reſtituit poſſeſſionē domino ſuo poſtquàm deſijt eſſe colonus, ſeu conductor, dicitur, vim facere, & ſpoliare dominum ſuum, ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter iſtud faceret. Alex.conſ.33.Viſo col.1.nu.2.ver.conſtat vol.6.per text.in l.colonus.ff.de vi & vi arma.& in l. conductores.C.loc.& in l.non ab re.& ibi Bal.C.vnd vi nec auditur litigādo de proprietate, aut poſſeſſione niſi prius reſtituta poſſeſſione locatori ſuo l.ſi quis conductionis.C. locat.ergo contra ipſum colonum,ſiue conductorē poſſet iurari in litem per dominum, ſeu per illū qui conceſſit bona colono,vel conductori,& ex ipſo iuramento probabuntur damna,expenſæ,ac intereſſe rerum fructus, & quantitas,pretiū,& æſtimatio: per textū hic in l.ſi quādo C.vnde vi.& in d.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.& in l ſi cui.§.1.ff. locat. Vnde talis colonus, vel conductor,finito tempore locationis,faciendo præmiſſa, non excuſaretur à pœnis violentiæ,& turbatæ poſſeſſionis de iure cōi, nec in dominio Mediolani,ex forma decreti prohibentis procedi criminaliter,vbi res habet originem à cōtractu:quia qū ſuperuenit defectus tituli,& ſcien ia ipſius defectus,vel reſolutio contractus, niſi quis deſiſtat à geſtis vigore ipſius contractus non iuſtificatur, nec excuſatur, ratione ipſius contractus, nec decreti:ergo colonus vel conductor,finito tēpore loca

tionis,

tionis, ſi non reſtituit rem conductori, cum dicatur committere vim,nõ excuſatur à dolo,nec à pœna criminali,per text.in d.l.colonus.ff de vi & vi armat.ita inquit D.Franc. Ponz.in tract.per eum edito ſuper ipſo decreto, in 6.limit. ver.ſextò qñ facit l.ſi quis poſſeſſor.§.ſicut & l.ſed & ſi lege verſi.quod ſi ab initio.ibi,parui.ff.de pet.hær.Bal.l.quicunque col.pen.ver.item facit ad ſtatutum.C.de ſeru.fug. Fallit quãdo colonus,vel conductor, uellet retinere ipſa bona ex aliqua cauſa,vel pacto dependente, ab ipſo cõtractu, vel eius occaſione, vel ex alia cauſa colorata,& non calumnioſa:puta,rõne melioramentorũ,quia occaſione dictæ retentionis nõ poſſet iurari in litẽ cõtra eũ,nec procedi criminaliter,Ponzinibius d.ver.ſextò qñ per gl.in d.l.ſi colonus.

14 ¶Socius, † vel frater,vel cohæres, ſeu condominus per vim occupando reſpectu partis alterius caſtrũ,vel domum, aut prædium commune, uel communem,cum alio ſocio, uel fratre, aut cohærede, uel condomino dicitur committere uim,& contra eũ de omni damno,ac uiolentia,& de rebus ablatis,& earũ quãtitate,pretio,ac æſtimatione,& de omni intereſſe,præſertim ſi noctis tempore, & cũ hominibus armatis præmiſſa fuerunt facta,iurari poterit in litẽ per alterum ſociũ,fratrẽ,uel cohæredem,quia probata uiolentia dicitur probatus dolus, & in hoc uide pulchrũ conſ.Alex.in conſi.103.Videtur uol.1.hæc tamen limita ſecundum ea quæ dixi,ſupra, in uerbo, unde ex præmiſſis infero nu.45. uer.aliud & uer.item ſi ſocius & ver.ſed ſi & uer.ſi tamen.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis petitio eſt actio bonæfidei & in ea in litem iuratur contra falsò ſe hæredem facientem. Vel eum, qui ſcit hæreditatem à ſe inferri poſſe.*

2 *Poſſeſſor malæfidei rei,quam ab eo actione bonæfidei auferri poteſt, ad quæ conueniri poſſit.*

3 *Iuramentũ affectionis in litẽ non poteſt deferri ſuper re non extante:quia nõ ſufficit dolus de præterito, ſecus de iuramẽto veritatis.*

4 *Malæfidei poſſeſſor dicitur dolo deſinere poſſidere ſi rem hæreditatis alienauerit ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt, & ideo contra eum in litem iuratur.*

Bonæfidei

5 *Bonæfidei poſſeſſor ab initio. ſi ex poſt facto, malæfidei poſſeſſor efficiatur, ſi in poſſeſſore perſeueret dicitur prædo, & contra eum in litem iuratur.*

6 *Error iuris vel facti excuſat poſſidentem hæreditatem à mala fide, & à fructibus percipiendis.*

7 *Hæres petens terminũ ad liberandum an adeat ſi bona hæreditatis attigerit, creditorib. & legatarijs tenet, qui cõtra illũ in litẽ iurat.*

8 *Hæreditatẽ expilãs tenet vero hæredi, & cõtra eũ in litẽ iurari põt.*

9 *Hæreditatem expilare quis dicatur: & qua pœna is teneatur.*

10 *Cohæres ſcienter vendens partem cohæredis in dolo dicetur, & contra eum in litem iuratur.*

§. XIIII.

1 PETITIO hæreditas† eſt actio bonæfidei. §. actionũ inſti. de acti. ergo in ea iuratur in litẽ contra doloſum ratione ſolius doli. etiã ſi nõ interueniret cõtumacia in non reſtituendo ad mandatũ iudicis, nec interueniret difficultas probationis, ſicuti iurari põt in aliis bonæ fidei actionib. l. ſed & ſi lege. §. ſi ante litẽ vbi Pau. de Caſt. nu. 5. ver. ex quo nota & l. ſi poſſeſſor. §. reſtituere. vbi tex. & doc. ff. de pet. hær. gl. & Doc. l. fi. §. ſi quis aũt temerario ꝑpoſito vbi gl. verb. ſacramẽto. C. de iur. deli. & in hoc vide ẽt exẽpla quib. hæres non ſolũ cõtra extraneũ, verũ etiã cõtra cohærẽdẽ põt in litẽ iurare ſuprà in ver. Actio ꝓ ſocio nu. 1. ver. ex hoc amplia. & n. 3. verſ. nõ ſi vnus & ver. amplia. & nu. 5. ver. fallit & nu. 5. ver. itẽ vbi vnus. n. 10. ver. ſocius, aut cohæres. ¶Si ergo aliquis puta, Titius nullã cauſam habebat, nec de facto, nec de iure credẽdi hæreditatem ad ſe pertinere, in ea ſe intromiſerit vel eius bona apprehẽderit, & ex poſt facto apparet ꝙ ad eũ hæreditas nõ pertinebat: puta quia nõ allegabat teſtamentũ, in quo eſſet inſtitutus, & ſi allegabat nullam de eo fidem faciebat, nec probabat propinquitatẽ, per quàm poſſet venire ab inteſtato, & ego probauero hæreditatẽ ad me pertinere, certè eſt fundata intentio mea cõtra ipſum Titiũ eo ipſo ꝙ probo hæreditatẽ ad me pertinere, vt ipſe Titius dicetur, ac præſumetur à iure, ſciuiſſe hæreditatem ad ſe non pertinere, licèt fingeret ſeſe credere ꝙ

ad

ad eum pertineret,& ipſe Titius diceretur fur, malæfidei poſ-
ſeſſor,prædo,ac inuaſor, etiam ante litem conteſtatã & an-
te controuerſiã.Pau.de Caſt.l.ſed ſi lege.§ ꝙ autẽ ait col.1.
nu.4.verſi.quid ergo.ff.de pet.hære.tex.in l.fi.C.vnd.vi.&
ibi not.Doct.text.cum glo.in d.§.quòd autem ait ergo ip-
ſe Titius & omnes alij ſimiles, tenentur non ſolum ad res
quas poſſident,verumetiã ad res quas dolo deſierunt poſſi
dere,ſeu quas alienarunt, cum pretio: puta,vendendo,vel
ſine pretio:puta,donando, & vlterius tenentur non ſolum
de fructibus perceptis: verumetiam de fructibus quos per-
cipere potuerunt, licet eos non perceperint.& item tenen-
tur ſi res effectæ fuerunt deteriores, vel in aliquo eorũ do-
lo ſit hæreditas damnificata.tex.gl.Pau.de Caſt.& Doct.in
d.§.ꝙ autẽ ait. Et ſic contrà ipſum Titium & omnes alios
ſimiles ex iuramento in litẽ per me,vel per alios veros here
des,præſtando cõtra eum,vel eos, probari poterit fructuũ
per eundẽ Titiũ, & ſimiles, ex bonis hæreditatis percepto-
rum,& percipiendorũ quantitas,qualitas,ac pretiũ,& rerũ
hæreditariarũ quãtitas qualitas ac pretiũ, & damnificatio,
& ſubtractio,& omne damnum ac intereſſe veri hæredis,in
quibus omnibus fieri debebit condemnatio in fauorẽ veri
hæredis iurantis in litẽ contra ipſum Titium, ac præmiſſos
tex.in l ſed & ſi lege.§.hæc verba & ibi gl.& Doct.& tex.in
l.ſi poſſeſſor.§.reſtituere & ibi Docto.ff.de pet.hær. Pari.d.
conſ.75.Ad victoriam vol.1.& d.conſ.25.Vidi vol.2.& con
ſi.109.D.Bernar.vol.3.text.in d l.in actionib.Etiam verus
hæres habens ius in hæreditate, vbi ſcit hæreditatem poſſe
ab ipſo auferri: quia teſtamentũ erat inofficioſum, vel ipſe
erat indignus,vel incapax, vel præſtauit tacitã fidẽ de reſti-
tuendo incapaci, ſi adeat hæreditatẽ dicitur in dolo,& ma-
la fide,& reputatur prædo etiã ante litẽ moram gl.in d.§.ꝙ
autẽ ait.vbi Bar.& Pau.de Caſt.nũ.3.ver.nota tamen & ibi
d.Fran.Cur.in apoſt.ad Paul de Caſt.text.ubi Bald.Paul de
Caſt.Iaſ.& alij not.in l.1.C.de his qui vt ind.tex.in l.prædo
nis.ff de pet hære.ergo contra eũ tanquã contra inuaſorẽ,
ſeu prædonẽ,ſeu malæ fidei poſſeſſorẽ poteſt pro fructibus
perceptis & percipiendis,& pro quantitate, & pretio rerũ
hæreditatis, & pro omnibus damnis ac intereſſe iurari in
litem

litem per illum, cui hæreditas debet applicari, & prout ſupra nu. 1. ver. ſi ergo text. in d. §. hæc verba. & d. §. reſtituere.

2 ¶ Poſſeſſor malæfidei † hæreditatis, vel alterius rei, quã aliquis petere poſſit, ex aliqua actione bonæfidei: puta, petitione hæreditatis, vel actione ex empto, vel alia ſimili, ſi alienat rem hæreditariã, vel aliã rẽ, quã mala fide poſſideat: puta, vendendo, cõueniri poterit ipſæ malæfidei poſſeſſor, ad pretiũ rei per eum perceptũ, cum intereſſe, etiã ſi res deperdita eſſet, vel in rerũ natura amplius non adeſſet, & tũc pro re nõ extante, non poteſt iurari in litem: quia in re quę non extat non põt cadere probabilis affectio, & ſi res ipſæ non eſſent deperditæ, ſed extarent apud emptorem, vel aliũ cui malæfidei poſſeſſor illã alienauerit, etiã, ꝙ malæfidei poſſeſſor rem ipſam non poſſideat, tenetur malæfidei poſſeſſor alienãs ad electionem veri hæredis, vel domini, ſeu illius ad quẽ res pertinet, eidem præſtare pretiũ, vel rem quam alienauit. & ſi non vult, vel non poteſt illi præſtare, ac reſtituere rem, vel quia poſſeſſor malæfidei non vult illam redimere ab emptore, vel quia non poteſt eam redimere: quia emptor non vult rem retrodare, nec retrouendere, põt verus hęres, ſeu dominus, vel ille ad quẽ res pertinet, iurare in litem cõtra ipſum malæfidei poſſeſſorem, qui alienauit, vel tradidit rem alteri, ſuper pretio ipſius rei, & ſuper rei affectione, & fructibus rei, & eorum quantitate, qualitate, ac pretio, & ſuper aliis damnis, expenſis, ac intereſſe, in quibus omnibus ipſe malæfidei poſſeſſor alienans ex ipſo ſolo iuramento, condemnari debebit, præuia tamen iudici taxatione text. in d. l. ſi poſſeſſor. §. reſtituere & ibi glo. verſ. poſſit & ibid. not. Pau. de Caſt. per totum. in d. §. reſtituere. & text. in l. ſed & ſi lege. §. hæc verba. ff. de peti. hæredita.

3 ¶ Et ex tex. † in d. §. reſtituere. & ex his quæ dixi ſupra ver. poſſeſſor. nota quòd non poteſt deferri iuramentum in litem ſuper re non extante, licèt reus fuerit in dolo. qui fuiſſet dolus de præterito vt deferatur iuramentum ſed requiritur dolus præſens, & hòc vt dixi vbi res ſed ſi res extat, ſufficit dolus de præterito licèt præſenti, ad hoc vt poſſit ipſum iuramentum in ri: puta, quia poſſeſſor malæfidei facit quòd po

peret rem extantem, quam alienauit, ſed non poteſt: nam tunc poteſt iurari in litem etiā affectionis contra eum tex. in d.§.reſtituere & ibi not.Paul.de Caſtr.& hoc intelligo reſpectu iuramenti affectionis quod in re non extanti non poteſt cadere,& ſic pro ea, nō poteſt iuramentum affectionis in litē præſtari,& ita videtur declarare Pau.de Caſtr.in dict.§ reſtituere nu.2.verſicu.quæritur ſed iuramentum in litem veritatis etiam pro re non extante,credo poſſe præſtari contra doloſum etiam reſpectu doli de præterito, licèt non ſit de præſenti per tex.hic in l.ſi quando.C.vnde vi.& in d l in actionibus ver.planè.ff.de in litem iur.

4 ¶Malæfidei poſſeſſor † dicitur dolo deſinere poſſidere ſi rem hæreditatis alienauerit, ſiue ante litem conteſtatem, ſiue poſt: & ideo tenetur, ac condemnari poteſt,& contra eum in litem iurari de pretio rei, & fructibus, ac intereſſe perinde, ac ſi poſſideret l.ſi poſſeſſor.§.reſtituere vbi text. glo.& Doct.& Alex.ff.de pet.hær.d l.ſed & ſi lege.§.ſi ante litem vbi tex.glo.& Pau de Caſt.nu.2.verſ 1.& nu.4.ver.5. & nu.5.verſic.ex quo not.ff.de pet.hær ſed ſi alienauit poſt litem conteſtatam, vel poſt litem motam, tunc etiā multo magis dicitur malęfidei poſſeſſor,ſeu prędo,ac inuaſor,etiā ſi à principio fuiſſet bonæ fidei poſſeſſor, dolo deſijſſet poſſidere, & tenetur, & contra eum in litem iurari poteſt perinde,ac ſi à principio fuiſſet malæfidei poſſeſſor.text.in d.§ ſi ante litem & ibi not.Pau.de Caſt.nu.2.ver.1.Et ſi poſſeſſor malæfidei hæreditatis potuit poſſidere rem aliquam, & non poſſedit, & talis res perdita, tenetur perinde, ac ſi poſſediſſet,& poſſet pro ea in litem iurari cōtra eum. Pau. de Caſt.d.§.ſi ante litem nu 3.verſ.ſecundum dubium l.ſed ſi lege.§.perinde & ibi Barto.ff.de pet.hær.

5 ¶Ille qui eſt † bonæ fidei poſſeſſor hæreditatis à principio: puta, quia à principio habuit iuſtam cauſam adipiſcendæ poſſeſſionis ſi efficiatur ex poſt malæfidei poſſeſſor:quia poſtea ſit conſcius hæreditatem ad ſe non pertinere, ſeu ſuperuenit de hoc ſibi ſcientia ſi perſeueret nihilominus in poſſeſſione hæreditatis dicitur prædo, ac inuaſor, & habetur, ac ſi à principio fuiſſet malęfidei poſſeſſor:parui enim refert ab initio quis doloſè in hæreditate ſit verſatus, an

poſtea

poſtea hoc facere cęperit, & ſic tenetur de fructibus percep-tis,& percipiendis,& rei interitu,& pro eis,& pro omni intereſſe poteſt iurari in litem per verum hæredem contra eum text.in d.l.ſed & ſi l.§.quod autem ait. ibi, quod ſi ab initio & ibi not. Pau de Caſt.nu.5.verſi.quartum dubiũ.ff. de pet.hær.iuncta d l.in actionibus.ff.de in lit.iur.

6 ¶Error tñ † facti,vel etiã iuris,excuſare poſſidentem hęreditatẽ à mala fide,& à fructibus percipiendis,adeo ꝙ poſſidẽs non poſſet dici prædo,nec poſſet cõtra eũ in litẽ iurari per verũ hęredem:puta.ſi putauit rectè factũ teſtamentum cum eſſet inutile, vel cum alius ſibi pręcederet agnatus putauit hęreditatẽ ſibi potius deferri,& ſic in iure errauit,& hoc ante litẽ mota,ſed poſt litẽ,controuerſiã motam,& ipſe & oẽs alij poſſeſſores,pares ſunt,& quaſi prędones tenentur,cęperunt.n.ſcire rem ad ſe nõ pertinere,& tenentur etiã pro fructibus percipiendis,& pro eis,& pro omni alio intereſſe põt per uerũ hæredẽ contra eum, ſeu eos in litem iurari d.l.ſed & ſi l.§.ſcire autẽ & §.ſi ante litẽ cõteſtatã.& §.hęc verba.ff. de petitio.hęred.iuncta d.l.in actionibus.ff.de in litem iur.

7 ¶Hęres petens † terminũ ad deliberandum, an velit acceptare hæreditatẽ, vel ne qui inuentariũ bonorum hæreditatis maximè conſcripſerit, & tamẽ bona hęreditatis attigerit,& in eis etiã citra ius,& nomen hęredis ſeſe intromiſerit,ſi poſteà recuſauerit in termino deliberandi hęreditatem, tenetur creditoribus,& legatariis, & his qui ad hęreditatem vocantur,reſtituere oĩa bona hæreditatis,in qua ſe intromiſit abſque inuentario,ſeu abſque deſcriptione bonorũ hęreditatis, ſecundũ iuramentum in litẽ pręſtandum per creditores & legatarios,& eos qui ad hęreditatem vocantur, contra ipſum hęredem, qui non debebat ſe intromittere in bonis hęreditatis,niſi prius facto inuentario,ſeu ſaltẽ prius facta bonorũ deſcriptione,& ex ipſo iuramẽto in litẽ pręſtando,probabuntur cõtra ipſum hęredẽ, bona,ac rerũ quantitates,& pretium, quę & quas dicent pręmiſſi perueniſſe ad manus hęredis, qui recuſauit hęreditatem in termino eidẽ ſtatuto ad deliberandum,quod iuramentum pręſtari debet, cum taxatione à iudice ſtatuenda, text.in l.fi.§.ſi quis autẽ temerario.& ibi glo.& tex.ver.ſacramento.C.de iure delib.

¶Si

8 ¶Si vnus † ex cohæredibus, vel ex ſocijs, vel ex fratribus, vel alius extraneus hæreditatem expilauerit, aut occupauerit, vel diſſipauerit, ſeu dilanitatus fuerit, ſeu per vim in vniuerſa hæreditate ſeſe intromiſerit, vel dolo malo, ſeu abſque cauſa eã fuerit apprehenſus, poteſt cõtra ipſum per verũ hæredem, vel per alterũ cohæredem ſocium, aut confratrem iurari in litem ſuper bonis hæreditatis, & eorum pretio, quantitate, & qualitate, ac fructibus, damnis, & intereſſe. Pariſius conſi. 109. D. Bernardinus per totum, maximè in col. 3. nu. 30. volu. 3. & conſi. 75. Ad victoriam vol. 1. & conſil. 25. Vidi volu 2. cui ego addo Anchar. conſi. 286. Ex prædicta facti narratione. Alexan. conſi. 103. Videtur vol. 1. Afflict. deciſ. 360. Inter text. in l. ſi poſſeſſor. §. reſtituere. & in l. ſed & ſi lege. § hæc verba. ff. de petitio. hæredit. & uide ea quæ dixi ſuprà in verſic. actio pro ſocio nume. 5.

9 verſ. item ubi unus & dicitur † expilare quis hæreditatem vbi conſtat, quòd ante aditam hæreditatẽ occupauit bona per textum in l. 2. ff. de crim. expil. hær. & per Bar. in l. 1. ff. de effract. Pariſ. d. conſ 109. Dominus. Et expilans hæreditatem tenetur pœna arbitraria, ex quo non poteſt agi pœna furti, per hæredem vbi tempore expilationis nondum hæreditatem adiuerat, & ſi adiuerat, nondum erat appre-

10 henſus poſſeſſionẽ text. in d. l. 2. Cohæres, † ſeu ſocius, vel frater vendendo, vel alienando non ſolum partem ſuam, verum etiam partem alterius cohæredis, vel ſocij, aut fratris dicitur in dolo, ex quo ſcienter vendidit, ſeu alienauit rem non ſuã ſaltem in totum, vt not. in l. Iulianus & in l. idemq; & Iulianum agitaſſe. & ibi glo. verſ. omnimodo. ff. de actio. empt. Alex. conſ. 103. Videtur col. 4. nume. 14. verſ. nunc reſtat volu. 1. text. & Doct. in l. rei communis. ff. pro ſocio. & l. ſi ſocius. ff de furt. l. 1. in fi. verſic. illicitam. C. de cõ. re. al. & vide quæ dixi ſuprà in verſic. hypothecaria actio. num. 3. in fi. & ſi cohæres, vel ſocius, vel frater, adminiſtrando bona communia, abſque inuentario, & libro rationum, quòd eſt minus, dicitur in dolo, & poteſt cõtra eum iurari in litem, vt ſuprà in verſi. actio pro ſocio. num. 5. verſi. item vbi vnus ergo multomagis contra ipſum alienantem, vltra partem ſuam, poteſt iurari in litem, per alterum cohæredem, vel ſocium,

cium aut fratrem ſuper rerum quantitate, qualitate, pretio, & fructibus, & aliis damnis, ac expenſis, & intereſſe, cum plus ſit alienare, quàm adminiſtrare abſque inuentario. argu. authen. multomagis. C. de ſacroſanc. Eccleſ. dolo enim videtur deſijſſe poſſidere, alienando vltra partẽ ſuam. ergo videtur poſſe contra eum iurari in litem l. ſed & ſi lege §. hæc verba. vbi text. & Doct. & in l ſi poſſeſſor. §. reſtituere. vbi etiam text. & Doct. ff. de petitio. hæredi. facit l. in eos, in fi. ff. de tutelis. & in l. in actionibus. & l. nummis. vbi glo. fi. in fi. ff. de in litem iurand.

SVMMARIVM.

1 *Actio familiæ erciſcundæ. & communi diuidundo, ſunt actiones bonæ fidei, & in ipſis in litem iuratur contra cohæredem, qui aliquid ſubtraxit.*

2 *Diuiſio rerum communium dolo facta debet in totum reſcindi ſiue perfecta fuerit per partem etiam maiorem, ſiue per iudicem.*

3 *Falſis inſtrumentis contra vtentem in litem iuratur per illum qui ex falſitate læſus fuit.*

4 *Diuiſio reſcindi debet, vbi in ea quis etiam maior læſus eſt vltra dimidiam iuſti pretij, etiam ſi ſorte facta fuerit, vel iudicis authoritate.*

5 *Libellus quomodo formetur quando petitur reſciſio diuiſionis ex capite læſionis vltra dimidiam iuſti pretij.*

6 *Diuiſio facta cum hærede putatiuo, in totum reſcinditur, etiam ſi eſſet iurata, vel iudicis authoritate vel ſorte facta.*

7 *Diuiſio facta per iudicem cum hærede putatiuo, quando tranſeat in rem iudicatam, nec poſſit reſcindi.*

8 *Donatio inſolutum, vel ſubhaſtatio bonorum debitoris facta à iudice quando tranſeat in rem iudicatã niſi ab ea appelletur. Et quando currere incipiat tempus datum à ſtatuto ad redimendam dationem inſolutum.*

9 *Tempus conceſſum à iure vel ſtatuto ad appellandum, vel dicendum de nullitate, currit tantum à tempore ſcientiæ, etiam ſi ſtatutum aliud diceret.*

10 *Quadriennij tempus conceſſum à iure ad petendum reſtitutionem in integrum non currit læſo, niſi à tempore ſcientiæ læſionis.*

§. XV.

1 ACtio familiæ erciſcundæ,† ſiue hæreditatis diuidendæ,& actio cõmuni diuidundo ſunt actiones bonæ fidei. text. vbi etiam glo.Ang.Areti.Iaſ.& alij in.§. actionum . inſtit.de actio.ergo in ipſis actionibus,& in ipſarũ qnalibet,poterit iurari in litem,per vnũ ex cohæredibus, aut ſocijs,vel ex alijs,habentibus rem cõmunẽ,cõtra alterũ cohæredẽ,aut ſocium vel alium condominũ,etiã extraneũ, ratione ſolius doli. text.in d.l.in actionib ff.de in lit.iur.

¶Diuiſio ergo ſi ſciat, inter duos,vel tres fratres, aut alios cohæredes,ſeu ſocios,vel habentes hæreditatem , aut alias res in cõmuni,etiam ſi de tali diuiſione fierent publica inſtrumenta , & in eis diceretur omnia fuiſſe diuiſa , & nihil cõmune remanſiſſe, & fieret inuicem generalis quietatio, & confeſſio,ac liberatio,& promiſſio ſub pœna de non veniendo contra diuiſionem , nec petendo aliquid de hæreditate,aut rebus communibus , & reperiatur poſteà, quòd vnus ex ipſis diuidentibus aliquid de communi hæreditate,vel de rebus communibus, ſubtraxerit: puta,pecuniam auream,cuius nulla mentio in inſtrumento diuiſionis continebatur,certè nõ obſtante dicta diuiſione, & non obſtantibus generalibus pactis,refutationibus, & renuntiationibus,confeſſionibus,& liberationibus de non petendo , nec agendo de cætero,vnus contra alterum, nec econtrà,quauis occaſione etiam inexcogitata interpoſitis in dicta diuiſione tanquã dolo malo ſubtrahentis interpoſitis,poterũt alij fratres,cohæredes,& ſocij contra alterum ſocium,cohæredem,vel fratrem,ſubtrahentẽ,agere ad eorum portionem eius , ꝙ ſubreptũ diceretur ab alio, vbi tempore diuiſionis ignorabatur ipſa fraus cõmiſſa, agendo ex actione familiæ erciſcundæ,vel cõmuni diuidundo, vel rei vendicatione,& hoc procedit etiam ſi diuiſio fuiſſet facta titulo tranſactionis:quia generalis confeſſio,remiſſio ac liberatio debet reſtringi,ne dolus alicui patrocinetur.tex.eſt & ibi not.Bart. Bal.d.Pau.de Caſt.Iaſ.& alij in l.tres fratres.ff de pactis.

¶Et contra ipſum ſubtrahentem poterit iurari in litem per

alios,

alios,cohæredes,vel ſocios,ſeu fratres,ex quorum iuramento,probabitur quãtitas,qualitas,valor,& ęſtimatio rei ſubtractę,ad damnum & intereſſe, non obſtante dicta diuiſione.Ancha.conſ.286.Ex prædicta facti narratione text.in l. cum furti.&l.in actionibus.ff.de in lit.iur.iuncta l.rei communis.ff.pro ſocio.&l.ſi ſocius.ff.de furt.& hoc procedit ſiue viuente defuncto,de cuius hæreditate agitur:puta, patre communi,ſiue eo mortuo, præmiſſa fuerint ſubtracta. Bal.d.l.tres fatres in fi.ver.quæro vtrum.

2 ¶Vbi diuiſio † facta ſit dolo,vel per fraudem,ſeu ex malitia aduerſariis,debet reſcindi in totum,etiam ſi dolo deceptus fuiſſet maior, qui in litẽ iurare poterit ſuper eius intereſſe contra alterũ diuidentem doloſum text.in l.maioribus & ibi glo.Docto.C.commu.vtr.iud.iuncta d.l.in actionibus.

¶Retractari debet diuiſio facta ne dum per partes , verum etiam per iudicem,vbi apparet quòd fuiſſet facta uigore teſtamenti falſi,aut codicilli falſi, vel alterius inſtrumenti falſi,vel prætextu falſorum teſtium, & dari deberet reſtitutio in integrum etiã maioribus contra ipſam diuiſionem factã etiam per iudicis ſententiã , quæ in rem iudicatã tranſiuiſſet . Iaſ.l.poſt diuiſionem col. 1.nu.4.verſ.adde quòd.C.de iur.& fact.ignor.per l.diuus.ff.de re iud.& tot.titul.C.ſi ex
3 falſ.inſtru.& contra illum † qui ſcienter vſus fuit ipſis falſis inſtru.uel teſtibus tanquã contra doloſum, iurari poterit in litem,per illũ qua ex ipſa falſitate fuit læſus, ex cuius iuramẽto probabuntur eius damna,expenſæ, ac intereſſe, & quantitas qualitas, pretium,& fructus rerum perceptarum uigorẽ dictæ diuiſionis , per illum qui uſus fuit ipſa falſitate d l.in actionibus.ff.de in lit.iuran.iunctis not per Iaſ.hic in l.ſi quando col.fi.num.57.uerſ.nunquid autem: ibi,puto.C.vnde ui.& per Raph.Com.conſi.42.Viſo.

4 ¶Reſcindi debet † diuiſio, ſicuti & uenditio , ubi in ea quis eſſet læſus,ultra dimidiam etiã ſi eſſet maior, & etiã ſi ipſa diuiſio fuiſſet forte facta text.& ibi not.gloſſ.& Bal.in d.l. maioribus.C.cum utr.iud.& hoc procedit etiam ſi eſſet iurata, & cum iudicis authoritate facta ut dicam hic inferius
5 nu.6.uer.diuiſio per ignorantiã. Forma aũt † libelli petẽdi reſciſſionem dictæ diuiſionis eſt, ut læſus ex ipſa diuiſione

dicat ſe ex ea fuiſſe deceptum, ac læſum vltra dimidiam,& ideo quòd petit diuiſionem reformari, vt vel recedat à diuiſione, vel portio iuſtificetur, & ſuppleatur,& id quod eſt immoderatè factum reducatur ad modum. Bald.in d.l. maioribus per illum text.& contra diuidentē qui eſſet, vel fuiſſet, in dolo poſſet iurari in litem d.l.in actionibus.

6 ¶Diuiſio per ignorantiam † facta, cum hærede putatiuo qui non erat hæres, &,ſeu cum eo qui nullum ius habebat. non præiudicat veritati, & poteſt in totū reſcindi.infringi, ac annullari.text.in d.l.poſt diuiſionem & ibi no.Bart.Iaſ. & alij.C.de iur.& fact.ignor.& text.in l.cum putarem.ff. famil.ercif & in l.ſi ſorori.in fi.C.de collat.Socin.conſ.34. Viſo col.pen.nume.5.ver ſuccederet vol.4.& hoc procedit etiā ſi ipſa diuiſio eſſet iurata,quia obtenta habilitatione iuramēti,debet reſcindi in totum.Corn.conſ.133.In hac col. pen.num.7.ver.in hac vol.3.& procedit etiam ſi eſſet facta cū iudicis authoritate interpoſita ad ſolennizandū actum, ex quo authoritas iudicis interpoſita ad ſolennizandum actū,in contractibus,vel actibus voluntariæ iuriſdictionis, nunquam tranſit in rem iudicatam, etiam ꝙ ab ea non appelletur.Soc.d.conſ.34.Viſo col.pen.nu.6.ver.dubia vol.4. Et item procedit etiam ſi fuiſſet ſorte facta. Bal.d.l.maioribus & contra ipſum hæredē putatiuum, ſeu contra illū qui diuiſit,cū nullū ius haberet.vbi iſtud ſciebat,aut ſcire debebat,quia nec in iure,nec in facto, nullam cauſam coloratā credulitatis ſuæ ſuper valore dictæ diuiſionis deducebat,& ſic fuit in dolo malo, ſeu in mala fide à principio, vel ex poſt,& tñ noluit recedere à diuiſione relaxando bona vero hæredi,aut domino,poterit iurare in litem per verum hæredem,aut dñm ſuper eius intereſſe,ac damno, & rerū quantitate,qualitate,pretio,ac fructibus perceptis, & percipiendis l.ſed & ſi lege.§.quod ait ſenatus.& §.ꝙ autem ait ſenatus.& §.ſed & fructus.& §.qđ ſi ab initio.& §.perinde.& §. hæc verba vbi tex & Doc.ff.de pet.hær.& d.l in actionib.ff. de in lit.iur.& vide ea quæ dixi ſuprà nu.4.ver.ſi ergo.

7 ¶Fallit vbi diuiſio † facta fuiſſet per iudicem,cauſa cognita, in iudicio contradictorio, quia tunc tranſiret in rem iudicatam, niſi ab ea appellaretur, etiā ſi eſſet facta cū hærede

putatiuo,

putatiuo,ſeu cum illo qui nullum ius habebat,& ipſa diuiſio non poſſet reſcindi, nec reformari, niſi fuiſſet obtenta vigore teſtium, vel inſtrumentorum falſorum,& ita procedit tex.in d.l.cum putarem in fi.vt declarat Bald.in d.l.poſt diuiſionē & Soc.in d.conſ.34.nu.6.& tunc propter authoritatem rei iudicatæ non poſſet iurari in litē occaſione dictę diuiſionis contra hæredem putatiuum,vel contra alium diuidentem nullum ius habentem: ex quo contra rem iudicatam nemo auditur tot.tit.ff.de re iudic.l.res.ff.de reg.iur.

8 ¶Sic & inſolutum datio † iudicialis, & ſubhaſtatio iudicis, & deliberatio iudicialis,ac æſtimatio iudicis, facta à iudice, ad inſtantiam creditoris petentis contra debitorem ſibi ſatisfieri ad formam decreti Mediolani,ſub rubr.de bonis inſolutum dandis, aut ad haſtam ponendis, & ſeu ad formā, iuris cōis,vel alterius ſtatuti,ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ fuerint tranſeunt in rem iudicatam,ſicuti ſententiæ, vbi ab eis non appelletur,in tempore à iure, vel ſtatutis præfixo ad appellandum.Dec.conſ.449.Viſis col.3.num.15.ver.dicit etiam. Rom.conſ.597.Diligenter & pendente ipſo tempore ipſius appellationis proſequendæ, tempus anni conceſſum ab ipſo decreto,ad redimendū bona data inſolutum, & ſeu ſubhaſtata à iudice, & omne aliud ſimile tempus conceſſum à ſtatutis,ad luendū bona ipſa, ſtat in ſuſpenſo, & non currit tunc à die inſolutum dationis,nec ſubhaſtationis,nec à die ſcientiæ ipſius ſubhaſtationis, & inſolutum dationis, ſed à die ſententiæ latæ in cauſa appellationis confirmantis,inſolutum dationem,ſeu ſubhaſtationē,vbi contingat eam confirmari,& hoc vbi appellatio fuit colorata, & non euidenter calumnioſa pract.Papian.in for.ſent.in cauſa appel.in glo.cauſis ver.amplius quæro. Crauet.conſ.66.Nob Georgius.Sed ſi ipſa appellatio fuiſſet fruſtratoria, & ſine cauſa, aut euidenter calumnioſa, tunc ipſum tempus conceſſum ipſo decreto,aut ſtatuto ad redimendū ipſa bona, curreret non à die ſententiæ latæ in cauſa appellationis, ſed à die ſcientiæ ipſius inſolutū dationis & ſubhaſtationis.Crau.d. conſi.66.Nob.Geor.Ideo aūt dixi à die ſcientię,quia omne

9 tempus † conceſſum à iure,aut à ſtatuto ad appellandū,vel dicendū de nullitate,ſiue ſit decē dierum,ſiue quatuor,vel

aliud ſimile tẽpus currit non à die ſententiæ, nec à die ſubhaſtationis, nec i nſolutum dationis factæ à iudice, ſed à die eius ſcientiæ, & intimationis, etiam quòd ſtatutum, aut decretum, uel lex, diceret tempus ipſum currere à die ſententiæ, ſeu inſolutnm dationis, uel ſubhaſtationis, quia intelligitur copulatiuè à die ſententiæ, & inſolutum dationis, & ſubhaſtationis ſimul, & copulatiuè, & ſcientiæ ipſius ſententiæ, aut inſolutum dationis etiam ſi lex, ſtatutum, aut decretum, iſtud non diceret, quia ita debet intelligi de iure, adeo, quòd ſi centum anni eſſent elapſi, quibus ſententiæ, 8
& inſolutum datio, ac ſubhaſtatio latæ, & factæ fuiſſent, & non intimatę, nunquàm curreret dictum tempus ad appellandum, auth. hodie. ubi Bald. col. 1. uerſic. idem tamen de decem. & Sal. col. 1. quęro an à tempore ſcientię. C. de appel lat. & per Bal. in l. 2. col. fi. uer. & aduerte. & uerſi. idem dico
10 ſi ſtatutum. C. de edil. edict. Sic & tempus † quadriennij, conceſſum à iure ad petendum reſtitutionem in integrũ, non currit læſo ignoranti factum, & læſionem, etiam ſi ignoraret per centum annos, ſed ſolum incipit currere à die ſcientiæ prædictorũ. Alex conſ. 89. Viſo nu. 11. & 12. & cõſ. 169. Viſo col. fi in fi. uol. 2. Bal. l. falſi. C. ſi ex falſis inſtr. Et ꝙ ipſum quadriennium non currat niſi à die ſcientię læſionis docet Fel in c. 1. col. pen. nu. 9. ver. ad illud de præſc.

SVMMARIVM.

1 *Mandati actio eſt bonæ fidei, & in ea in litem iuratur.*

2 *Mandatarius, procurator, tutor, & ſimiles perſonæ, qui nolunt id facere, quod debent tenentur, & contra eos in litem iuratur.*

3 *Procurator, qui reuelat aduerſario ſecreta ſui clientis, tenetur de falſo, & contra eum in litem iuratur.*

4 *Procurator qui non reſtituit domino, quod reſtituere tenetur, dicitur eſſe in dolo, & contra eum in litem iuratur.*

5 *Procurator dicitur eſſe in dolo, ſi cum aduerſario colluſerit, & ad intereſſe clientis tenetur.*

6 *Procurator falſus exigens tenetur ad duplum, & de falſo, niſi dominus ratificauerit.*

7 *Procurator & ſimiles perſonæ in ſuum vſum conuertentes bona, vel*

pecuniam domini,in dolo dicuntur, & ad intereſſe tenentur.

8 *Aduocati procuratores,& qui in litibus verſantur,non poſſunt facere pactum de quota litis , aliàs eorum officio priuantur.*

9 *Pactum de quota litis quodnam dicatur.*

10 *Pactum de quota litis quando eſſe non dicatur.*

11 *Ceſſionarius agens proprio nomine an teneatur de quota litis : & quid ſi ceſſio præſumeretur ſimulata.*

12 *Pœna pacti de quota litis quæ ſit.*

13 *Pœna ſi ex ſtatuto iudicis arbitrio ſit reſeruata,de ea tanquàm de capitali eſt iudicandum,& tunc accuſatus non poteſt per procuratorem comparere,ſed perſonaliter, etiam quòd contra eum contumacem lata fuiſſet pecuniaria tantum ſententia,& ipſe vellet ad defenſiones admitti.*

14 *Procurator,tutor,& ſimiles , quibus ſunt ſcripturæ , vel iura tradita,vel mandatum vt ea conficiat ſi ea non exhibeat,dicitur in dolo.licet ea amiſiſſe iuramento allegaret.*

15 *Inſtrumenta ſemel in iudicio producens an poſſit mulcta indicta cogi iterum illa producere, ſi iuret ſe ea amiſiſſe.*

§. XVI.

1 MANDATI actio † eſt bonæ fidei.§.actionum vbi text.& Docto.inſtit.de act ergo in ea contra doloſum iuratur in litem probando intereſſe ratione ſolius doli.l.nummis. vbi gloſſ.fi.in fi.& text.in l.in actionibus.ff. de in lit.iura.l.dolus vbi gloſ.verſicu.exegerit . in fi.ff.mand.

2 ¶Ergo contra † procuratorem,ſiue mandatarium,aut ſindicum,vel tutorem,&curatorem,& ſimiles,qui nolunt perſequi actione reali,quod perſequi poſſunt , aut non exegerunt actione perſonali,quod exigere potuerunt , aut ſi nolunt ſoluere,vel ſunt in mora ſoluendi,quod exegerunt,vel qui nolunt facere id ad quod ſciunt ſe teneri, & poſſunt facere & non faciunt poterit in litem iurari per dñm,vel adultum,ſuper eius damnis,expenſis,ac intereſſe,liquidandis ex ipſo iuramento , ex quo præmiſſi facientes, vel non facientes aliquid ex prædictis, dicuntur fuiſſe in dolo tex.vbi glo. Bart.& Doct.in l.dolus.ff.mand iunct.d.l.in actionibus.

3 ¶Contra procuratorem † reuelantem aduerſario ſecreta

clientuli ſui, poteſt agi de falſo, & ipſe procurator dicitur eſſe in dolo.Barto l.1.§.is qui per illum tex.ff.de fal.Abba. & Doctor.c.cum olim.de offic.deleg.Ergo contra eum iurari poterit in litem per ipſum clientulum ſuper eius damnis, ac intereſſe d.l.in actionibus.

4 ¶In dolo † dicitur eſſe procurator, qui id, quod poteſt reſtituere, non reſtituit, vt ſi illi mandaui vt aliquid emeret, & emit,& non vult mihi reſtituere, vel noluit, ſeu neglexit emere forte: quia pecunia accepta alij ceſſit, vt emeret l.ſi procuratorem.§.dolo autem facere.ff.mandat.ergo contra eum iurari poteſt in litem per dominum, ſuper eius damnis, expenſis, ac intereſſe.text.d.l.in actionibus.

5 ¶Procurator † dicitur eſſe in dolo, & tenetur ad intereſſe domini ſi colluſerit cum aduerſario domini ſui, vel ab eo paſſus fuerit ſe corrumpi ad finem vt ipſe aduerſarius obtineat l.ſi procuratorē.in princ.ibi,ſed & ſi per colluſionē.ff. mand.l.eleganter.§.pen.ff.de dolo. Ergo cōtra ipſum procuratorē iurari poterit in litē per dominū ſuper eius intereſſe,ac damnis, & expenſis d.l.in actionibus.ff.de in lit iur.

6 ¶Falſus procurator † exigens tenetur ad duplum, & de falſo. & eſt in dolo l.falſus.C.de fur.glo.& Doct.l.ſi pupilli.§. pen.ff.de neg.geſt.& tenetur ad intereſſe. Bal.d l.1.C.cred. euict.pignor.non deb.l.ſi vni.§.vbicunq;. vbi Alex.ff.locat. Ergo contra eum poterit iurari in litem non ſolū per dñm, verū etiā per illos à quibus exegit,ſuꝑ eorū damnis,expēſis, ac intereſſe gl.fi.in fi.d.l.nummis tex d.l.in actionibus.Fallit vbi dominus ratificauit: quia cōis eſt opin.ꝙ geſta à falſo procuratore,tam reſpectu proceſſus,q̄ ſententiæ, & aliorum geſtorū,ꝙ poſſunt per dñm ratificari in fauorem falſi procuratoris. Iaſ.l.licet col.pen. verſ.breuiter.C.de procur.

7 ¶ Procurator,† & ſindicus,tutor,ac curator, conuertens in eius proprium vſum bona, vel pecuniam domini ſui, dicitur in dolo, & tenetur ad intereſſe l.idemq;.§.ſi procurator.ff.mand.Alex.l.qui negotia.ff.de neg.geſt.Pau.de Caſt. l.ſi pupilli §.ſed & ſi quis negotia.ff.de neg geſt.ergo contra eos poterit in litē iurari per dominos d.l.in actionibus.

8 ¶ Aduocati, & † procuratores, ac cauſidici, & omnes qui verſantur circa lites exercendas, nō poſſunt facere pactum

de

de quota litis,quia tale pactum eſt de iure reprobatum , & tales de iure repelluntur ab agendo , & à limine iudicij ne detur eis materia delinquendi , quia tales vellent obtinere per phas,& nephas , & ſemper vti calumnia. text.Cyn.Iaſ.& alij in l.litē.C.de procurato.Bar.l.ſumptus.ff de pact.text. l.ſi contra.C.mand.l ſi remunerādi.§.fi.ff.mand.Et priuantur ipſo iure ab eorū officio perpetuo l.ſi quia aduocatorū.C.de poſtulat.& tales facietes pactū de quota litis dicūtur facere pactū cōtra bonos mores,& rem illicitā quæ meretur reprehenſionē.text.in d l.litē.& d.l.ſi contra.& dicuntur eſſe depredatores. tex.vbi Bal not.in d.l.ſi qui aduocatorū. & facientes talia pacta dicuntur carere anima , & anhelare ad alienas facultates , & omnia mala excogitare . & ſunt in dolo.Salic.l per diuerſas. vbi Pau.de Caſt.num.2.C. mand.Ergo contra ipſos facientes pactū de quota litis, poteſt iurari in litem per partē aduerſam, quæ per ipſum iuramentū probabit eius damnū,expenſas,ac intereſſe l.nūmis. vbi gl.fi.in fi.& l.in actionib.ff.de in lit.iur.& ibi Mod.oēs.

9 ¶ Et dicitur † pactum de quota litis, quod à iure communi, & ex forma decreti Mediolani ſub tub.de pœnis.§.ſi aduocati. reprobatur,& punitur reſpectu aduocatorū , cauſidicorum, notariorum , & ſollicitatorum , ſiue paciſcantur de parte litis : puta,dimidia , vel tertia,aut quarta , vel alia minima parte litis,ſeu rerum in litem deductarum:ſiue paciſcantur,vt habeant rem particularem in litem deductam. gl.& Doct.d.l.litem.Bal.Sali.& Aret.d.l.ſi qui aduocatorū. gl.l.ſumptus.ff.de pact.& ibi Bart.& Doct ſiue etiam paciſcantur,quòd ex decem nummis qui ſunt in lite,habeant aliquam partem,gloſ.d.l ſumptus, ſiue paciſcantur de certa quantitate , vel re in caſu victoriæ,ſiue ſub conditione ſi vincant,vltra ſalarium debitum gloſ.in d l.ſumptus . & ibi Bar.per Doc.d.l.ſi qui aduocatorum. vbi reprobāt glo.ibi, Spec.ti.de ſalario.§.ſi quis ver.certum. & ibi Io.And.in addit.quæ incip.& no.Iaſ.d.l.litem.Pau.de Caſt.d.l.ſi contra. Sum.Ang.ver.aduocatus nu.15.ver.vtrū aduocatus poſſit.

10 ¶ Fallit primo , † quando fit pactum non reſpectu eius quod in litem deducitur,ſed in eo promittitur aliquid certum:puta,quantitas ſimpliciter,vel res,nō tū reſpectu eius,

quod in litem deducitur tunc valet pactum, & promiſſio ipſa, nec põt dici de quota litis, nec pro eo in litem iurari. Bar.d.l.ſumptus.in fi.l.1.& 2.C.de ſuffr.& hoc intelligo qñ ipſa promiſſio ſit pro mercede, ſiue vincatur ſiue amittat: cauſa.ſum.Ang.ver.aduoca.nu.15.ver.vtrum aduoc.poſſit.

11 ¶ Fallit ſecundo † qñ non eſſemus in aduocato, procuratore, notarijs, & ſollicitatoribus ſimplicibus, ſed in ceſſionariis, & ſic in procuratoribus in rem ſuã: quia tũc pactum de quota litis, & eius pœna, inducta de iure cõi, & ex forma eiuſdem decreti, locũ non haberet, vbi tanꝙ ceſſionarij eorũ nomine proprio palam litigarent, ex quo pacta de quota litis, reprobãtur reſpectu præmiſſorũ, vbi ſunt aduocati, procuratores, cauſidici, notarij, & ſollicitatores ſimplices, non autẽ ſi ipſi aduocati, procuratores, cauſidici, notarij, & ſollicitatores, ſint ceſſionarij, & ſic ꝓcuratores in rem ſuã: quia tunc talia pacta, & ceſſiones valerẽt, & leges cõmunes, & ipſum decretũ Medio. & eius pœna in d.§.ſi aduocati. non haberẽt locũ in eis, nec pro eis poſſet in lit. iurari, Pariſ.d.conſi.19.Cõſideratis cõiecturis nu.53.& 54.vol.3.Pau.de Caſt. d.l.per diuerſas col.1.arg.not.per gl.in d.l.ſi contra. Laudo tñ ꝙ quilibet qui velit animã ſuam ſaluã fieri, & bonũ nomen cõſeruare abſtineat ab huiuſmodi contractibus: quia ex litibus, & ceſſionibus talibus, iræ, inimicitiæ, vulnera, & aliqñ homicidia naſcuntur, & cõputatis laboribus, & expenſis nihil acquiritur, & malũ nomẽ hominis litigioſi oritur.

¶ Et quamuis iura communia, ac decreta Mediolani, prohibentia fieri pacta de quota litis, & punientia paciſcentes, locum non habeant in aduocatis, cauſidicis, ſollicitatoribus, & notarijs, & procuratoribus, qui non ſunt ſimplices, ſed in rem ſuam, & ſic ceſſionarij, vt dixi in præcedenti.ver. Fallit ſecundo. Tamen hoc procederet vbi ceſſio ualeret, & de iure non præſumeretur ſimulata: puta, quia facta eſſet in totũ titulo donationis, vel titulo venditionis, pro vero, & iuſto pretio, tunc habito manualiter, & realiter, & nõ confeſſato, ſed ſi ceſſio eſſet facta aduocato, cauſidico, procuratori, notario, & ſollicitatori, partim titulo venditionis, partim donationis, vel eſſet facta à cedente, abſque eo ꝙ appareat iuſta cauſa cedendi: puta, titulo venditionis, vel

inſolutū dationis, & de pretio habito, pro quo fit venditio & de debito pro quo fit inſolutum datio, non apparet, niſi per confeſſionē cedentis, & ceſſionarij, adeo ꝙ tunc ceſſio non valet, & præſumitur ſimulata l. per diuerſas, vbi Bar. & Sal. & l. ab Anaſtaſio, vbi tex. verſ. re ipſa perſoluit. C. mand. & eſt cōmunis opi. Rot. deciſ. 177. ſub rub. de alienatione iudicij, vel de ceſſione actionis. inci. Ceſſio in nouis. Rom. conſi. 450. Præſens. Anchar. conſi. 338. Viſa tunc etiā in aduocato, procuratore, cauſidico, notario, & ſollicitatore ceſſionariis, & in rem ſuā procuratoribus, præſumeretur facta ceſſio in redemptionē litis, & factum pactū de quota litis in fraudē d. l. ſi contra. C. mand. & in fraudē prædicti decreti Mediolani in d. §. ſi aduocati. ita dicit Paul. de Caſt. in d. l. per diuerſas nu. 1. C. mand. Et tunc cedens, & ceſſionarius puniuntur, & debitor liberabitur pro parte quantitatis donatæ, pro qua preſumitur ſimulatio Pau. de Caſt. d. l. per diuerſas col. 2. in fi. & contra eoſdē tanquā doloſos, poſſet iurari in litē, per illos, cōtra quos eſſet facta ceſſio ſuper eius damnis, intereſſe, ac expēſis d. l. in actionib. maximè cū etiā in delictis poſſit iurari in litem, Iaſ. hic in l. ſi quādo col. fi.

12 Pœna pacti † de quota litis ex forma eiuſdem decreti Mediolani, inter cæteras pœnas, eſt Pœna in perſonā arbitrio principis, vel Senatus, quo caſu nota, ꝙ in caſu dicti decreti, & in omni alio caſu, quo ex forma iuris cōmunis, vel decretorum Mediolani, vel ſtatutorū alterius ciuitatis, aut oppidi, imponitur pœna arbitraria, arbitrio principis, vel Senatus, vel iudicis cuiuſl.bet, ſiue ſimpliciter, & ſolum dicatur ꝙ pœna ſit arbitraria, ſiue dicatur ꝙ pœna ſit arbitraria in perſonam vel in pecuniam, ſiue dicatur ꝙ pœna ſit in perſonam arbitraria, etiam ꝙ pœna à principio ſit incerta: quia poſſet eſſe, vel ſolū pecuniaria, vel ſolum corpo-
13 ralis: tamen ex † quo eſt reſeruata arbitrio iudicantis, quod interim de pœna illa tanquam de pœna capitali, & corporali eſt iudicandū, & accuſatus, vel denuntiatus, aut inquiſitus de tali delicto, pro quo eſt pœna arbitraria, non poteſt comparere per procuratorē, ſed tenetur perſonaliter ſe conſtituere in carceribus, etiā ante arbitriū latum, & etiā ante pœnam arbitratam: ne iudicium reddatur deluſorium reſpectu

ſpectu pœnæ corporalis,quæ poſſet imponi, arg.l.ampliorem in fi.ca.de appel.ita dicit Ancha.conſi.262.In Chriſti nomine eiuſq; matris glorioſæ Mariæ, & beati Antonij amē,plenè & ſubtiliter & Bal.l.reos nu.12.ver.quæro quid in pœna arbitraria.C.de accuſ.& in l.fi.in fi.C.de iniu.& in l.eos.§.ſuper his num.2.verſ.extra quæro.C.de appel.

¶Et iſtud ampliatur procedere etiam ſi princeps, vel ſenatus,aut iudex, in cuius arbitrium pœna eſſet collata, contra abſentem,& contumacem , bannum,& condemnationem declaraſſet,& dediſſet ſolum in pecuniam,& talis condemnatus,& bannitus,vellet purgare contumaciam petendo ſe admitti ad nouas defenſiones : quia purgata contumacia eſt receſſum ab illo banno, & debet de delicto cognoſci,ac ſi cõtumax nõ fuiſſet,& à declaratione pœnæ pecuniariæ poteſt recedi,& in maiori,vel minori,vel etiam in perſonā reus poſtea comparens,& purgans contumaciam poſſet puniri,ex quo per talē comparitionē, bannū ipſum fuit extinctū, & tanq̃ eſſemus à principio,cauſa debet ventilari,& ſic ipſe volens admitti ad nouas defenſiones, tenetur in carceribus ſe conſtituere,prout tenebatur ante declarationē pœnę pecuniariæ, ita inquit Ancha.d.conſ.272.& ſicuti in cauſa principali quis tenetur perſonaliter comparere,& in carceribus ſeſe cõſtituere,ita etiā tenetur iſtud facere in cauſa nouæ defenſionis, & reſtitutionis in integrū, ſiue maior,ſiue minor eſſet qui vellet reſtitui in integrum, Hip.de Marſi ſing.221.inci.Reſtitutio. Bal.l.1.§.pe.in fi.ff. de poſtul.etiā ſi pœna eſſet arbitraria,D.Ant.Rub.l.pe § ad crimen nu.97.& 104 ff.de pub.iud.& iſta nota ad declarationem decreti Mediolani ſub rubr.de accuſ.§ à ſententia, & §.ſed quia aliquando,& per totum vſque ad fi.& alterius decreti Mediolani ſub rubr.de pœnis.§.eruens oculum.

14 ¶Mandatarius † procurator, tutor, ac curator & quilibet alius,cui mandatum eſt vt ſcripturam faciat, vel tranſumptum, ſeu copiā ſcripturæ expleat, ſeu cui inſtrumenta,vel iura ſunt tradita, ſi ipſas ſcripturas non exhibeat, ſeu non reſtituat, dicitur in dolo : quia ex quo ſemel fuerunt apud eum,præſumuntur adhuc extare,nec creditur eius iuramēto,quo dicat,eas amiſiſſe,niſi probet amiſſionem,& dicitur

eſſe

eſſe in dolo, eo ipſo quòd denegat exhibere rem, quam præſumitur habere, & quã tenetur exhibere l. dolus & l. ſi procuratorem. §. dolo. ff. mand. Alexan. conſ. 58. Circa primum col. 2. verſi. nam tale vol. 1. Corne. co ſi. 318 Pro vecturali. vol. 4. & cum teneatur ille cui fuit mandatũ, ſeu qui habuit ſcripturas ad exhibendum ipſas ſcripturas actione mandati, vel alia actione, non creditur eius iuramento, ꝙ eas amiſerit, ergo poteſt cõtra eum iurari in litem per dominũ, ſeu agentem ad exhibitionẽ dictarum ſcripturarum, ex cuius iuramento probabitur tenor, ac valor dictarũ ſcripturarũ, & damnum ac intereſſe agentis. Alex. d. conſi. 58. Circa primum col. 2. ver. & per prædicta & ver. nam tale & ver. vnde ſi vol. 1. text. & Doc. in l. alio iure. C. de in lit. iurand. & pro hac opin. faciunt ea quę dixi ſuprà verſi. Dicam cum Virgiliana Didone nu. 35. verſi. nec excuſantur & nu. 36. verſ. minus etiã excuſantur & ver. & minus excuſantur. Soci. conſi. 159. In præſenti. & conſi. 190. Memini vol. 2. Ancha. conſi. 316. In cauſa col. 1. in fi. Sed ſi non cõſtaret de mandato ipſo, vel eſſemus in caſu quo quis teneretur exhibere ipſam ſcripturam non iure actionis, ſed ex officio iudicis, ex edicto prætoris de edendo, ex quo oritur officium iudicis, vt not. in l. 1. C. de eden. & in l. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. de edend. Alex. d. conſi. 58. colum. 2. ver. ſed ſi eſſemus, tunc poſſet ſolo ſacramẽto probari amiſſio per illum qui dixerit ſe amiſiſſe l. fin. & ibi text. Bartol. Paul. de Caſt. & alij not. C. de fid. inſtru. Bart. d. l. ſi quis ex argentariis. §. penul. per glo. c. cum olim. el. 1. verſi. ſine reprehenſione. de priuil. Specul. titu. de inſtru. edi. §. reſtat verſ. illud quoque. Bar. l. huiuſmodi §. ſi ita. ff. de legat. 1. Alex d. verſi. ſed ſi eſſemus. tunc in caſu quo per ipſum ſacramentum, vel per alias probationes probaretur amiſſio, non poſſet iurari in litem contra ipſum qui dicit ſe eas amiſiſſe. Alex. d. conſ. 58. Circa primum col. 2. num. 6. verſ. & in caſibus vol. 1.

15 ¶ Et præmiſſa ſ credo notanda eſſe ad limitationẽ decreti Mediolani ſub rubr. de iudic. §. ſi quis in cauſa inſtrumenta. quo cauetur, ꝙ producens in cauſa inſtrumenta, vel iura, ad alterius partis inſtantiã, & cuius intereſt, cogatur, per pœnas, mulctas, ac per perſonæ detentionem, ad ea inſtrumenta,

menta,& iura, iterato, exhibendum, nam decretum ipſum videtur limitandū, vt nō procedat, quotieſcunq; pars producens iuraret ipſa inſtrumenta, vel iura ſemel producta, ſe amiſiſſe & ad iterato ea producendum, non poſſet cogi actione mandati, nec alia ſed ſolum ex officio iudicis, ex edicto prætoris de edendo. Nam tunc crederetur parti producenti ſuper amiſſione, nec poſſet tunc contra eam iurari in litem, nec agi ad pœnas eiuſdem decreti text. vbi Doct. d.l.ſi.C.de fid.inſtr. Alex. d.verſi.ſed ſi eſſemus & d.ver.& in caſibus & etiam vbi aliter quàm per iuramentū probaretur ipſa amiſſio abſque dolo facta, non poſſet iurari in litē contra amittentem, nec agi ad pœnas eiuſdem decreti, etiā ſi eſſemus in caſibus, quibus amittens teneretur ex aliqua actione mandati, vel alia ad exhibendum præmiſſa, Alex.d. ver.& in caſibus facit l.2.C.de noxa.actio.cum ibi not.per Docto.& gloſſ.verſic.non compelli.ibi, ſecundò an ſit in l. ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog.

SVMMARIVM.

1 *Actio præſcriptis verbis quo caſu dicatur eſſe bonæfidei, & pro ea in litem iurari poſſit.*

2 *Iuramentum non ſeruans efficitur infamis, & cadit ab omni commodo inſtrumenti iurati.*

3 *Permutatio quando non valere dicatur.*

§. XVII.

1 ACtio † quæ præſcriptis verbis, dicitur quando pro æſtimato competit, & quando ex permutatione do, vt des, competit, eſt actio bonæfidei. § actionum. & ibi gloſſ.& Iaſ. numer.23.inſtitut.de acti. & ſi do tibi vt des, aut do vt facias, aut facio vt des, aut facio vt facias, dicitur actio præſcriptis verbis l.naturalis.ibi, aut enim do.& per tot.titul.ff.de pręſcrip.verb.& in actione pręſcriptis verbis concluditur, ꝙ præſtetur quod eſt promiſſum, & illud quod intereſt l.ſi tibi & l. naturalis.§.1.& ibi Bar.& l.ob eā cauſam vbi Bar.ff.de pręſcript.verb.Ergo contra non ſeruantē ipſa promiſſa vbi poſſit, ſeu potuerit ea ſeruare, & nō

ſeruauit,

ſeruauit, poterit iurari in litem d.l.in actionibus.ff.de in lit.iuran.ex quo non ſeruando pacta ſeu non ſeruando fidem, vel promiſſionem, dicitur promittens eſſe in dolo l. dolus.vbi text.glo.Bart.& Doct.ff.mandat.l.1,§ eſt autem apud ff.depoſ.l.cum proponas.C. de dol.& hoc maximè
2 procedit vbi promiſſio eſſet iurata: quia pars † non ſeruas iuramentum efficeretur infamis,& eſſet in dolo,& caderet ab omni cōmodo inſtrumenti iurati,& ipſa pars teneretur ad ſeruandum illud,in partibus cōtra ſe facientibus, & teneretur ad pœnas l.ſi quis maior.C.de tranſact.ex quo d.l. ſi quis maior.habet locum nō ſolum in tranſactione iurata,verumetiam in omni alio contractu iurato,& in omnibus quibuſcunque pactis iuratis, vt eſt textus in d.l.ſi quis maior. verſicu.aduerſus pacta. & ibi not.Bart.& Iaſ.col.2. nu.11.verſi.quartò pondera.vbi Decius,Parpalia,& alij ſequuntur,per Matheſil.not.50.incip.Nota magnum In per-
3 mutatione † oportet vtriuſque rem fieri accipientis, & ſi detur res aliena mihi in permutationem,nō valet permutatio, & non agam ad illud ꝙ intererit mea rem illum alienam accepiſſe, ſed vt res mea mihi reddatur l.1.in fi.ff.de rerum permutatione. & ille qui ſcienter dedit rem alienā, ſeu beneficium non ſuum,in permutationem,dicitur fuiſſe in dolo l.idemq;,& Iulianum agitaſſe.& ibi glo.& Doct. verſi.omnimodo.ff.de actio.empti.Socin.conſi.168.In primis col.pen.verſic.ſed iterum. ibi, & eſt in dolo ex quo ſcit.& col.fin.ibi,fuit in dolo:quia ſciebat vol.2.Ergo contra eum poterit iurari in litem per alterā partem, ex cuius iuramento probabitur eius damnum, ac intereſſe glo.fin. in fi in d.l.nummis. & text.in d.l.in actionibus.ff.de in litem iurand.maximè cum permutatio ſit actio bonæ fidei d.§.actionum.vbi text.glo.& Doct.& imputatur permutanti beneficium ſuum, cum alio qui nullum ius habebat ſuper beneficio,vel habebat illud in lite, quod dabat in permutationem,quando ille qui habebat ius ſuper eius beneficio fuit in dolo, vel culpa deueniendo ad ipſam permutationē:quia ſciebat,vel ſcire,vel inueſtigare debebat.de non iure,vel de lite alterius cum quo permutabat, adeo ꝙ non valet,tunc permutatio, nec poteſt permutans eius propria

authori-

authoritate redire ad ſuum beneficium , cum ante permutationē debeat pręcedere vera & pura,& libera permutatio & inducatur in vtroq; beneficio vera vacatio ꝑ reſignationem,& eſt cõmunis opi.Soc.d.conſi.168.In primis vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Negotiorum geſtorũ actio eſt bonæ fidei,& in ea in litem iuratur.*

2 *Negotia aliena gerentes animo depredandi dicuntur in dolo, & contra eos in litem iuratur. Et quando ij dicantur animo depredandi negotia geſſiſſe.*

3 *Negotia aliena gerens ſi non facit inuentarium & librum rationum, dicitur in dolo, & contra eum in litem iurari poteſt.*

4 *Dolus & falſitas ex quibus arguatur in negotiorum geſtore.*

§. XVIII.

1 ACTIO negotiorum † geſtorũ, eſt actio bonæ fidei.§ actionum. inſtit.de actio. Ergo in ea iurari poteſt in litem,contra negotiorum geſtorem , ſiue factorem , qui ſit in dolo d.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.Soc.conſi.190.Memini vol.2. Et quãdo negotiorum geſtor teneatur vide gloſ.in l.3.§.interdũ.ff.de neg.geſt.Et vbi negotiorum geſtores nõ confecerunt lib.rationũ, vel fecerũt illum confuſè,& inordinatè , & defectiuè,vel non poſuerunt libr.rationum aliquam particulam per eos receptã ad introitum domini.dicuntur in dolo , & poteſt contra eos in litem iurari.Soc d conſi.190.Memini. & vide ea quæ dixi ſup.verſ. primò itaq; amplia.nu.85.ver.item iurari. cum ſequent.& verſic.Dicam cum Virgiliana Didone . nu.9.verſic.Contra tutorem . & nu.1 f.ver.poterit.& nu.12.verſ libri.cum ſeq.

2 ¶Negotiorum geſtor † tutor,curator, & alij gerentes negotia aliena cum animo depredandi, dicuntur in dolo , & ſi aliquid tunc expendunt etiam in vtilitatem domini , non tenetur dominus , niſi eatenus quatenus ipſe dominus ſit factus locupletior , & dicuntur geſſiſſe negotia animo depredandi ſi tempore reddendæ rationis, vel in alio tempore,aliquid ſupprimunt,vel celant , vel bona eorum domini

conuer-

conuertunt in eorum vtilitatē, vel denegant rationē redde re: ex præmiſſis.n.vel ex aliquo præmiſſorū, præſumuntur, tunc ab initio cum animo deprædandi acceſſiſſe ad admini ſtrationē, & voluiſſe adminiſtrare, & fuiſſe in dolo.text.& ibi nor.Bar.& Pau.de Caſt.in l.ſi pupilli.§.ſed & ſi quis negotia.ff.de neg.geſt.ergo tūc poterit contra eos in litē iura ri probādo, dāna, expēſas, ac intereſſe, & quātitatē rerū ſub tractarū, ſeu depredatarū ex ipſo iuramēto d.l.in actionib. & l.cum furti.ff.de in lit iur.Soc.d.cōſ.190.Memini vol.2.

3 §Geſtor negotiorū † Caſtaldus, ſiue factor, inſtitor, & ſimiles ſicuti tutor, ac curator, tenentur cōficere inuentariū ac librū rationū.Soc.conſ.190.Memini vol.2.Bal.l.cum oportet.§.non autē.C.de bon.quæ lib.per l.nulli.& ibi Doct.C. de epiſc.& cler.Spec.de inſtr.edit.§.nunc verò aliqua.ver. ſed an teneatur inuentarium.cum ſeq.Bal.authen.ſed cum teſtator. in prin.C.ad legem Falcid.& dixi ſuprà latè in materia tutelæ & curæ: Ergo ſi nō faciunt præmiſſa, dicuntur in dolo, & contra eos poterit iurari in litē.Soc.d.conſ.190. Memini vol.2.Tamen teſte Cor.in conſi.81, quanquam in hac vol.4.Negotiorum geſtor, procurator, & curator ad lites, cum non habeant officium publicum, tenentur conficere inuentarium ſolum reſpectu rerum, quæ ad eorum manus peruenerunt, & pro his quæ ad eorum manus non peruenerunt, non poteſt contra eos in litem iurari, ſi pro eis nō confecerūt inuentarium. Corn.d.conſ.81.quan quā in hac col.3.nume.3.verſ.vt voluit. Spec.in titu.de actore. ver.puberes. in fin.vol.4.Et ex quibus † arguatur dolus, &

4 falſitas in factore, ſeu negotiorum geſtore, & eius libro, adeo quòd non obſtante liberatione illi facta poſſit contra eum iurari in litem. vide Socin.d.conſi.190.

SVMMARIVM.

1 *Cōmodati actio eſt bonæ fidei, et in ea iuratur in litē cōtra doloſum.*

2 *Commodatarius ſi ad alium vſum re commodata vtatur, quàm pro quo accepit, furtum committit, fallit vt hic.*

3 *Commodans vaſa vitioſa ſcienter in dolo dicitur, & contra eum in litem iuratur.*

§. XIX.

1 COMMODATI † actio, eſt bonæ fidei.§. actionum inſtit.de actio:ergo in ea iuratur in litem contra doloſum d.l.in actionibus.ff.de in lit.iuran.tex.in l.3.§. in hac & in l.commodare.vbi Bartolus in fi.ff.commodati.

¶Iurari igitur in litem poterit per commodantẽ contra cõmodatarium,qui rem accepit in cõmodatũ,& nõ reſtituit eã dolo malo,vel quia illã alienauit,aut quia allegat ſe amiſiſſe,& nõ probat amiſſionẽ, abſque eius dolo malo factã, vel quia aliter dolo malo fuit verſatus cõmodatarius in re cõmodata:nam tunc cõtra eũ iurari poterit in litẽ etiã affectionis, ne dum veritatis per cõmodantem,ex cuius iuramento probabitur pretiũ rei ne dum commune verumetiã ſingulare ſecundũ affectionem cõmodantis,& probabuntur etiam eius damna,expenſæ,ac intereſſe contra ipſum commodatariũ tex.& ibi not Bart.& Pau.de Caſtro & alij in d.§.in hac.Bar.d.l.commodare in fin.

2 ¶Commodatarius † ſi vtatur re commodata:puta,æquo ad alium vſum,quàm ad eum pro quo accepit, vel ad alium locum,vel in longius tempus, quàm acceperit,vel ſi alij commodauerit,dicitur cõmittere furtum, & eſſe in dolo,& tenetur pœna furti.tex.in.§.furtum autẽ fit non ſolum & ibi. glo.& Doc.inſtit.de oblig.quæ ex delict.naſ.l.ſi vt certo.§. quinimo & §.denique ait.ff.commod. Ergo contra eum poterit iurari in litem per commodantem,qui ex ipſo iuramento probabit eius damnum,expenſas,ac intereſſe,& pretium rei, & deteriorationem eiuſdem rei d.§.in hac.& d.l. in actionibus. Fallit quando commodatarius præmiſſa fecit, credens dominum permiſſurum ſi intelligeret. text.in d.§.furtum autem fit.in fin.ibi placuit.

3 ¶Vaſa vitioſa † ſcienter commodans, vel locans, aut vendens, ſi infuſum vinum vel oleum, corruptũ effuſumve eſt tenetur,& dicitur in dolo.in rebus.§ itẽ qui ſciens.ff.commod.& l.Iulianus.ff.de actio.empt.Mag D.Cam.Plau.d.l.1. glo.verſ.etiam ex lucro.nu.50.& 51.& 52.& 53.C.de ſent. quæ pro eo,& idem vbi aliquis ſcienter ſeruum furem, aut

animal

animal morboſum commodauit, vel locauit, ſeu vendidit, aut pignori dedit, ſeu depoſuit: quia dicitur eſſe in dolo, & tenetur l. penul. in fi. ff. commod. & l. ſi ſeruus ff. de pigno. actio. Ergo poteſt contra eum in quolibet ex prædictis caſibus iurari in litem probãdo damna, expẽſas ac intereſſe. ex ipſo iuramento tex. in d. §. in hac. & in l. ſi fundus. § in vendicatione. ff. de pignor. & gloſſ. in d. l. nummis in fin. & tex. in d. l. in actionibus. ff de in litem iura iunctis not. per Do. Cam. Plautium in d l 1. d. nu. 50. & 51. cum ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Iuratur in litẽ veritatis tam in actionibus bonæ fidei directis, q̃ contrarijs. Et quod de iuramento affectionis ſit, ſi in eo affectio cadit.*

2 *Diſpoſitio facta ſuper actione directa, vbi eſt eadem ratio, habet locum in actione contraria.*

3 *Debitor ſi pignus habuit à creditore, & illud creditori non reſtituit, poterit per creditorem in litem iurari.*

§. XX.

VNDECIMO principaliter amplia iſtam l. ſi quando & d c. fin. ac d. l. in actionibus & d. l. nummis & alia iura ſimilia, quibus cauetur ob dolum rei conuenti ex iuramento actoris, quòd ſit in litem veritatis probari res amiſſas, carũ qualitatem, quantitatem & æſtimationem, damna, ac intereſſe, amplia(in-
1 quam) procedere † non ſolum in contractibus, & actionibus bonæ fidei directis de quibus ſupra, verumetiam in actionibus bonæ fidei contrariis, vbi agatur de fide rupta, vel dolo, malo, ſeu mora doloſa: quia tunc etiam in actionibus bonæ fidei contrarijs poterit iurari in litem veritatis ad probandum præmiſſa, & eſt communis opinio. Alexan. d. l. in actionibus col. 2. verſic. in gloſſ. in verſic. bonæ fidei. & ibi Pau. de Caſtr. col. 3. verſic. tertio quòd ſit vbi etiam Iaſ. col. 4. num. 20. verſi. in gloſ. & hæc eſt communis opinio, vt dicit ibidem Aret. col. 2. nume. 7. uerſic. circa primum & Dec. col. 5. uerſ. in glo. in uerbo bonæ fidei. ff. de in

lit.iur.& cõmunẽ opinionẽ ſic eſſe atteſtatur D.Nicol. Bellonus præceptor meus, anno.1553.defunctus, in ſuo libr.2. ſupputationum iuris c.14.incip.Lex ei; & idem dixit Alex. conſi.214.Quando. vbi etiã D.Carol.Molinæus in apoſtil. vol.7 glo.l.ſi pignore.§.ſi poſt diſtractum ff.de pign.actio. quam ſequitur Io.de Imol in l.infamem col.1.verſ.in glo. importat ff de pub.iud.& videtur text.arguendo à contrario ſenſu in l.ei, apud quem.& ibi not.Bar.& Pau.de Caſt.ff. depoſiti. ſiue enim actio ſit directa, ſiue contraria videtur idem iudicium vbi ſit dolus reſpectu iuramenti in litem veritatis præſtandi loco probationis, cum vtraque actio ſit bonæ fidei.§ actionum inſtit.de actio.& vtraque ſit principalis l.in commodato.§.1.ff.commod.& in vtraque admittatur compenſatio l.in rebus.§.quod autẽ.ff.de compen D. Bellonus d.c.14. Doct l.in actionib.ff.de in lit.iur.& vtraq; infamet vbi ſit perfidia glo.d § ſi poſt.Io.de Imo.d.l.infamem. Doct.d.l.ei. Vbi tñ in actione contraria ageretur de indemnitate, id eſt, de intereſſe, & cõmodo pecuniario: puta, reſpectu expenſarum factarum in re commodata, depoſita, aut pignorata, non poſſet tunc iurari in litem de affectione, etiã ſi ageretur de perfidia, ſed deberet iurari in litẽ veritatis, ex quo in nũmis, & expenſis nõ cadit affectio, adeò ꝙ pro eis etiã in actionibus bonæ fidei directis, nõ põt iurari in litẽ affectionis, ſed debet pro eis iurari in litem veritatis. Ergo ẽt in actionibus bonæ fidei contrarijs pro expenſis, & nummis, non poſſet iurari ex iuramento in litẽ affectionis, ſed veritatis, prout fit in actionibus bonæ fidei directis, Bar.l.nummis. in 1.op.& l.in actionibus col.1.& 2.ff.de in lit.iur. D.Nic. Bello.d.c.14. Sed ſi natura rei petitę ex actionibus bonę fidei cõtrarijs, vel ex aliqua ex ipſis, eſſet talis in qua caderet affectio puta, domus, fundus, liber, vel aliud ſimile, tũc in ipſis actionibus bonæ fidei contrarijs, & in qualibet ex ipſis, vbi militaret eadem ratio doli, aut perfidię, ſeu moræ doloſæ, poſſet iurari in litem, & affectionis, & veritatis, cõtra doloſum aut perfidum, ſeu dolo malo moroſum, in omnibus prout poſſet in actionibus bonæ fidei directis. Pau.de Caſt d.l in actionibus col.3.verſ.tertiò, ꝙ ſit, & ibi Mod. quia vbi militat eadẽ ratio, contrariorũ eadẽ eſt diſci-

plina & diſpoſitio; adeò quod diſpoſitũ in vno cenſetur eſſe diſpoſitũ in alio gl. cle. fi. ver. repulſione de appel. Rip. in rub. ff. de acquir. poſſ. nu. 4. ver. ſecunda regula & diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur etiã eſſe diſpoſitũ in alio Bar. l. 1. C. de Cupreſ. lib. 10. Iaſ. & Doct. l. fi. C. de indict. vid. tol.
2 ¶ Et diſpoſitio † facta ſuper actione directa. vbicunque eſt eadem ratio, habet locum in actione contraria. Aret. d. ver. circa primum in fi. tex. in l ſeruus. §. quod verò. ff de fur. Ergo decreta Mediolani ſub rub. de bonis inſolutum dandis. §. caſus & ſub rub. de prohibit. & conceſſis execu. §. colloni quibus cauetur, pro debitis ibi expreſſis: puta, depoſiti, ficti adiutorij, maſſaritij, pretij rei venditę, ſocietatis animaliũ, & ſimiliũ, poſſe debitorem carceri mancipari, & cum nõ poſſe bonis cedere, nec dare bona inſolutũ, locũ habebunt (inquam) ipſa decreta, etiam in actionibus contrariis, & caſibus contrariis, & econuerſis ipſorũ decretorum, vt nõ poſſit cedi bonis, nec dare bona inſolutum, ſed debitor debeat carceri mancipari, vbi in eis militaret eadem ratio, & ſic debitum non ſolueretur, aut promiſſa non ſeruarentur: puta, ſi res vendita nõ traderetur, aut dominus adiutoriũ maſſaritij promiſſum, aut conuenta non præſtaret, nec ſeruaret, vel expenſas in depoſita ſui voluntate factas non ſolueret. text. d. §. quòd verò. Areti. d. verſi. circa primũ in fi. maximè ratione correlatiuorum. Iaſ. l. fi. C. de ind. vid. tol. & vt ſeruetur æqualitas l. fi. C. de fruc. & li. exp ca. in iudiciis & c. non licèt de reg. iur. in 6. l. non debet. ff. de reg. iur. Et ſtante ſtatuto, quod acquiſita per vnum fratrem, ſint cõmunia cum altero fratre ſtante in cõmunione, licèt ſtatutum non dicat, quod etiam debita ſint cõmunia, tñ ſtatutum ipſum cenſetur etiã diſponere, quòd debita contracta per vnũ fratrem, ſint communia cum altero fratre ſtante in communione. Ripa in d. rub. ff de acquir. poſſeſ. col. 2. ver. tertiò infertur facit l. omne æs alienũ. ff. pro ſocio. Et ſicuti acquiſitas per vnũ ex fratribus, aut ſociis, dolo malo, vel ex latrocinio, vigore dicti ſtatuti vel ſocietatis etiã omnium bonorum contractæ, nõ cenſentur cõia alteri fratri, aut ſocio l. cæteræ. ff. famil. erciſcund. ita etiã debito contracta dolo malo, & abſque cauſa, & per laſciuiam per vnũ ex fratribus, aut ſociis, non erunt

cõmunia alteri frau.i,nec ſocio,rigore eiuſdem ſtatuti,nec dictæ ſocietatis: quia in omni diſpoſitione, dolus malus ſemper intelligitur exceptus. tex.gl.& Doc.in l.quidã dece dens.ff.de adminiſt.tuto.l.tres fratres, vbi tex.& Doc.ff.de pact.factt.tot.tit ff.de his quæ in frau.cred.Ergo vbi militabit eadem ratio doli, vel perfidiæ, aut moræ doloſæ in actionibus bonę fidei contrariis,poterit in eis iurari in litẽ affectionis,& veritatis in omnibus prout poſſet in actionibus bonæ fidei directis.& hæc eſt communis opi.vt dicunt Doc.per me relati.ſuprà nu.1.ver.vndecimo principaliter. ¶Exempla autem quibus etiam in actionibus bonæ fidei contrariis poſſit iurari in litem. vide ſuprà.verſ.præcedenti.nu.3.&.§.hypothecaria actio.nume.3.& 4.& num.10.& num.12.Neguſan.tract.de pig.& hyp.3.mem.7.part.prin. num 18.& 19.& 22.verſic.tertio competit cum ſequen.

2 ¶Si debitor † pignus habuit à creditore, & illud creditori non reſtituit;poterit per creditorem in litem iurari in hoc contrario iudicio contra ipſum debitorem ſuper damnis, expenſis,ac intereſſe creditoris.tex.cum glo.in l.pignore.§. ſi poſt diſtractum. & ibi Bart.Pau.de Caſtr.& Sal.ff.de pig. act.Neguſantius d.verſic.tertio competit.

SVMMARIVM.

1 *Mandans emi rem, ſi eam non recipiat, dicitur in dolo & contra eum actio mandati contraria competit.*

2 *Expendens pro alio de eius voluntate expenſas recuperat.*

§. XXI.

1 MANDANS emi † aliquã rem: puta equos, vel quidpiam aliud,ſi rem ad formã mandati emptam, non recipiat dicitur in dolo, & fidem rumpere,& cõpetit actio mandati con traria mandatario;contra mandantẽ;vt rem emptam accipiat.tex.& Doc.in l ſi vero non remunerandi.§.ſi mihi mandaueris.ff.man.Ergo contra ipſum mandantem iurari tunc poterit in litem per mandatarium ſuper eius intereſſe in ipſa actione contraria.gl.& Doct.d.§.ſi poſt diſtractum . text.à contrario ſenſu . in l.ei

apud

apud quem.ff depoſi.& dixi ſuprà.verſ.præcedenti.in prin. verſic.vndecimo principaliter.

2 ¶Et vbi mandatarius,† ſeu creditor, vel depoſitarius, ſiue cuſtos, aut tutor,vel curator, ſiue negotiorum geſtor, ex voluntate Domini expreſſa,vel tacita,aut bonafide, etiam Domino inſcio aliquid ſoluit, vel expendidit de ſuo pro Domino, competit eis contrariũ iudicium mandati pignoratitiæ,depoſiti, tutelæ,ac curæ,& negotiorum geſtorum, ad repetendum præmiſſa contra Dominũ.tex.in d.§.ſi mihi mandaueris.& in l.1.& per tot.titu.ff.de cont & vti.act. tut.Neguſantius.in d.3.mem.7.par.prin.nu.13.& 14.cum ſequ.Et ſi recuſat Dominus ſoluere expenſas factas de eius voluntate,dicitur fidem rumpere:ergo contra eum poterit per præmiſſos iurari in litẽ veritatis ſuꝑ ipſis expenſis damnis,ac intereſſe etiã extrinſeco, paſſo, & patiendo per præmiſſos, qđ eis debetur.tex d.§.ſi mihi mandaueris.iunct.l. nummis.ff.de in lit.iur.vbi tex.& gl.fi.in fi.& tex.arguẽdo à cõtrario ſenſu.in d.l.ei apud quẽ.ff.depoſi.& ibi no.Doc. gl.d.§.ſi poſt diſtractum.Et vbi Dñs redditis ſibi rationibus erit in mora ſoluẽdi expenſas prædictas bona fide factas in eius vtilitatẽ,etiã abſque eius voluntate, tenebitur Dñs ad intereſſe etiã extrinſecũ præmiſſorũ.tex.in d.§.ſi mihi mandaueris.& in d.l.nummis.& tũc ꝓpter morã Dñi in ſoluendo ipſas expenſas, poſſet per præmiſſos iurari in litẽ vbi ſit mora doloſa,& abſque cauſa.tex.in d.l.in actionibus.ibi,veluti ſi ꝓmiſſor Stichi morã fecerit.& ibi not.D.Fran.Duar. in glo.ver.veluti nu.49.ibi, dolũ aũt ff.de in lit.iur.Pau.de Caſt.d l.nummis col.fi.in fi.nu.8.ver.item quęrit,ibi.cõtra doloſum,vel moroſum. & ibidẽ.Bal.col fi.in prin.ibi.idem tũ vbi locus, ibi. hoc intereſſe põt probari per ſacramentũ contra moroſum.ff.de in lit.iur.Et ad præmiſſa faciunt ea quæ dixi.ſup.in.§.in depoſiti etiã actione nu.25.& in.§.hypothecaria actio.nu.6.adde etiã. & nu.7.ver.alterius ſcias. Et circa intereſſe extrinſecũ,quod prǽmiſſi petere poſſunt, vbi eis non ſoluantur expenſæ per eos factæ, ſeu pecuniæ per eos bona fide ſolutæ pro eorum Domino, vel principali.vide pulchrum text.in d.§.ſi mihi mandaueris. & vide ea quæ dixi.ſuprà.in.§.præced.num.1.verſic.11.princ.

SVMMARIVM.

1 *Iuratur in litem in actionibus bonæfidei directis & contrarijs ob ſolum dolum, licet non ſit difficultas probationis.*

2 *Iuratur in litem in actionibus bonæfidei, ſiue dolus commiſſus fuerit per eum à principio obligationis, ſiue ex poſt facto.*

3 *Contractus aliàs ſtricti iuris, cùm principe initi, bonæfidei efficiuntur, & in cauſis ob ſolum dolum iurari in litem poteſt.*

4 *Contractus omnes de iure canonico ſunt bonæfidei, & ideo in omnibus in terris Eccleſiæ, poteſt in litem iurari contra doloſum.*

5 *Arbitrarijs in actionibus an poſſit in litem iurari.*

6 *Arbitraria actio q̃ dicatur: vt in ea poſſit iuramentũ in litẽ deferri.*

7 *Iudicis contemptus in omni materia, reddit actionem arbitrariam & iudex poteſt deferre iuramentum in litem tam veritatis, quam affectionis, concurrentibus requiſitis.*

8 *Confinia niſi pars nõ patitur, iuramentũ veritatis in litẽ pſtari põt.*

§. XXII.

1 DVODECIMÒ principaliter † amplia, vt poſſit iurari in litẽ in cõtractibus, & actionibus bonæ fidei tam directis, q̃ contrariis, etiã ſi difficultas probationis nulla eſſet, ſed ſufficit dolus ſolus rei cõuẽti, vt in iſtis poſſit iurari in litem, & hoc eſt ſpeciale in iſtis actionib. bonæ fidei, tam directis, q̃ cõtrariis, vt ob ſolũ dolum poſſit iurari in litem, licet non ſit difficultas probationis, quãuis in aliis caſib. & actionib. duo copulatiuẽ requirant, vt poſſit iurari in litẽ, ſcilicet dolus rei cõuenti, & difficultas probationis. Iaſ. d. l. in actionibus nu 39. ver. venio nunc & nu. 40. ver. limita prædictam. pract. Papien. in for. lib. in actione reali in glo. & in Florenis nu. 28. ver. nũc tranſitũ l. cũ furti. vbi Bart. Paul. de Caſt. & Doc. ff. de in lit. iurand. Do. Hier. Cag. l. 1. nu. 126. ver. circa tertiã & ibi Bar. & Sal. col. 12. Alex. d. l. in actionibus col. 5. ver ex quo habetis, ibi videtur tamen. vbi etiam Mart. Sil. & Fulgo. per text. in l. nummis in fin. & ibi not. Doc. omnes. ff. de in lit iurãd.

2 ¶ Tertiodecimò † principaliter amplia iſtam l. ſi quando. C. vnde vi. & d. cã. fin. quod met. cauſ. & d. l. nummis & d. l. in actionibus, vt poſſit iurari in litem: in actionibus bonæfi-

dei,tam directis,quàm contrarijs,& in caſibus dictorum iurium, ſiue dolus fuerit cõmiſſus per reum conuentũ à principio obligationis contractæ; vel ex poſt facto: quia fuit in mora reſtituendi,& ſiue ſit dolus nõ parendo iudici,vel parti,ſiue alius dolius qui nõ cõſiſtat in non parẽdo iudici,ſed in alio, & ſic ſit alius dolus, quia põt iurari in litem in iſtis actionibus bonæ fidei, & in caſibus dictorũ iurium, ſuper damnis & intereſſe Bar.d.l.in actionibus col.fin.nu.22.ibi, in eo,qđ dicit dolus rei nõ curo & ibidẽ Dec.col.pe.nu.29. ver.ſucceſſiuè Bar.pract.Papien.d.ver.nũc tranſitũ. ibi,nec attenditur in hoc.Pau.de Caſt.d.l.cum furti.circa fi.D.Car. Molin.in apoſtil.ad Alexan.in d.conſ.214.Quando vol.7. Et iſtud idẽ ſentit Mag.D.Aegid.Boſſius in tit.de rapinis. Cor.conſ.318.Pro vecturali.col.fi.nu.7.ver.ſed imminebit vol.4.D.Hier.Cag.in l.1 nu.126.verſ.circa tertiã & ibi Bar. & Sali.col.12.& Mod.C.de ſen.quæ pro eo, quod int prof.

3 Quartodecimò principaliter † amplia præmiſſa procedere in omni contractu, & in omnibus pactis etiam alias ſtricti iuris,factis cum principe,vel coram principe,aut cum republica,quia efficiuntur bonæfidei,& in eis ob ſolum dolum, poteſt iurari in litem,tam veritatis, quàm affectionis etiam ſi non eſſet difficultas probationis ſicuti in contractibus bonæfidei.Bald.tit.de pace conſtan.§.ſi quia vero.Iaſ.l.ciuitas.nu.8.ver.item attende.ff.ſi cer.pet.Fir.repet.ver.contractus bonæfidei. ibi, contractus principis.& ibi, contractus coram principe.Cot.mem.verſi.contractus factus iunctis not per Doct.d.l.in actionibus.

4 ¶Quintodecimò † amplientur præmiſſa, quòd cũ de iure canonico omnes contractus mundi etiam ſtricti iuris ſint bonæ fidei Bal.ca.1.in fi.ver.ego puto.de plus petit.Cep.& Doct c.cum venerabilis de except.Firmi.repeit.ver.cõtractus bonæ fidei,quòd cũ in terris Eccleſiæ in quibus attendi debet ius canonicum, & etiam in terris Imperij quo ad perſonas eccleſiaſticas, ꝙ in omnibus contractibus etiam alias ſtricti iuris,poſſit iurari in litem contra doloſum,tam veritatis,ꝗ affectionis, etiã ſi nõ eſſet difficultas ꝓbationis ex quo de iure canonico reputantur oẽs contractus bonæ fidei.& ad hoc accedant ea quæ dixi ſuprà num. 1. verſi.12.

principa-

principaliter. facit: .fuerat.inſtit.de act.& l.1.ff.de leg.1.
5 ¶Sextodecimò † præmiſſa amplientur, vt in oībus action. arbitrariis,licèt oēs actiones arbitrariæ ſint ſtricti iuris,poſſit iurari in litē,ob dolum rei cōuenti, vel eius perfidiā,aut morā doloſam,tam reſpectu iuramēti ī litē veritatis, q̄ affectionis:ſicuti pōt in action.bonæ fidei.Bar.d.l.in actionib. col.2.nu.9.ver.tertiò habet locū in arbitrariis.& ibid.Alb. de Roſ.in prin.& Iaſ.col.1.& 2.& Aret.in princ.Dec.col.2. ver.quādoq; tñ.& Pau.de Caſt.nu.2.& 3.& alij Doc.p̱ tex. & gl.ibi ff.de in lit.iur.Bar.l.1.col.9.nu.32.ver Et ēt certū intereſſe ſingulare.& hic aduertendū. & ibi Dec.in vlt.lec. nu.69.ver.in gl.ibi in arbitrariis.& n.84.ver.in gl.ibi ſingulare.& Cag.nu.126.ver.circa tertiā.& ibi alij Mod.C.de ſen. quę pro eo,qđ int.prof.Iaſ.in.§.prętereà quaſdā n.24.ver. pro declaratione.& ibi Io.Fab.& Ang.Aret.inſt.de act.Bar. l.hoc edicto.col.1.ibi.qñq; arbitrariæ ī taxādo quātitatē.ff. de pub.Et qū actiones dicanť arbitrariæ vide tex.in d §.p̄tereà.& ibi Iaſ.& Doc.& p̱ Bar.& Iaſ.ī d l.ī actionib.vbi Bar. co.2.n.10.ver.ego do.& ibi.Iaſ.col.1.& 2.Bar.d.l.hoc edicto
6 ¶Et inter cætera † ſcito vnum,quod eſt valde notabile,ꝙ regula eſt.ꝙ omnis actio de mundo in qua res non reſtituitur ad mandatū iudicis,ſeu ſecundū præceptū iudicis, dicitur arbitraria actio,vt iudex habeat poteſtatē deferendi iuramentum in litem affectionis,& veritatis reſpectiuè ſuper re,& pretio rei,fructibus, damnis,ac intereſſe, & expenſis, ſiue ſit actio ſtricti iuris perſonalis, ſiue in rem ,ſiue quæcunq; alia actio, vel interdictū,& ab hac reg.nōn excipitur aliqua actio. ita dicit Bar.d.l.in actionibus col.2.num.10. ver.ego do vnā reg.& ibi Iaſ.col.2.ver.aliquādo & tertio. & Dec.col.2.in fi.ver.quādoq; tamē etiā.& ibi alij Doc.ff. de in lit.iur Iaſ.in d.§.præterea quaſdā nu.24.verſ.pro declaratione. inſtit.de actio.Bar.l.ſi cum dos.§.1.ff.re.amo. Io.de Imol.l.Neſennius §.1.col fin.ff.de re iudic.Ang.Arc. & Io Fab.col.3.ver.nunquid oēs actiones in d §.prætereà quaſdam.& eſt text.in l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.& ibi not.Doc.Et p̄dicta reg.& opi.eſt cōmuniter probata.Alex. d.l.in actionibus col.3.verſ.prætereà etiā ſecundū Bart.eſt arbitraria.quia &c.Et præmiſſa reg.procedit, ſine dubio in
actionibus

actionibus ſtricti iuris in rem, & eodē modo in ipſis actio nibus ſtricti iuris arbitrariis pſonalibus, in quibus veniat, vt res reſtituatur, ſiue vt res tradatur cū habeat ſimilitudinē cū iudicio rei reſtituēdæ ſiue agatur vt res præſtetur. Iaſ. d.§. pterea quaſdā nu. 25. in fi. ver. Ego addo. Si autē veniat rem dari in actione ſtricti iuris, tunc licèt quis ſit à iudice iuſſus rem dari, & nō dederit, pp hoc nō deferē iuramentū in litē quia qn̄ nō datur, & ſic dominiū nō transfertur, qđ dari debuit, nō dicitur cōmitti tanta perfidia, quāta cōmittitur qn̄ nō reſtituitur, ꝙ reſtitui debet. facit l. 2. §. 1. ff. de in lit. iur. & l. ſi is apud quē. ff depoſ. ita dicit Iaſ. in d. §. ptereà quaſdā nu. 25. in fin. ver. Ego addo ad iſtā. vbi alleg. Pau. de Caſt. d. l. in actionibus. & Ang. Are. in d. §. præterea quaſdā col. antep. Iaſ. d. l. in actionibus col. 2. verſ. & circa, ibi ſecus tamen eſſet ſi ad dandū. limita tū vt infra nu. 8. verſi. vnde.

¶Fallit in actionib. ſtricti iuris arbitrariis rōne loci. de quibus in tit ff. de eo, ꝙ cert. loc. puta, ſi ex actione ſtricti iuris promiſi ſoluere centū Romæ, & nō ſoluā, nam tūc intereſſe debet probari p teſtes. & non per iuramentū in litē. Pau. de Caſt. d. l. in actionibus col. 2. verſ. ſi autē rōne loci. & ibi Iaſ. col. 1. ver. & pro nunc. & ver. declaro, In actione tū arbitraria rōne loci, vel tpis, vbi aliàs eſſet bonæ fidei pbaretur intereſſe p ſolū iuramētū cōtra doloſū: aut moroſ d l. nūmis.

¶Fallit etiam vbi iuſſus à iudice nō poteſt tradere, nec reſtituere, nec exhibere rem, nec dolo deſijt poſſe facere premiſſa, quia tunc etiā in arbitrariis nō poteſt iurari in litem. Iaſ. d. l. in actionibus col. 2. nu. 9. verſ. ſed tu generalius dic. ibi, intelligo ſemper. & ibi, ſecundò, quòd iuſſus. tex. in d. l. qui reſtituere. ibi, ſi verò non poteſt reſtituere. ff. de rei vendi.

7 ¶Et ſaluis præmiſſis † generalius loquendo etiam ſi non ageretur ad reſtituendū, vel tradendū, vel ſimile, pro quo vt ſuprà dixi, poteſt iurari in litem, dic, quòd vbicunque pars non obtemperat iudici contumaciter, & doloſè, iſte cōtemptus in omni materia propter contemptū in non parendo iudici, nō habendo reſpectum amagatur ad reſtituendum, reddit actionem arbitrariam, & facit ꝙ iudex contra naturam actionis poſſit deferre iuramentum in litem non ſolum veritatis, verum etiam affectionis concurrentibus tamen

men requiſitis, videlicèt. Primò quòd illa actio competat ad tradendum, vel reſtituendum, vel ad exhibendum. & iudex iubeat rem reſtitui, tradi, vel exhiberi Secundo q̃ iuſſus à iudice poſſit tradere, reſtituere, vel exhibere, vel q̃. dolo deſierit poſſe. Tertiò q̃ pars petat ſibi deferri iſtud iuramentum. Iaſ. d. l. in actionibus col. 2. nu. 9. verſ. ſed tu generalius text. vbi Doct. in d. l. qui reſtituere. ff. de rei vend.

8 ¶Vnde ſi pars † non patitur poni confinia, vel arborem, aut ædificia ſcita in confinibus, non deſtruxerit ſecundum q̃ iudex præcepit, poteſt deferri iuramentum in litem veritatis, vel de actione glo. l. 3. §. ſed & ſi vbi Bar. ff. fin. reg. Iaſ. d. verſic. ſed tu generalius in fin. ibi, ideò ſi pars, & ideò vbi ex actione ſtricti iuris agatur ad dandum, & poſſit dari, & non detur prout iudex iuſſerit, credo poſſe iurari in litem nedum veritatis, ſed etiam affectionis propter contemptam maieſtatem prætoris in non petendo illi. Iaſ. d. verſic. ſed tu generalius, tex. d. l. qui reſtituere in fin. & ita limita ea quæ ſuprà dixi. num. 6. verſic. & inter. in fin. ibi, Si autem veniat rem dari, cætera in materia arbitrariæ actionis dic vt per Bar. Pau. de Caſt. Iaſ. & alios d. l. in actionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Iurari in litem poteſt in actione ad exhibendum.*

2 *Actio ad exhibendum cui competat, & ad quid.*

3 *Dominium vel poſſeſſionem prætendens, in inſtrumentis, vel ſcripturis poteſt agere ad exhibendum.*

4 *Inſtrumentorum alienorum raptor criminaliter tenetur & etiam ciuiliter ad exhibendum & contra eum iurari in litem poteſt.*

5 *Titulus ad exhibendum, & titulus de edendo, vter ſit ſuperuacuus & correctus.*

§. XXIII.

1 DECIMOSEPTIMO † principaliter amplia, quòd etiam in actionibus ad exhibendum, poteſt iurari in litem nedum veritatis, verum etiam affectionis. text. in dic l. in actionibus l. 3 § præterea in hac actione. ff. ad exhiben. l. non ignorabit. C. ad exhiben. Et ideò ſi reus ſit contumax ad exhibendum, debebit condemnari prout actor

in litem iurauerit contra ipſum reum, iudice tamen quan titatem taxante text.in d §.præterea in hac actione. Iaſ.d. verſ.ſed tu generalius.

2 ¶Actio autem † ad exhibendum competit cuicunq; actori volenti agere rei vendicatione, vel alia quaibet actione reali, maximè ad rem mobilem, vel ſe mouentem, vt res per reum conuentum exhibeatur in publicum, ad hoc vt poſſit recognoſci per teſtes actoris, & generaliter competit, vbicunque actoris intereſt rem exhiberi in publicum: puta, ſi actori competit electio plurium rerũ, & petat eas exhiberi vt eligat, & iudex delato iuramento actori, q̃ ſua intetſit res exhiberi, & q̃ non petit rem exhiberi animo calumniandi, coget reum ad exhibendum ipſas res etiã alia probatione dominij. vel iuris actoris, vel petentis exhiberi, non facta l. 1. & l. 2. & l. 3 per totũ. maximè in. §. ſciendũ eſt. & ibi, gl. & l. theſaurus. ff ad exhibendum §. præterea quaſdã. inſtit. de actio. & ſi non pareatur iudici in exhibendo poterit per actorẽ, vel per petentẽ exhiberi iurari in litem non ſolũ veritatis, verũ etiã affectionis. text. d. l. in actionibus. & in d. §. præterea in hac actione. & in l. non ignorabit. C ad exhib. ¶Et cum ob dolũ rei conuenti iuſſi à iudice exhibere rem, vbi illam non exhibeat, quia illam tradidit alteri poſt petitionẽ exhibitionis, vel quia nolit exhibere, probatio actoris reddatur difficilis: quia re non exhibita, non poteſt res per teſtes actoris, vel alias probationes recognoſci, poterit iurari in litem contra ipſum reum conuentũ contumacem in non exhibendo rem, ex cuius iuramento probabitur dominium, ac ius actoris, vel petentis rem exhiberi, ſuper illa re, & omne eius damnũ, ac intereſſe. ita dicit Abba. conſ. 109. In Chriſti nomine amen. circa factum col. fi. ver. ad tertiũ. ibi, quandoq; defertur propter contumaciam, & ibi, quandoque defertur in locum probationis. & verſ. itaq; in propoſito vol. 2. vbi alle. d. l. 3. § præterea in hac. ff. ad exhi. Iaſ. d. l. in actionibus col. 4. num. 17. ver. 4. not. in verſ. plane.

3 ¶Prætendens in charta † vel papyro, aut membrana, priuilegiis, vel libro, aut inſtrumentis, vel libro rationum, vel alijs ſcripturis, ius dominij, vel poſſeſſionis poteſt agere ad exhibendum, cõtra illum qui probatur præmiſſa habuiſſe,

tempore

tempore litis conteſtatæ, vel poſteà, vel ante quandocunq; ex quò præſumitur ea etiam nunc habere, qui ſi ea non exhibeat eidē prætendenti præmiſſa poterit contra eum in litem iurari per ipſum prætendentē, & agentē ad ipſam exhibitionē, ex cuius iuramento, probabitur tenor, ac valor ipſorum inſtrumentorum ſeu ſcripturarū, & eius damnū, ac intereſſe text. & ibi glo. Bal. Salic. & alij in l. non ignorabit. C. ad exhibendum l. alio iure. C. de in lit. iur. Et contra † raptorem alienorum inſtrumentorū, ſeu ſcripturarum poteſt criminaliter agi, & etiā ciuiliter ad exhibendū, & contra eum in litem iurari, vt ſuprà l. inſtrumenta vbi text. & gloſ. verb. experiere. C. ad exhib. l. cum furti. ff. de in lit. iuran. d. l. non ignorabit facit l. quædā vbi text. gloſ. & Doct. in prin. ff. de edend. iuncta l. alio iure. C. de in lit. iurand. Et licèt pro rebus etiam alienis poſſit agi ad exhibendū, vbi interſit actoris tamen eſt ſpeciale in chartis, vt pro eis non poſſit agi ad exhibendū niſi per prætendentē ius dominij, aut poſſeſſionis, ne † confundatur titu. ff. & C. de edend. & ſeu ne ipſe titulus ſuperuacuus ſit. Sali. in d. l. inſtrumēta per tex. in d. l. 3. §. ſi quis. & §. interdum ff. ad exhib. Qui tamē titulus. ff. & C. de eden. videtur hodie cōfundi, etiā corrigi in totum, in vno caſu videlicet per poſitiones, quibus per partem cui fiunt debet de iure, vt ex generali cōſuetudine reſponderi, & ſic hoc modo extorquentur probationes de domo rei contra mentem tituli. ff. & C. de edend. maximè in l nimis graue. C. de edend. & hoc per c. 1. & 2 de confeſ. in 6. & l. 2. vbi gl. verſ. credit. C. de iur. prop. cal. Et ita me audiēte dum ſtuderem Patauij, anno Chriſti. 1539. dicebat reſpectu ipſius tituli. ff. & C. de eden. quòd eſſet correctus, & ſuperuacuus, dominus Ant. Rub. præceptor meus, Do. Fran. Cur. præceptorem ſuum, publicè diſputaſſe coram Illuſtriſſ. Fran. Sfortia, Vicecomite, Secundo Mediolani Duce.

4 (margin, beside "ad exhibendum l. alio iure")

SVMMARIVM.

1 *Iuratur in litem ratione doli, aut contumaciæ non reſtituentis in omnibus actionibus realibus.*

2 *Iuramentum in litem de affectione non habet locum in actionibus in rem,*

in rem, niſi quando efficiuntur arbitrariæ ratione contemptus præceptis iudicis.

3 *Actio reali in rem ſcripta pro ſeruitute con petit, & in ea in litem iuratur.*

4 *Iudicis officio vbi tantum agi poteſt, in litem non iuratur, etiam ſi iudicis non pareatur.*

5 *Iuratur in rem in quacunque actione reali, ſiue in rem.*

6 *In actione rerũ amotarum per vxorem, vir in litem iurare poteſt.*

7 *Fauiana actione ſi agatur ad reuocandum alienata in fraudem patroni, ſiue etiam in fraudem creditorum in litem iuratur.*

8 *Fraus in alienando commiſſa quomodo probatur.*

9 *Donator ſi non det rem donatam donatario, poteſt donatarius in litem iurare contra illum, ſi non paretur iudici in reſtituendo.*

10 *Fructus extantes, ſi ad mandatum iudicis non reſtituantur, in litem iurari poteſt, & quid ſi ſint conſumpti.*

§. XXIIII.

1 DECIMOOCTAVO † ampliãtur præmiſſa, vt in omnibus actionibus in rem, ſeu in omnibus actionibus realibus, ratione ſolius doli, aut contumaciæ non reſtituentis, poſſit iurari in litem non ſolum ueritatis, uerum etiam affectionis contra doloſum text. & gloſ. d. l. in actionibus in prin. ubi gloſſ. uerbo, in rem & ibi Deci. col. 3. nu. 5. uerſ. primo nota, & doc. omnes text. l. 2. ff. de in lit. iurand. Vnde in rei vendicatione cum ſit actio in rem, iuratur in litem cõtra dolo malo, & ſic abſque cauſa non reſtituentem rem quam poſſidet, vel eum qui dolo malo deſijt poſſidere, & ſic alienauit text. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendicat.

2 ¶In actionibus † tamen in rem, nunquam locum habet iuramentum in litem de affectione, niſi quando efficiuntur arbitrariæ ratione contemptus præcepti iudicis in non reſtituendo d. l. qui reſtituere. Iaſo. d. l. in actionibus col. 1. nu. 5. verſi. nam ſi iudex & col. 7. num. 34. in fin. verſic. circa primam. ibi, tu aduerte. & ibi not. Paul. de Caſtr. col. 1. nu. 3. verſic. dicuntur arbitrariæ. & Dec. col. 2. verſic. quandoque tamen. ibi, & ideo actio in rem.

¶Seruitutem

3 ¶Seruitutem † ſi mihi debeas: puta oneris ferendi, vel altius tollendi, ſeu aliam ſeruitutem poſſum agere contra te, vt ſeruitutẽm mihi ſeu fundo meo praſtes, & caueas de non impediendo illam, & ſi nec ſeruitutem nec cautionem præſtas, poſſum contra te iurare in litem, qui ſecundũ ipſum iuramentũ es condemnandus, cum pro ſeruitute competat actio realis in rem ſcripta, in qua iuratur in litẽ, text. & glo. in l. harum. in fi. ff. ſi ſeruit. vend. l. 2. vbi text. glo. & Doc. ff. de in lit. iur. Dec. d. ver. primò no. Et ſi præſtas cautionẽ & nõ ſeruitutẽ, poſſum etiã contra te in litem iurare, glo. d. l. 4 harum. in fi. Et quid † ſeruitus præſtetur, & nõ ipſa cautio, tunc iurari in litem non poteſt, cum ad ipſam cautionẽ ex actione bonæ fidei, agi non poſſit, ſed ſolum ex officio iudicis, pro quo nõ iuratur in litem, etiã ſi iudici non pareatur, vbi ſolum ex officio iudicis agi poteſt, glo. fi. in fi. in d. l. harum. quæ glo. eſt magis cõmuniter probata, vt refert Deci. d. l. in actionibus col. 10. nu. 27. ve. ſ. vltimò etiam, Alex. & Doct. in l. ſi. prius. ff. de oper. nou. nun. vbi Alex. col. antep. 5 & Mod. in 2. q. Bart. Siue noſtrum † quid petamus actione in rem, ſiue ad exhibendũ agamus, poſſumus iurare in litẽ probando ex ipſo iuramento rei pretiũ, & intereſſe noſtrũ, contra contumacem vel dolum non reſtituentem, vel non exhibentem, text. glo & ibi Alex. in l. 2. ff. de in lit iur. tex. in d. l. qui reſtituere. Et eſt generale, ꝙ in omnibus actionibus in rem iuratur in litem, ſiue ſimus in rei vendicatione, ſiue publiciana, ſiue confeſſoria & negatoria, vel alia quacunq; actione reali, ſiue in rem, text. vbi gloſ. ver ſi. in rem. & ibi D. Fran. Duarenus. Deci. & alij Doct. ff. de in lit. iuran. & text. in d. l. qui reſtituere. & in l. Neſennius. §. fundum. & ibi Io. de Imol. ff. de re iud. & in l. eum qui. ff. de publi.

6 ¶In actione rerum amotarum † per vxorem vbi eas vxor non reſtituit ad mandatum iudicis, poteſt contra vxorem per maritum, vel eius hæredes, iurari in litem non ſolum veritatis, verumetiam affectionis reſpectiuè ſuper re, & pretio rei, damnis, ac intereſſe, & expenſis. text. in l. ſi. cum dos ſolueretur. . Sabinus. & ibi gloſ. Bar. & alij. ff. rer. amot. act.

7 ¶In fauiana † actione, qua reuocantur alienata in fraudem patroni, ſi res non reſtituantur ad mandatum iudicis, licèt

licèt actio ſit ſtricti iuris,& perſonalis, & in rem ſcripta, tñ reus tanti cõdemnabitur quanti actor in litẽ iurauerit nõ ſolum reſpectu iuramenti in litem veritatis,verum etiã affectionis,tex.in l.tenetur.§.ſi ff.ſi quid in fiau.patr.& idẽ dico ſi nõ reſtituantur ad iudicis mandatũ, reuocata in fraudem creditorũ:quia per eos poterit in litẽ iurari cõtra non reſtituentes d.§.fi.& d.l.qui reſtituere & d.l.in actionib.Et eodẽ modo ſtãte ſtatuto,prout eſt in ciuitate Nouariæ quo cauetur, ꝙ mulier nõ poſſit in fraudẽ filiorũ alienare,quia contra non reſtituentes alienata in fraudem,poterit iurari
8 in litẽ d.§.fi.& d.l.qui reſtituere.& † probatur fraus vbi libertus,vel debitor,aut mater alienauit oĩa bona,vel maiorem partẽ,aut meliorẽ partẽ bonorũ l.omnes.§ Lucius.ff. de his quæ in fraud.credi.vbi text.Ang.& Doct.no.iuncti. no.per Alex.conſ 55.Conſideratis col.3.nu.7.verſ.ꝙ autẽ. & nu.8.ver.& dicit vol.1 & in caſu dicit ſtaturi cogitur mater cauere de conſeruando bona filijs ad formam ſtatuti Nicolaus Boer.deciſ.fi.Chriſti.nu.7.ver.& ita in 1.part.vbi alleg.Bal.conſi.75.Alias 66.incip.An ille qui poſt mortem.
9 ¶ Si donaueris † mihi rem, eam, quæ mihi per conſtitutũ, vel aliter realiter tradideris,& res ipſa apud te ſit, & illã mihi reſtituere recuſaueris,vel dolo deſieris poſſidere: puta, donando vel alienando illã alteri poſſum contra te iurare in litem non ſolum veritatis,verumetiam affectionis ſuper re ipſa,pretio, & æſtimatione, licèt donatio ſit ſtricti iuris, & hoc vbi non paretur iudici in reſtituendo præmiſſa.tex. in l.Neſennius § fundum.& ibi gl & Io.de Imo.ff.de rẽ iu,
10 dic.Et non ſolum pro † rebus, verumetiam pro fructibus ipſarum rerum,vbi res cum fructibus ad mandatũ iudicis non reſtituuntur,iurari põt in litẽ pro ipſis fructibus.& ſuper ipſorũ quantitate,qualitate,pretio, & æſtimatione etiã in oĩbus actionibus realibus etiam ſtricti iuris,quibus fructus ipſi ad mandatum iudicis nõ reſtituuntur.text.in d.§. fundum. & ibi glo.& Ioan.de Imo.& Dec.d.l.in actionib. col.3.nu.5.verſi.primo nota,& præmiſſa debent intelligi reſpectu fructuum extantiũ qui nõ reſtituuntur ad mandatum iudicis,pro quibus iurari põt in litem text & glo.d §. fundum.& ibi Io.de Imo.col.1.verſi.in tex.ibi inſolidum.

& col. 2. uer. item aduerte. Sed reſpectu fructuum conſumptorum bona fide, vel quia ſunt corrupti à ſe ipſis, uel quia uidebat eos corrumpi, & nō poterant conſeruari, & ſic conſumpſit eos etiam poſt litem conteſtatam, vel ante, non poteſt iurari in litem. ex quo actio eſt ſtricti iuris, & peti poſſunt condictione ſine cauſa, uel officio iudicis, & ſic pro eis non poteſt tunc iurari in litem gloſ. d §. fundum. Io. de Imol. d. verſic. item aduerte, ſed ſi eſſent conſumpti doloſè poſſet pro eis in litem iurari. Io. de Imol. d uerſic. item aduerte, per gloſ. in l. arbitrio. § non tamen. ff. de dolo. Et reſpectu ipſorum fructuum cum recipiant functionem in genere ſuo iurabitur in litem non reſpectu iuramenti in litem affectionis, ſed ueritatis, ſeu æſtimationis. Io. de Imol. d § fundum colum. 1. uerſic. item no. quod hic.

S V M M A R I V M.

1 *Actione de dolo, & quod m tus cauſa, in quibus dolus commiſſus fuerit à principio obligationis contractæ iurari poteſt in litem.*

2 *Iuramentum in litem de affectione quando in prædictis actionibus præſtari non poſſit.*

3 *Iuramentum affectionis quibus caſibus & in quibus actionibus præſtari poſſit.*

4 *Iuramentum in litem non deferri propter dolum commiſſum in principio contractæ obligationis, ſi non committatur poſteà in non parendo iudici, quomodo intelligi debeat.*

5 *Actio ea edicto ff. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt. an detur ad intereſſe.*

6 *Eximens vel fugere faciens captum pro debito priuato tenetur ad illud debitum nec eximens auditur, ſi probare voluerit captum nil debere. Et quid de debitore fiſci.*

7 *Eximētes ſi plures ſint, contra quemlibet inſolidū in litē iurari pōt.*

8 *Eximens captum per vim à manibus familiæ, vel ex carceribus qua pœna puniatur.*

9 *Eximens citatum à delegato, qui non teneatur edicto. ff. ne quis eum, qui in ius voca.*

10 *Actio ex teſtamento, petitio hæreditatis fideicommiſſarij & bonorum poſſeſſio, & ſtatutum continuandæ poſſeſſionis defuncti in hæredem, ſunt ſtricti iuris, & in eis in litem non iuratur, niſi quando efficiuntur arbitrariæ, vel quando eſſet difficultas probationis.*

§. XXV.

§. XXV.

1 DECIMONONO † principaliter amplia, vt in actione de dolo, & in actione quod metus cauſa,& in alia ſimili, in qua dolus commiſſus fuerit à principio obligationis côtractæ,vt poſſit iurari in litem non ſolum veritatis, verumetiã affectionis,licèt actiones ipſæ non ſint bonæ fidei nec in rem ſcriptæ, vt eſt actio de dolo quæ eſt ſtricti iuris,& eſt perſonalis non ſcripta in rem. Nam in iſtis ratione doli commiſſi à principio contractæ obligationis,actio de dolo,& actio quod metus cauſa,& ſimiles, licèt ſint ſtricti iuris efficiuntur arbitrariæ , & in eis poteſt iurari in litẽ non ſolum veritatis,verumetiam affectionis,vnde ſi per dolum,vel metum induxiſti me ad tradendum rem valentem decem, & illam non reſtituis , iudex ratione doli poterit te condemnare non ſolum in ipſis,decem, verumetiã in plus, videlicet quatenus in litem iurauero ſecundum meam affectionem.Pau.de Caſt.d.l.in actionibus col.1.nu.2.verſ.ſecundo op.& uer.ſecundo modo.ibi,vnde ſi per dolum,uel metum & ibi Iaſ.col.1.in fi.uer.aliquando efficitur & uer. pone dolosè & ibi alij Doc ff.de in lit.iurand tex.in l.arbitrio.§.1 ff de dolo & in l.ſi cũ exceptione.§.in hac ff.quod met.cauſa. Et idem ſi rem ipſam:puta,ſeruum,uel æquum, dolo,aut per metum à me habitã , dolosè alienaſti,uel rem à me dolo,aut per metum habitam, dolo deſijſti poſſidere, & res extat:quia potero contra te iurare in litem , non ſolum veritatis,uerumetiam affectionis,& hoc procedit propter dolum ſolum commiſſum à principio,licèt non fuerit contumacia quo ad iudicem, quia nõ potuit recuperare,& ſic non reſtituit glo.d.l.arbitrio.ubi gloſ.uerſ.defunctus in fi.& ibi Doc.Pau.de Caſtr.d.l.in actionibus col.2.nume.5. uerſi.Sed interdum in fin.& iſtud limita, vt hic infra dicam

2 nu.ſeq.Si autem † non fuerit commiſſus dolus in non parendo iudici , nec in deſinendo poſſidere, tunc licèt dolus fuerit cõmiſſus à principio tempore cõtractæ obligationis, in actionibus ſtricti iuris,ſiue res extat,ſiue nõ, ut in actione de dolo,uel metus cauſa,ꝑ talẽ dolum non deuenitur

ad iuramentũ in litem, quod eſt affectionis: puta, ſi ſeruus, aut equus quem dolo à me habuiſti ſit defunctus, aut ſine dolo alienatus, tunc enim fit cõdemnatio in id, quod actoris intereſt, ſed non iuratur in litem affectionis. tex. & gl. d. l. arbitrio. verſ. non tamen. Pau. de Caſt. d. l. in actionibus col. 2 ver. ſi autẽ non fuit cõmiſſus. Aret. §. prætereà quaſdã col. antepe. ver. ſed tunc inſurgit ibi, aut fuit in dolo tempore: ſed iuramentum in litem veritatis concurrente difficultate probationis credo poſſe præſtari ſuper vero intereſſe, & rei æſtimatione d. l. in actionibus. ver. planè. vbi Docto. gl. d. l. nummis. in fi. ff de in lit. iur. & vide ſupr. nu. 511. Re aũt perempta, diſtingue, ꝙ aut ſumus in actionibus bonæ fidei, & tunc non peruenitur ad iuramentũ in litẽ, quod eſt affectionis, ſed veritatis ſuper vero pretio rei, ex quo in re nõ extante, nõ põt cadere probabilis affectio. tex. in l. ſi poſſeſſor. § fi. ff. de pet. hær. & dixi ſuper in. § petitio hære. nu. 3. & hoc propter æquitatem, quæ in actione bonæ fidei verſatur ſi res erat eodem modo peritura penes actorem. Paul. de Caſtr. d. l. in actionibus. col. 2. verſ. ſed quarto op. & ver. ſi aũt eſſet perempta. Aut actio erat ſtricti iuris, & tunc etiã ſi res ſit perempta, & ſic impoſſibile eſt recuperatio propter dolũ tũ cõmiſſum in deſinẽdo poſſidere defertur hoc iuramentũ affectionis. gloſ. in d. l. arbitrio. in princ. ff de dolo. Pau. de Caſt. in d. l. in actionibus col. 2. in d. ver. ſi autẽ eſſet perempta. in fi. ibi, aut erat actio ſtricti iuris. Aret. §. pꝉtereà quaſdam col. antepe. ver. ſed tunc inſurgit. inſtit. de actio.

3 ¶ Et teſte† Pau. de Caſtr in d. l. in actionibus col. 2. in fin. ver. recollige. & ſequitur Aret. d. § præterea ſunt recolligendi tres caſus, ꝙ aut fuit cõmiſſus dolus in nõ parendo iudici cũ poſſet, & in oĩbus actionibus defertur hoc iuramentum affectionis, & ſic oẽs actiones poſſunt dici arbitrariæ. tex in l. qui reſtituere. in fi. ff. de rei vend. & dixi ſuprà in. §. duodecimo principaliter nu. 5. ver. ſextodecimo præmiſſa. & nu. 6. ver. & inter cætera. Pau. de Caſt. in d. ver. recollige. Aut dolus non fuit cõmiſſus in non parendo iudici, ſed in alio. Et tũc aut fuit cõmiſſus dolus in deſinẽdo poſſidere, & tũc defertur iuramentũ in litẽ nedũ veritatis, verumetiã affectionis in actione bonæ fidei, & in actione in rẽ, vel in

rem

rem ſcriptã,& in actionib. arbitrarij ratione doli præcedentis nõ in aliis,ita debet intelligi d.l in actionibus, vt declarat Pau. de Caſt. in d. uer.recollige. & hoc dũmodò res extat in rerũ natura,aliàs diſtinguitur inter bona fidei, & ſtricti iuris actiones.& præmiſſa intellige & declara , ut habet latius per Arét.in d.uerſi.ſed tunc inſurgit ubi latius ipſos tres caſus declarat,& dixi ſuprà nu.2.uer.Re aũt perempta. Aut in neutro iſtorũ fuit cõmiſſus dolus,ſed ſolũ à principio obligationis cõtractæ, & ꝓp illũ nõ defertur iuramentũ in litẽ affectionis d.l.arbitrio.§.1.ff.de dolo.Pau.de Caſt. d.uer.recollige.in fi.col.3.nu.7.ibi,aut in neutro.Sed iuramentũ in litẽ ſuper uerà æſtimatione poterit præſtari.Pau. de Caſt d.ver.aut in neutro iſtorũ tex.hic in l.ſi qñ.C.unde ui.& arg.d.l.in actionibus uerſic.planè. ubi defertur ipſum iuramentum ꝓp dolum cõmiſſum poſt:puta,ꝓp morã,for tiùs ſi à principio : quia ſemper eſt in mora l.1.C.qđ met. cauſa l.1.§.rectiſſimè.ff.de vi, & ui arma.gl.fi.in fi.d.l.num mis.ff.de in lit.iur ita dicit Pau.de Caſt.in d.uer.aut in neutro.Hoc tñ uerũ ſi res nõ extat,uel nõ apparet & ſic eſt difficilis probatio,alias ſecus,ut eſt tex.in d.l.in actionib.uer. planè ita inquit Pau.de Caſt.in d.uer.aut in neutro.iſtorũ.

4 ¶Item quod, † dixit Pau.de Caſtr.in d.l.in actionibus in locis de quibus ſuprà dixi, propter dolum cõmiſſum dumtaxat à principio contractæ obligationis, ſi non committatur poſteà in deſinendo poſſidere, uel non parendo iudici, nõ deferri iuramentũ in litẽ,intelligo affectionis,& in ſtricti iuris actionib.uel iudiciis l arbitrio.§.1.ff.de dolo.Paul. de Caſt d.l.in actionib.col.2.nu.5.uer.ſed interdum vſque ad fi.& col.fi.nu.9.ver.itẽ qđ dixi.Fallit quãdo dolus com miſſus fuiſſet à principio in contemptũ iudicis,aut iuriſdictionis, & iſte eſt caſus in l.pen.§.in eum.ff.Ne quis eũ qui, quẽ ponit gl.magna in d.l.in actionib.in ver.planè ita dicit Pau.de Caſt.in d.verſic.item quod dixi. Et qui caſus in d.l. pen.§.in eũ eſt vt cõtra eum qui vi exemerit, ritè vocatũ in ius,licèt calumnioſè:quia vocãti nihil debebat,vel ẽt nõ calumnioſè:quia vocãti in ius debebat,poſſit iurari in litẽ nõ ſolũ ueritatis,verumetiã affectionis,& etiã iurari poterit in litẽ propter aliud intereſſe extra id, cuius cauſa vocabatur:

quia fortè ſi fuiſſet in iudicio cum eo ex alia cauſa egiſſet. tex.glo.Bar.& Soc.in l.ſed eximendi §.itē ſi.quis.ff.ne quis eum, qui in ius vocatus eſt vi eximat.iuncto d §.in eum.

5 ¶Et cum actio † ex edicto.ff.ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat, detur ad pœnam inquantum actor in litem iurauerit:vt eſt tex.in d.§.in eum.& ibi Alexan.Soc.& alij. Sequitur quòd actio ex ipſo edicto.ff.ne quis eum qui in ius vocatus eſt, vi eximat, non datur ad intereſſe neque commune, neque ſingulare, nec particulare, ſed ad id quod per actorem fuerit in litem iuratum, etiam ſi fuiſſet in calumnia, quòd intellige præcedente taxatione iudicis.Ioan. de monte Sperello,& Soc.in d.§.in eum. vbi de hoc eſt tex.

6 ¶Sequitur † etiam ex præmiſſis, ꝙ ſi aliquis eſſet ritè captus pro mille,& in veritate nihil debebat ille captus, ꝙ eximens taliter captum, teneretur aſſerenti ſe creditorem, licèt non rem nō eſſet, nec probaret de eius credito, etiā ſi aſſerens ſe creditorē eſſet in calumnia, non ſolum ad ipſa mille, vel ad quantitatē pro qua captus fuerat, ſed etiam ad illud vltrà, quod actor in litem iurauerit, nec erit eximens audiendus ſi probare voluerit vocantem nō fuiſſe creditorem, ex quo in ipſo edicto nō conſideratur calumnia iurantis, nec habetur reſpectus ad intereſſe, cum tendat ad meram pœnam,& vindictam. Alex d §.item ſi quis. Et ita prout ſuprà dicunt Iaco.But.Sal.Ang.Fulg & cōiter Mod.inferētes deciſionē de qua ſuprà, vt dicit Soc.in d §.item ſi quis. per tex.in d.§. item ſi quis. & in l.ſeq.§.1.quam deciſionem nota contra cuſtodes carcerū, qui iuxta mandatū iudicis detentos ſub bona cuſtodia dolo malo nō tenuerunt, vel alios, dolo malo eximētes carceratos, vel eos dolo malo fugere procurantes, aut permittentes, vt contra eos iurari poſſit in litem per aſſerentes ſe creditores, qui carceratos detineri fecerunt, ex quorū iuramēto probabūtur eorū credita pro quibus præmiſſi fuerūt detenti etiā alio nō docto, nec probato de ipſis creditis,& ipſi eximentes,& cuſtodes carcerū,& ſimiles nō ſolū ad præmiſſa credita etiā ꝙ de eis non conſtet, verumetiā ad alia prout in litē fuerit iuratū erūt cōdemnandi.gl. d.l nummis.in fi.ff.de in lit.iur.text.d.l.qui reſtituere.& ita allegando antedictos Doc.& dicendo, ꝙ ita cōiter tenetur

voluit

voluit Soc.in d.§.itẽ ſi quis nu.3.per text.in d.§.itẽ ſi quis, & in d.§ in eum.& in eadem l §.hoc iudicium. iuncta glo. in ver.ſingulos & in ver.intereſt.glo.& Io.Fab.§.itẽ aduerſus inſt.de act.uide tamen Soc.in rub.ff.ne quis,eũ qui,&c.
¶ Vbi tamen contra eximentem in ius vocatum vel incarceratum,iuraretur in litem affectionis, poſſet eximens deducere, & probare inordinatam affectionem iurantis.Soc. d.§.item ſi quis.in fi.verſ.poſſet tamen. argu.l. videamus.§. item videndum.& l.fi.de in lit.iurand.
¶Et præmiſſa fallunt in eximente debitorẽ fiſci: quia tunc eximens nõ tenetur niſi ad verũ debitum,& ſic minus conſequitur fiſcus,q̃ priuatus. Et ſic ſequitur qꝫ fiſcus non iurat in litẽ: ſicuti priuatus.Soc.in d.§.in eum nu.3,verſ.quẽ tamen.vbi ita limitat text.in d.§.in eum.per tex.& glo.verbo crediderit.in l.quoties.C.de exact.trib.lib.10.Sed tu dicas qꝫ fiſcus, ſiue fiſci procurator: ſicuti quilibet priuatus põt cõtra eximentẽ, & alios iurare in litem,& eſt com.opi. Alex.d.§.in eum.ver.extra glo.ubi alleg.Bal.& Io.de Plat. ita tenuiſſe in d.l.quties.Et idem uoluit Dec.d.l.in actionibus col.pen.nu.30.ver.in quarto vbi tamẽ ageretur de executione ſententiæ pro debito liquido non poſſet pro eo contra veritatem iurari in litẽ per fiſcum,nec alium contra eximentẽ. Dec.d.nu.30.Pro alio tamen intereſſe vltra debitum liquidũ poſſet iurari in litem. Alex.d.§.in eum in fin.
7 ¶Si plures † ſunt eximentes, quilibet ipſorum tenetur inſolidum & contra quemlibet ex ipſis inſolidum iurari poterit in litem, & ille qui exemptus eſt remanet nihilominus obligatus textus in d.l.pen.§.in eum.& §.hoc iudicium.ff. ne quis eum,qui in ius vocatus eſt,vi exim.
8 ¶Et qꝫ iurari poſſit in litem contra eximentem,† locum habet ſiue exemerit per vim,à manibus familiæ,& officialium aliquem qui duceretur ad iudiciũ,ſiue ad carceres, vt habetur in tot.tit.& in rub.ff.ne quis eũ qui vbi Bar.& Soc.in d. rub.ſiue exemerit de carceribus aliquẽ quia tunc tenetur. eximens crimine legis Iuliæ Maieſtatis l.4.in fi.ff.ad leg.Iul. Maieſ.Soc.d.rub.ne quis eum qui in pin.Ergo multomagis contra eximentem à carceribus iurari in litẽ poſſet arg. auth.multomagis.C.de ſacroſan.Eccleſ.iuncta gloſ.fi.in fi.

in ¶ l. primis.ff.d. in lit.iur. Et eximens carceratũ pro debito facit litẽ ſuam & tenetur ipſa ad ipſum debitũ, & pro eo contra eũ in litem iurari pōt. Bal.Soc.& doct.d.§.in eum.
9 ¶ Et præmiſſa limitantur in eo qui eximit aliquẽ citatũ à delegato, de cuius mandato non conſtabat, vel citatũ ab ordinario excedente notiſſimo terminos ſuæ iuriſdictionis, nam tunc eximens non tenetur ad pœnã edicti.ff.ne quis eum qui. &c. Nec delinquit, & conſequenter non pōt cōtra eũ in litẽ iurari, ita dicit Ang.Fulg.& Soc in l.1.col.3.n.11. ver.3.etiam.ff.ne quis eũ qui: arg.l.fi.ff.de iuriſdi.om.iudi. ¶ Fallit etiã vbi quis in iudicio fuiſſet vocatus, ſed nõ ritè; puta à parẽtibus, vel aliis à quib. venia debet peti, nõ petita venia, vel citatio eſſet nulla. Nã tunc cōtra eximẽte non pōt iurari in litẽ nec agi pœnas vt eſt tex.in d l.1.§.fi.ff.ne quis eũ.
10 ¶ Actio ex teſtamento, & petitio hæreditatis fideicommiſſaria, & bonorum poſſeſſio, & decretum, vel ſtatutum continuandæ poſſeſſionis defuncti in hæredem, ſunt ſtricti iuris ex quo nõ numerantur in §.actionũ inſtit.de act. Io.Fab.d.§.actionum vbi Iaſ.num.7 & 8.& 27. Ergo in eis non iuratur in litem.text.in l.alias vbi Bart.ff.de in lit.iur. Bart.l.qui concubinã.§ fi ff.de leg.3.Iaſ.d.§.actionũ nu.8. Soc.conſi.133.profecto nu.8.vol.1.Fallit quãdo efficerentur caſus ipſi arbitrarij propter cōtemptũ iudicis, quia tũc poſſet iurari in litẽ in eis, ſicuti in actionib.bonæfidei.tex. d.l qui reſtituere.ff.de rei ven.dixi ſup.nu.563.ver.Et inter cætera.Fallit etiã qñ eſſet difficultas probationis, & dolus, aut violẽtia rei cõuenti, quia tũc cõtra eũ in ipſis caſibus, ſicuti in aliis caſib.ſtricti iuris & bonæ fidei poſſet iurari in litẽ tex.d.l.in actionibus, ver.planè.& eſt com.op.vt ſup.in.§. Primo itaq; amplia nu.19.ver.Quintò amplia iſtã legem.

S V M M A R I V M.

1 *In actionibus ſtricti iuris iurare poteſt in litem vbicunque copulatiuè ad eſt dolus rei conuenti, & difficultas probationis.*
2 *Hæres grauatus fideicommiſſo tenetur omnium bonorum inuentarium conficere, alias contra eum in litem turatur, fallit vt hic.*
3 *Hæres grauatus fideicommiſſo non ſolum tenetur facere inuentarium omnium bonorum, ſed etiam librum rationum conficere.*
4 *Hæres grauatus vt ſuprà tenetur ſatis dare fideicommiſſario, de reſtituendo*

ſtituendo fideicommiſſo, licet eſſe ditiſſimus.

5 *Hæres grauatus vt ſupra ſi non fideiubeat, adueniente die fideicommiſſi reſtituendi contra eum iurari poteſt in litem.*

6 *Fideicommiſſarius cui per hærede grauatū non præſtatur ſatiſdatio reſtituendi fideicōmiſſi mittitur in poſſeſ. fideicōmiſſi fallit vt hic.*

7 *Vſufructuarius omnium bonorum tenetur bonorum inuentarium conficere, alias contra eum in litem iuratur.*

8 *Vſusfructuarius quilibet etiam locuplex tenetur fideiubere de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo bona finito vſufructu, nec id à teſtatore remitti poteſt.*

9 *Iuratur in litem in nouis actionibus arbitrarijs, quando per contumaciam arbitrio iudicis non ſatisfit, & idem ſi per dolum.*

§. XXVI.

1 VIGESIMO ergo † modo amplia præmiſſa, vt etiam in actionibus ſtricti iuris: puta mutuo, ſtipulatu, ex teſtamento, & aliis actionibus ſtricti iuris, poſſit iurari in litem vbicunque adeſt copulatiuè dolus rei conuenti, & difficultas probationis text. in d. l. in actionibus verſic. planè vbi Bar. Alex. Pau. de Caſtr. Are. Iaſ. & omnes. ff de in lit. iuran. & dixi ſupr. d. nu. 138. Et hoc intelligo de actionibus ſtricti iuris ſimpliciter, & ſic quæ non ſunt arbitrariæ propter contemptum præceptum iudicis, & non ſunt bonæ fidei, quia in illis poteſt iurari in litem etiam affectionis ob ſolum dolum rei conuenti abſque difficultate probationis. Doc. d. l. in actionibus & dixi ſupr. à in. §. Duodecimo principaliter nu. 6. ver. & inter. Bar. l. 1. vbi Dec. & Cag. nu. 126. ver. ſecunda concluſio. & alij Mod. C. de ſent. quæ pro eo, quod int. prof.

2 ¶Hæres autē † vniuerſalis, vel etiam particularis grauatus fideicommiſſo, ſeu qualibet ſubſtitutione conditionali, vel in diem certum, aut incertū, etiam ſi eſſet conditio ſi hæres deceſſerit ſine liberis, tenetur etiam ante euentū conditionis, ac diei, & mortis conficere inuentariū, deſcribendo in eo omnia mobilia, & ſe mouentia, & ipſorū pretium, & æſtimationē, ac immobilia, actiones, & iura ſubiecta ipſi fideicōmiſſo, & ſubſtitutioni, illa deſcribēdo per ſcitū, qualitatē, & quantitatē, & confinia reſpectu immobiliū: quo vero ad

mobilia,

mobilia,& ſe mouentia per ſigna,proteſtādo in ipſo inuentario bona ipſa eſſe ſubiecta dic.fideicommiſſo, ac ſubſtitutioni.Car.Rui.conſi.29.Plura.nu.11.vol.5.Soc.conſ.46. Cum in præſenti col.1.& 2.ver.ad idem etiā tenetur vol.1. text.in l.cum tale.§.Titius vbi Bar.nu.2.verſ.vtrū hæres,& ibi Pau.de Caſt.col.2.nu.2.verſ.nota ergo.& ver.ex hoc dicūt ff.de cond.& dem.Alex.cōſ.58.Habita.col.3.nu.5.ver. poſito cum ſeq.& num.7.ver.ergo apparet. cum ſeq.vol.3. Bald.l.filium quem habentem . in fina.C.fam.erciſ.

¶Et contra hæredem qui non confecerit ipſum inuentarium,iurari poterit in litem,per fideicommiſſarium,ac ſubſtitutum, ex cuius iuramento in litem, probabitur contra dictum hæredē res,& rerū quantitas,ac qualitas,& æſtimatio,ſubiecta ipſi fideicommiſſo,ac ſubſtitutioni, tam reſpectu mobilium, quam ſe mouentium,iurium, & actionum, & immobilium,ita dixit Car.Ruin.d.conſi.29.Plura.nu.11. vol.5.Soc.d.conſ.46.Cum in præſenti col.1.& 2.ver.ad idē.

¶Fallit vbi teſtator remiſiſſet ipſi hæredi confectionem dicti inuentarij, quia tunc non tenetur illud facere reſpectu ſubſtituti,nec fideicommiſſarij, & contra ipſum hæredem tunc non poteſt iurari in litem. Paul.de Caſtr.d.§.Titius. ver.ex hoc.in fin.arg l.fin.C.arb.tut.Dec.conſ.178.In cauſa colum.pen.verſic.ſecus videtur.

¶Vbi tamen ſubſtitutus, vel fideicommiſſarius eius expenſis petat bona deſcribi, & fieri inuentarium per hæredem, vt in futurum ex ipſo inuentario probari poſſit bona eſſe ſubiecta ipſi fideicommiſſo,ac ſubſtitutioni etiam conditionali: tunc non obſtante teſtatoris prohibitione ne inuentarium fieret, debet fieri inuentarium per hæredem. Paul. de Caſt.conſi.366.Super in fin.vol.1.

3 ¶Tenetur † etiam hæres ipſe grauatus fideicommiſſo, ſeu ſubſtitutione conditionali, uel in diem, nedum inuentarium,ſed librum rationū conficere,ex quo ipſe,uel eius hæres poſt eius mortem tenetur fideicommiſſario, ac ſubſtituto reddere rationē de bonis ſubiectis fideicommiſſo, ac ſubſtitutioni ubi euenerit conditio eius.tex.in d.§.Titius. vbi Bart.Pau de Caſt.& alij, alioquin iurari poterit in litem contra hæredem per fideicōmiſſarium ac ſubſtit.Car.o.Rui.

d.conſi.

d.conſ.29;Plura.nu.11.vol.5.Socin.d conſ.46.col.1.& 2.
4 ¶Hæres autē † vniuerſalis, vel particularis grauatus fideicommiſſo,aut ſubſtitutione,aut legato conditionali,vel in diem incertū aut certum ,ſeu poſt eius mortem vbi deceſſerit ſine filiis,tenetur etiam ante euentum conditionis & diei, nedum conficere inuentarium d §.Titius verumetiā tenetur fideiubere, ſeu ſatiſdare fideicommiſſ.ſeu ſubſtituto,ac legatario, de ſoluendis , & reſtituendis hæreditate,ac bonis fideicommiſſi,& ſubſtitutionis, & legati,in caſu quo euenerit cōditio legati,ac fideicommiſſi,nec excuſatur hæres à tali ſatiſdatione etiā ſi eſſet ditiſſimus, & perſona valde digna tex.eſt in l.1.& in l.hæc ſtipulatio.ff.vt l.ſeu fideicom.ſer.cau.c.vbi etiā gl.& Doc.& text.in l.1.& l.cū Archimedorā.& l.certa forma.& l.fi.C.in poſ.l.vel fideic.ſer.ca. mit.d.l.cū tale.§.Titius vbi gl.& Do.ff.de condi.& demon.
5 ¶Alioquin † vbi hæres non promittit, & non fideiubet, etiam ante euentū conditionis, uel diei,eis uenientibus de ſoluendo legato,ac fideicōmiſſo conditionali, uel in diem ad mandatū iudicis factū ad partis inſtantiam,poterit contra ipſum hæredē iurari in litē, ex quo contra illū qui tenetur promittere,& cautionē, vel fideiuſſionē præſtare,& nō præſtat,prout iudex ordinauit,poteſt iurari in litem tex.vbi Bar.& Pau.de Caſt.in l.& harū.ff.ſi ſer.uen.Io.Fab.§.præterea quaſdā.in ſtitu.de act.& hoc quia hæres cogitur præſtare ipſam promiſſionem,ex edicto, ſiue interdicto prætoris. tex.in d.l.in prin.ubi gl.1.uer.legatorū.ff.ut leg ſeu fid ſer. cauſ.c.quo caſu ex edicto ſiue interdicto oritur actio in factū, Bar.l.1.col.1.nu.4.u erſ.procedo.ff.de ope.noui.nunt. Ergo contra hæredē non præſtantē ipſam fideiuſſionē ad mandatū iudicis poſſes in litē iurari. tex.in d.l.qui reſtituere.ff.de rei ven.uide tū ſupr.in.§.Decimooctauo amplianē nu.3.uer.ſeruitutē in fin.& infr.in.§.23 num.1 & ſequen.
6 ¶Legatarius † etiam, ac fideicommiſſarius, & ſubſtitutus, cui non præſtatur ipſa promiſſio , ac fideiuſſio per hæredē etiā ante euentum cōditionis,vel diei,mittetur in poſſeſſionem tedialē bonorum legati fideicōmiſſi,ac ſubſtitutionis text.in d.l.1.§.ſemper in fi.ff.ut legat.ſeu fid.cauſ c.& in l. qui legati.& in l.certa forma.C.ut in poſ.l.& per tot.tit.ff.
ut in

vt in poſ.leg.vel fid.ſer.c.eſſe lic.Fallit vbi teſtator remiſiſſet ipſam ſatiſdationē, quia tunc hæres nō tenetur illā præſtare legatario,nec fideicōmiſſ.nec pro eo,quia nō præſtet, pōt in litem iurari tex.in l.ſcire debetis.C.vt in poſ.leg.vel fid.ſer.ca.Itē fallit qñ pater grauauit filiū ſuū ad reſtituendum alteri filio ſuo,quia tūc frater fratri nō tenetur ſatiſdare,vel qñ pater,vel mater grauatur reſtituere filijs ſuis,quia tunc nō tenetur ſatiſdare niſi trāſiret ad ſecūda vota.tex.in l.iubemus.§.1.C.ad Treb gl.d.l.ff.vt leg.ſeu fid.ſer.cau.ca.

7 ¶Vſufructuarius † omnium bonorum, vel alicuius partis, & denique quilibet vſufructuarius cuiuſlibet rei,ſiue ſit extraneus,ſiue etiā vxor teſtatoris relicta ab eo vſufructuaria, uel alius quilibet uſufructuarius tenetur ſtatim conficere inuentariū per inſtrumentū publicū in quo oīa bona mobilia, & ſe mouentia debent deſcribi cum eorum pretio,& æſtimatione,& ſignis,quātitatibus,& qualitatibus,& immobilia per eorū cōfinia, & quantitatem ac qualitatem.Ioan. Petr.de Fer.in for.lib.quo vxor agit ad dotem in gloſ.verſi. dedit & legauit col.2.nu.4.verſic.quid ergo ſi vxori.ibi , ex quibus pōt colligi. Alex.cōſ.58.Habita col.3.nu.5.ver.poſito & nu.7.ver.ergo vol.3. Iaſ.conſ.40.Circa primum col.2. nu.2.ver.circa ſecundū vol.1.per tex.in l.1.§.rectè.ibi,ſi inteſtatū redegerit.& ibi glo.& Doc.ff.vſufruc.quē ad cauea. Et contra ipſum uſufructuariū qui non fecerit dictū inuentarium iurari poſſet in litem per hæredem, vel aliū proprietarium,& quemlibet alium cuius intereſſet,& ex ipſo iuramento probabitur rerū quantitas,qualitas,& pretium quæ peruenerint,ad uſufructuariū,& ſecūdū ipſum iuramentū debebit condemnari vſufructuarius. Car.Rui.d conſi.29. Plura.nu.11.vol.5.Soci.d conſi.46.Cum in præſenti col.1. & 2.vol.1.& conſi.190.Memini vol.2.Affl.deciſ.360.Inter Cra.d.conſi.300 iunct.d.l.tutor qui repertoriū.ff.de admi. tut.quæ extenditur contra omnes rationē reddere debentes vt ſupr.in.§.Primò itaq; amplia.nu.85.verſ.item iurari.

8 ¶Item tenetur † vſufructuarius quilibet etiam ſi eſſet locuples,& vxor teſtatoris promittere, & fideiubere de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri,& reſtituendo bona finito uſufructu prout extabunt quo ad immobilia, & mobilia,

quæ vſu non conſumuntur. Reſpectu verò eorum quæ vſu conſumuntur: puta vini, graui, veſtis, olei, debet promitti, ac fideiuberi, ꝙ finito vſufructu reſtituetur eorũ æſtimatio, & eſt communis opin. Alex. d. conſi. 58. Habita. nu. 6. & 9. 10. Petr. de Fer. d. ver. quid ergo ſi vxori. Iaſ. d. conſi. 40. l. 1. cum ibi not. C. de vſufruc. & l. 1. in prin. & §. habet autem. ff. vſufruct. quemadmo. caueat. & l. ſcire. C. vt in poſ. leg.

¶Pari modo habens vſumfructum, vel habitationem, aut vſum fundi, vel domus, ſerui, aut animalis, vel nemoris tenetur promittere, ac ſatiſdare hæredi, vel illi cui legata eſt proprietas de vtendo, ac fruendo arbitrio boni viri, & reſtituendo, & conſignando bona finito vſu, vel habitatione, vel vſufructu. text. in l. huic ſtipulationi. in fin. & in l. ſi tibi. & in l. penul ff. vſufruct. quemadmo. ca.

¶Nec poteſt teſtator remittere ipſam ſatiſdationem quam debet præſtare vſufructuarius, ſiue vſufructuaria, & eſt cõmu. opi. text. in d. l. 1. C. de vſu. & hab. & in d. l. ſcire. C. vt in poſ. leg. Iaſ. d. conſi. 40. Io. Pet. d. ver. quid ergo. Bar. & Doct. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Et minus poterit teſtator remittere, vel prohibere, ꝙ vſufructuarius etiã ſi eſſet vxor non cõficiat inuẽtariũ, nec ſatiſdet. Et ꝙ hæres ſub pœna priuationis hæreditatis non requirat dictã ſatiſdationẽ, & dictũ inuentariũ, quia non obſtante ipſius teſtatoris prohibitione, hæres cogere poterit impunè dictũ vſufructuariũ, ad cõficiendũ dictum inuentariũ, & præſtandũ dictã ſatiſdationem. & eſt cõis opi. Iaſ. d. conſ. 40. Circa primũ vol. 1. Pau. de Caſt. col. 221. Antequã veniã vol. 2. Mod. d. l. nemo poteſt.

¶In litem autem iurari poterit contra ipſum hæredem, vel vſufructuarium, qui dictum inuentarium nõ fecerit. vt dixi ſuprà nu. 2. verſ. & contra & ſuprà nu. 7. ver. vſufructuarius fallit in caſu de quo ſuprà dixi in §. Dicam cũ Vergiliana Didone nu. 37. ver. primò contra cum ſeq. & in §. ſed vt opus per me cœptũ nu. 18 verſ. ſeptimò excuſantur cũ ſeq.

9 ¶Vigeſimo primò † etiã amplia, vt poſſit iurari in litẽ etiã in veris actionibus arbitrariis, de quibus fit mẽtio in § præterea quaſdã actiones inſti. de act. & in tit. ff. de eo ꝙ cert. loc. & hoc quãdo in ipſis veris arbitrariis per contumaciã iudicis arbitrio non ſatisfit. ita dicit Io. Fab. in d. §. præterea

quaſdam.

quaſdã col.fi.uerſ.Et idem credo per l.arbitrio.ff de dol.& l.3.§.ſi dicatur.ff.fin.regun.Et idem fortè ſi per dolum.Io. Fab.d.uer.& idem credo per not.in l.nummis ubi glo.fi in fi.ff.de in lit.iur & hoc not.pro limitatione corũ quæ dixi ſuprà in.§.duodecimò principaliter nu.6.ver.Fallit in actionibus arbitrariis facit l qui reſtituere in fi ff.de rei ven.

SVMMARIVM.

1 *In actionibus ſtricti iuris ex iuramento in litem probatur pretium, & intereſſe concurrente mora, & difficultate probationis.*

2 *In actionibus bonæ fidei ob ſolam moram abſque difficultate probandi iuratur in litem contra moroſum.*

3 *Mora in re tradenda, quæ dari debuit, dicitur dolus ſaltem in omittendo ob quam iurari in litem poteſt fallit ſi mora ſit ſine dolo.*

§. XXVII.

1 VIGESIMOSECVNDO † amplia, quòd etiam propter ſolã moram, ſicuti, & ob dolum, poſſit contra moroſum debitorem, vel alium moroſum iurari in litẽ, per creditorem, vel alium actorem, cui eſſet facta mora, & probaretur ex ipſo iuramento rei æſtimatio, damnum, ac intereſſe creditoris, vel actoris cui eſt facta mora, veluti ſi debeas mihi animalia, & es in mora ea dandi, & moriãtur, vel modò non apparent, certè de pretio ipſorum animalium, & meo intereſſe fiet probatio contra te ex ipſo iuramento in litem in actionibus ſtricti iuris: quia tunc cõcurrit ipſa mora, & difficultas probationis, ex quo animalia ſunt mortua, vel non apparent, text. in l. in actionibus ver. planè. ibi, veluti ſi promiſſor Stichi morã fecerit, & ibi Bar. Bal. Pau de Caſt. Alex. Iaſ. Are. Duare. & alij Doct. cõmuniter. ff. de in lit. iur. Alb. de Roſ. l. nummis col. fi. verſi. eſt ibi
2 ratio. ff. de in lit. iur. Et in actionibus bonæ fidei † ob ſolam morã abſque difficultate probationis iurari poterit in litẽ contra moroſum, veluti ſi ex cauſa dotis, vel depoſiti, vel venditionis, aut ex cauſa locationis, vel ſocietatis, aut ex alia cauſa, ſeu actione bonæ fidei, debeas mihi certa die: puta, prima menſis Auguſti, pecunias granum, vel fundum: & non tradas mihi ea in ipſa die præciſa, quo caſu per lapſum

dici,

diei, aut interpellationem conſtitueris in mora l.nummis. vbi tex.verſ.ſua die & glo.ver.ſua die & ibi Alex.& Iaſ.col. fi.nu.17.ver.ex prima & nu.18.verſic.in eadem.ff.de in lit. iur.certè per lapſum diei, aut interpellationem eris conſtitutus in mora, & poſſum cōtra te ob ipſam moram iurare in litē ſuper pretio rei,damno, fructibus, ac intereſſe meo. tex.in l.nummis verſ.ſua die vbi Pau.de Caſt.col.fi.num.8. ver.item quærit.ibi,contra doloſum vel moroſum & Bald. col.fi.in prin.ibi,idem tamē vbi locus.ibi,hoc intereſſe pōt probari per ſacramentū contra moroſum & ibidem alij.ff. de in lit.iur.Aret.§.prætereà quaſdā col.antep.ver.iuramētum verò in litem ꝙ eſt veritatis.ibi,ad tempus doli cōmiſſi,vel moræ cōmiſſæ, quæ eſt cauſa huius iuramenti.inſtit. de acti.Alex.conſi.214.Quando vbi Do.Car.Moli.dicit, ꝙ hæc eſt com.opin.vol.7.& dixi ſupr.in.§ In dotis actione nu.18.ver.& contra.& in.§.In depoſiti et[i]ā actione nu.25.
3 ver.depoſitarius. Mora † enim in re danda, aut tradenda, aut reſtituenda quæ dari, aut tradi, vel reſtitui debuit dicitur dolus ſaltem in omittendo:ergo ob ipſam morā poteſt iurari in lit.& eſt cōis opi.Duar.d.l.in actionibus in gl ver. veluti nu.49.Car.Mol.in addit.ad conſi.Alex.in d.cōſ.214. Cag.l.nu.126.in fi.vbi alij Mod.C.de ſent.quę pro eo.Fallit in caſu de quo infrà dixi, infrà.§.ſeq.nu.2.verſ.ſed contrà. ¶Fallit quando mora eſſet ſine dolo:quia tunc propter illam non poteſt iurari in litem·puta, ſi ob paupertatem ſuperuenientam, vel alium caſum fortuitum non potuit ſoluere:quia tunc non poſſet ob moram non doloſam in litem iurari.Bal.d.l.nummis col.fi.ver.itē adde.ff.de in lit.iur.& vide ſupr.in.§.primò itaq; amplia num.67.ver.aduerte.vbi poſui 13.caſus quibus debitor excuſatur à mora & ſic à dolo:ergo nō poterit in eis rōne moræ iurari in litē:q[ui]a nō eſt dolus. nec mora.non pōt iurari in litem d.l.in actionibus.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe probari poteſt per ſolum iuramentum damnum paſſi cōtra doloſum in omittendo,qui originaliter tenebatur iure actionis.*

2 *Contra doloſum in omittendo qui ſolum officio iudicis tenetur, non poteſt iuramento in litem, intereſſe probari, etiam ſi agatur de contemptu iudicis in non parendo illi, ſed debet teſtibus probari.*

Notarium

3 *Notarius, vel teſtis ſi delinquat in faciendo contra eum poteſt in litem iurari, & an idem ſit pro culpa.*

6 *Tutor vel ſindicus non informatus in litem iurare non poteſt.*

§. XXXII.

1 VIgesimonono † amplia præmiſſa iura huius l.ſi quando. & d.c.fi.& d.l.in actionibus. & omnia alia iura ſimilia. & dic ꝙ omnis litigans proprio nomine,vel in propria cauſa,& Sindicus pro vniuerſitate, & Iconomus, vel rector pro Eccleſia,& tutor pro pupillo,& curator pro adulto,poſſunt iurare nõ ſolum in litem, verum etiã in ſupplementum probationis.Ange. Aretin.in.§.præterea quaſdã col.17.ver.quæro cui deferatur.inſti.de actio.

Et

2 Et etiam † dominus litis, vel etiam quaſi dominus litis, poteſt iurare. Bar. d. l. in actionibus col. 4. nu. 17. verſi. quartò & vltimò. ff. de in lit. iur. Cot. mem. ver. iuramentum in litem. in fi. Aret. d. ver. quæro cui per tex. in l. videamus. & ibi Doct. & in l. vulgo. ff. de in lit. iur. Et etiam curator datus ad litem motam contra tutorē poteſt iurare in litem contra tutorem, de geſtis, vel de non geſtis, per tutorem, & de damnis, ac intereſſe minoris. Cot. mem. ver. iuramentum in litem. in fi. vbi ita dicit. arg. not. per Afflict. in d. deciſ. 169.
3 In dicta cauſa. Informatus † etiam de facto alieno poteſt iurare pro ſe. Io. de Imo. conſi. 147. In cauſa col. 2. verſi. nec
4 dicat. mater † etiam vbi ſit tutrix, vel curatrix pro liberis poteſt pro eis iurare, in litem, aliàs ſecus: quia tanquàm coniuncta perſona ipſa, nec alius non poſſet iurare. text. cum glo. & ibi Bart. & D. Fran. Aret. & alij in l. videamus. &
5 in l. vulgò. ff. de in lit. iur. Procurator † etiam, vbi habeat ſpecificum, & indiuiduum mandatum ad ſic, & ſic iurandum in litem, poterit iurare, aliàs ſecus: quia procurator iurare non poterit in litem etiam ſi haberet mandatum generale ad iurandum in litem, vel ad quodlibet iuramentum præſtandum. Aret. d. ver. quæro cui defertur. Iacob. Petri in l. admonendi nu. 292. ver. ſed vnū. & ibi alij Doc. ff. de iur. d. l. videamus. & d. l. vulgò. vbi Bar. & Doct. iunctis. not. per Bar. in l. qui bona. §. ſi aliena. vltra medium. ff. de dam. infect. & in l. 2. §. rectè defendi. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eat. & in l. fi. vbi omnes Doc. not. C. de procu.
6 §. Vbi tamen † ſindicus, tutor, & curator, & ſimiles non eſſent informati, & ita conſtaret, nō poſſent iurare in litem, nec aliud iuramentum præſtare. Soc. conſi. 194. Subtiliter vol. 2. Sic & in eo caſu hæres non informatus non poſſet iurare. Grat. d. conſ. 10. Et ſi cauſa vol. 2. l. generaliter. & l. in bonæ fidei. vbi not. C. de reb. credit. & iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in beneficio eccleſiaſtico poteſt in litem iurare, & in ſupplementum probationis, tam contra extraneos, quàm contra alios.*

2 *Vacante beneficio per mortem, vel renuntiationem, bona & fructus debent reſeruari ſucceſſori, aliàs contra vſurpantem in litem iurari poteſt.*

1 TRigeſimo † amplia iſtam l.ſi quando & d.c.ſi.& d l.in actionibus & omnia iura ſimilia, quòd etiam procedant in ſucceſſore in beneficio eccleſiaſtico ſputa, Epiſcopo, Prælato, Canonico, Abbate, vel Abbatiſſa, & quodlibet ſacerdote, vel clerico qui iurare poſſunt in litem, & in ſupplementum probationis, non ſolum de agitatis eorum tempore, verumetiam de agitatis tempore eorum anteceſſoris, vel vacante Eccleſia, aut beneficio. Afflict.d. deciſ. 169. In dicta cauſa. Cot. mem. veiſic. iuramentum in litem in ſi Anchar. conſi. 458. Ex narratis colum. 1. & 2 facit l. pen §.fin. vbi gloſſ. & Doct. ff ne quis eum qui. Et præmiſſi ſucceſſores eccleſiaſtici, iurare in litem poſſent, non ſolum contra extraneos. Afflict. d. deciſ. 169. In dicta. Cotta d mem. veiſicu. iuramentum in litem in ſi. Verumetiam iurare poterunt ipſi ſucceſſores in litem, ſiue ſint ipſi ſucceſſores perſonæ particulares, ſiue capitulum, vel Eccleſia vacans mediante eius Sindico contra anteceſſorem, uel prædeceſſorem, etiam ſi eſſet Archiepiſcopus. Anchar. dict. conſi. 158. Ex narratis. Et iſtud procedit, ſiue ille anteceſſor fuerit anteceſſor legitimus, qui tamen dolum vel uiolentiam commiſerit, uel inuentarium non con fecerit. Ancha. d. conſi. 158. & dixi ſupra in § primo itaque amplia. nume 85. verſic. addo ego ſiue fuiſſet anteceſſor non legitimus, ſed intruſus, qui abſque titulo legitimo, & adminiſtratione ſibi decreta à ſuperiore ingeſſit ſe in bonis Eccleſiæ: nam contra talem per ſucceſſorem legitimum, poteſt in litem iurari, ſuper fructibus, & quantitate bonorum, & intereſſe Eccleſiæ: ſicuti iuratur contra tutorem. Soc. conſi. 213 Conſilijs colum 2. ueiſi. ſimile uol. 2. & dixi ſupra in §. Dicam cum Virgiliana Didone. nume. 9. ueiſi contra tutorem. Et ex prædictis † infertur quòd cum

2 uacante Eccleſia ſeu beneficio per mortẽ, uel renuntiationem, uel tranſlationem perſonæ eccleſiaſticæ, bona immobilia ac mobilia, & fructus, & redditus, qui, & quæ, tempore dictæ uacationis, erant, debeant reſeruari ſucceſſori in dicta Eccleſia, ſeu beneficio, & ab aliquo etiam Epiſcopo,

aut

aut capitulo, vel eodem, qui transfertur, occupari non debent; niſi ex ſpeciali priuilegio, ſeu conſuetudine legitimè præſcripta, ſeu alia cauſa rationabili ex ſtatutis Eccleſię permiſſa, aliquibus fructus debeantur, prout in urbe Nouariæ fructus primi anni canonicatuum vacantium Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ Mariæ maioris, ac etiam alterius Eccleſiæ collegiatæ Sancti Gaudentij primi Epiſcopi ciuitatis Nouariæ, debentur non ſucceſſori, ſed capitulo, & fabricæ ipſarū Eccleſiarum ex priuilegiis Summorum Pontificum, & ſtatutis earundem Eccleſiarum text. in ca. præſenti vbi tamen glo. diſtinguit circa ipſos fructus de officio ordin. in 6. & in ca. quia ſæpè. de elect. in 6. & ita dicit Anch. in d. conſi. 158. Ex narratis col. 1. & probata in præmiſſis violentia, vel dolo, aut extorſione indebita, & doloſa, & ſine cauſa, ſeu vſurpatione bonorum, & fructuum ipſorum, vel damno Eccleſiæ, tunc credendum erit ſuper quantitate, qualitate, & æſtimatione, dictorum annorum, & fructuum, & damnorum, iuramento Prælati, vel capituli, aut Eccleſiæ, vel alterius ſucceſſoris, in ipſa Eccleſia, contra talem violentum, vel vſurpantem etiam, ſi fuiſſet Archiepiſcopus, vel eius anteceſſor ſeu alius quilibet extraneus. Ancha. d. conſi. 158. Ex narratis col. 1. & 2. ver. & probata violentia. Afflic. dicta deciſ. 169. In dicta Cotta. mem. verſi. iuramentum in litem in fi. per tex. hic l. ſi quando & in d. ca fi. & in d. l. in actionibus & per gl. in l. nummis in fi. ff. de in lit. iur. & in l. pen. §. fin. vbi Doct. ff. ne quis eum qui.

SVMMARIVM.

1 *Virgo deflorata poterit in litem iurare contra ſtupratorem in eo, quod illi d bet pro dote plus dari propter virginitatem perditam.*

2 *Iudex vbi ſibi conſtat de delicto per confeſſionem delinquentis poteſt illum condemnare ad rei reſtitutionem & damni, contra ſi non petatur.*

3 *Iuramento puellæ ſtatur, quòd eſſet virgo contra ſtupratorem.*

4 *Virginem deflorans dicitur furtum virginitatis committere, & ideo contra eum tanquàm contra furem in litem iuratur.*

5 *Virginem vi, vel ſeductione etiam acquieſcentem deflorans, illam in vxorem accipere tenetur, vel maiorem illi dotem tradere, quàm expoſcat qualitas virginis defloratæ.*

§. XXXIIII.

1 TRIGESIMOPRIMO † amplia iſtam l.ſi quando & d.l.in actionibus & d.c.fi.& oĩa iura,ac ſtatuta, & decreta,quibus cauetur poſſe iurari in litē contra aliquē, ob dolū,aut uiolentiā, uel damnū datū, uel ob quodlibet aliud,uel iuramentum aliud poſſe præſtari, procedere non ſolū in fauorem ſexus maſculini, & ſic uirorum ſecularium,uel eccleſiaſticorū:ut eſt text.in c.olim de iniur.& damno dato & in d.c.fi.uerumetiā in fauorē mulierū ac puellarū ſecularium,uel eccleſiaſticarū.Affl.deciſ.169.In dicta cauſa. Cot.mem.uer.iuramentum in litē in fi.D.Barth.Chaſſ.conſi.40.Dixi num.1.Barb.in addit.ad Bal.in c.iniuria de pac. iur.fir.Card.& Doctor.in c.1.de adult.Alex.conſ.229.Ponderatis nu.2.uol.6.Excellens Doct.D.Iodocus Damhouderius Burgenſis c.29.rubri.de ſtupro nu.12.in fi.Vnde cum ſtuprator, ſeu deflorator uirginis teneatur ad,aut uirginē accipere in uxorem,& eam dotare,aut ad intereſſe, & damnum pro dote maiori, & puniri debet corporaliter text.in ca.1.& 2.de adult.certè damnum, ac intereſſe uirginis ſtupratæ,ſeu defloratæ, maximè in eo quod illi debet pro dote plus dari occaſione uirginitatis perditæ,probatur per iuramentum uirginis ſtupratæ, ſeu defloratæ, ſeu eius patris, aut fratris,vel tutoris,cum & ipſi cenſeantur offenſi conſtito de ſtupro, uel uiolentia, uel defloratione, aut per confeſſionem rei conuenti,uel alio modo.Abb.Pan.in ca.dilecti.col.fin.ibi,uult gloſſ.facit extra de fo.compe.Chaſſa.d.
2 conſi.40.Dixi nu.1.Et poſſet † deueniri ad ipſam condemnationē intereſſe uirginis ſoluendi per ſtupratorem, etiam ꝙ uirgo illud nō petijſſet,vbi per confeſſionē delinquentis ſibi conſtaret de delicto,quia iudex ubi ſibi conſtat de delicto per confeſſionē delinquentis,poteſt cōdemnare delinquentē ad rei reſtitutionē, & dāni Chaſſa.d.conſi.40.nu.3. Bar.l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.Bald.l.qui cōmunē col.fi.C.qui accuſ.poſſ.Felin.c.cum oporteat de accuſat.

3 ¶Et ſtatur † iuramento puellæ, vel mulieris ꝙ eſſet uirgo contra ſtupratorū,ſeu uiolentum aut defloratorē,probato

tamen

tamen prius ſtupro,vel vi,vel violētia,ſeu coitu.Card.in c.1. de adul.Barb.in addit.ad Bal.in c.iniuria.in tit de pac.iurament.firmand.D.Iod.Damhouderius ca.29.in rub.de ſtupro.nu.12 in fi.Barth.Chaſſa.rub.des iuſtices, & droictz di celles ver.& droictz dicelles.nu.38.Alex.cōſ.229.Ponderatis nu.2.vol.6.Et ſicuti † contra furem poteſt iurari in litē l.cum furti ff de in lit.iur.Ita etiā poterit iurari in litē contra deſloratē virginē, per virginem deſloratā quia deſlorās virginem dicitur committere furtum virginitatis & habēs arbitriū cōtra fures, & latrones,cenſentur habere arbitriū, etiā cōtra deſlorantes virgines.Ang.in auth.de len.per illū tex.ver.caſtitatis furtum.Cæpo.in l.1.nu.91.uerſ.dubitari.

4

5 ¶Deſlorans † virginem,ſiue per uim,ſiue per ſeductionem, aut deceptionem,vel perſuaſionem,verbis blandis,aut pretio,vel promiſſionibus, aut leocinio factā,ſiue etiā abſque præmiſſis aliquis deflorauerit uirginem etiam ſponte acquieſcentem dicitur delinquere, & eſſe in dolo,& tenetur illam in uxorem accipere, & dotare, uel maiorem dotem illi dare,quàm expoſcat qualitas uirginis defloratæ,& caſtigatur corporaliter.Abb.d.ca.1.nu.2.& 4.per illum text.de adult.Ergo in ipſis omnibus caſibus, & quolibet ex ipſis, creditur iuramento mulieris quòd eſſet uirgo, & quid, & quantum eidem debeatur pro dote maiori per maſculum, qui eam etiam ſponte acquieſcentem deflorauit:ut dixi ſuprà nu.1.uer.unde & nu.3.uerſ.& ſtatur.& num.4.Bartol. Chaſſ.dict.conſi.40.Dixi.

SVMMARIVM.

1 *Rationum librum, vel inuentarium producere obligatus tenetur ea producere in forma ſolenni & conſueta,nec alias excuſatur: quin contra eum in litem iuretur.*

2 *Accuſator damnum paſſus ſi ante præſtitum in litem iuramentum decedat,eius mors pro iuramento habetur.*

3 *Præſumitur pro actis, & ſcriptura defuncti, niſi ius ſit tertio quæſitum.*

4 *Iuramentum ab homine alioni delatum, ſi antequam præſtet,moriatur, non tranſit ad hæredes.*

5 *Vbi is qui tenetur ad factum contumax eſt, contra eum in litem iuratur, vbi actor hoc maluerit.*

§. XXXV.

§. XXXV.

1 TRIGESIMOSECVNDO † amplia iſtã l.ſi quando & d.ca.ſi.& d.l.in actionibus & d.l.tutor qui reper.& omnia iura violentia iurari in litem cõtra ſocium, vel fœneratorem, vel omnem adminiſtratorem rei communis, vel alienæ, niſi producãt librum rationum, & inuentarium, prout ſup.nume.194.procedere ꝙ tenentur producere librum rationum in forma ſolenni, & conſueta rationum totius geſtionis, & negotiationis factum, nec excuſantur producendo cartulas, ſeu foliatias, ſeu per functorias ſcripturas in hoc producendo,& dicendo,quòd nullum alium librum rationum ſolenniter confecerunt ex quo tacitè videtur mandatum quòd conficiant librum ſolennem rationum, cum ita ſe habeat cõſuetudo. Et ſi non fecerunt ipſum inuentarium,& librum rationum in forma ſolenni,poterit contra eos in litem iurari, perinde ac ſi nullum inuentarium, & librum rationum confeciſſent,etiam quòd ipſas cartulas ſeu foliatias, & ſcripturas perfunctorias producerent. Bald.conſ.152.Ad euidentiam vol.3.Iac.Butr.&.alij in l.1.C.de edend.Et non ſufficit libros rationum per eos produci, niſi etiam reliqua in medium proferant,& reſtituant:quia aliter non uidetur reddita ratio, alioquin poteſt iurari contra eos in litem. Bald.d. conſ.152.per text,in l.boues.§.fi.ff.de verbo.ſignifi.& in l. qui ſub conditione reddendarum rationum ff.de condi.& demonſtr.& in l.cum ſeruus.ff.de man.vin.

2 ¶Trigeſimotertiò † amplia iſtam l.ſi quando & d.l.in actionibus & d.c.ſi.& omnia iura, ac ſtatuta violentia credi iuramento damnum paſſi vel alterius quærelantis, aut accuſatoris procedere etiam ſi eſſet data petitio,querela, vel accuſa,& mortuus eſſet actor,vel querelans.aut accuſator ante præſtitum iuramentũ:quia eius mors habetur pro iuramento in omnibus vbi requiritur iuramentũ Mag.& excellentiſſimus præceptor meus lumẽ, & decus iuris Ciuilis,& Canonici,& eloquẽtiæ fons vberrimus,D.And.Alc.in trac. præſumptionum in 3.reg.præſumpt.in præſump.4.nu.5. verſic.ad idem & ſequitur Crau.in tract.de antiq.temp.vbi

D.And.

D. And. Alc. & Crau volunt quòd ibi eſt ſtandum libro rationum: puta, tutoris, vel mercatoris in paruis cũ hoc quod iuret, quod eſt ſtandum abſque eius iuramento, vbi fuit mortuus,
3 cum † præſumatur pro actis & ſcriptura defuncti, ex quo non præſumitur immemor ſalutis æternæ D. Alciat. d. verſic. ad idem. Hippol. rub. ff. de fideiuſſ. colum. 7. & 8. & 9. Quod tamen limita vt per Dom. Alciat. in d. ver. ad idẽ. vbi ponit caſus, quibus nõ creditur iuramento defuncti: puta, ſi ius eſſet quæſitum tertiò. puta, ſi iudex, vel teſtis, aut notarius in mortis articulo diceret ſe tuliſſe ſententiã iniuſtam, vel falſum teſtimonium, vel inſtrumentũ falſum confeciſſe: nam illi nõ crederetur, & eſt com. opi. Alci. in d. præſump. 4. in fi. Alc. in l. ſciendum. ff. de verbo oblig. Fel in c. exhibita. de homi. laſo. in l. 1. ff. de eo per quem factum erit iuramen-
4 tum † tamen delatum ab homine alicui qui antequàm illud præſtet moriatur, non tranſit ad eius hæredem, quia ipſe hæres non poterit iurare. tex. in d. l. generaliter. & ibi no. Bal. & etiam illud docet Bal. in l. in bonæ fidei col. 4. verſi. quarto inſpicitur ibi, hinc eſt. C. de reb. cred. & iureiur.
5 Trigeſimoquartò, † amplia hanc l. ſi quando. & d. l. in actionibus. & d. c. fi. & alia iura ſimilia. Et dicas, quod iuratur in lite cõtra illũ qui preciſè tenetur ad factũ & à iudce condemnatus ad illud faciendum, non facit illud, ſed cõtumax eſt. Et hoc vbi actor maluerit iuratur in litẽ. D. Ioã. Millæus in praxi criminis pſequẽdi. gl. ver. ad carceres fol. 31. nu. 25. & 26. & 27. per gl. l. ſi hi. C. locati. & in l. ſi cui. §. 1. ff. locati. Eſt ergo in electione actoris agendo cõtra illũ qui præciſè ad factum tenetur, an uelit agere ad factum præciſè, vel ad intereſſe l. ſtipulatio. §. ſiue ff. de noui oper. nuntia. iuncta gl. verbo, placuerit. & in l. ſed & hæc. §. fi. ff. de procuratori. & in l. ſi cum exceptione. §. perinde. ff. quod met. cauſ. Bar. l. conſentaneũ. C. quom. & quand. iud. l. 3. §. ſi ad diẽ. ff. de re mili. ca. ſi quis aũt diſt. 10. c. adminiſtratores in fi. 23. q. 5. Millæus d. gl. ver. ad carceres. Et ubi actor elegerit condemnati rerũ ad factũ præciſe, põt illũ condemnatũ in carcere vel cõpedibus detineri facere etiã in ciuilibus d. l. ſtipulatio. § ſiue iuncta gl. verbo, ſiue. Bal. l. ſi ob. C. de exec. rei iud. Millæus d. gl. ver. ad carceres. & vbi is qui tenetur pciſe ad factũ cõtumax

eſt,

eſt, iuratur in litem contra eum, vbi actor hoc maluerit. Millæus d.glo.ver.ad carceres text.in d.l.qui reſtituere.

SVMMARIVM.

1 *Iurari poteſt in litem contra ſubtrahentem mihi facultatem probandi, vel facientem probationem meam difficilem.*

2 *Probandi facultatem aduerſario ſubtrahens, perdit cauſam.*

3 *Portans aliquid contra prohibitionem ordinum, non permittens perquiri, ſed reſiſtens, vel aufugiens, grauiter punitur.*

4 *Lacerans ſcripturas alienas quando non teneatur ad id, quod in litem contra eum iuratum fuerit.*

5 *Procurator fiſcalis ſi laceret informationes, non oritur indiciũ cõtra accuſatum, nec contra eũ poteſt in litẽ iurari, niſi conſcius fuerit.*

§. XXXVI.

1 TRIGESIMOQVINTO † amplia præmiſſa iura, & dic, quòd poteſt iurari in litem contra ſubtrahentem mihi facultatem probandi, vel facientem probationem meam difficilẽ. Et ideo ſi quis teſtes meos ne proferant teſtimonium verberauerit, vel illis fuerit minatus, vel eos ſubornauerit, vel ſcripturas, vel inſtrumenta, vel chyrographa lacerauerit, vel combuſſerit, vel celauerit, aut ceſſauerit, potero contra talem præmiſſa facientẽ, vel mandantẽ ea fieri in litem iurare, probando ex ipſo iuramento, ius meum, dominij, & poſſeſſionis, creditum, & omne aliud ius meum, ac tenorem, & valorem ipſarum ſcripturarum, etiam ſi lacerans, vel ſubtrahens mihi probationes eſſet minor, quia illi in hoc non parceretur, ex quo eſſet in dolo, & non poſſet reſtitui in integrum. Deci.conſi.521.Conſultus colum fi.Bal.l.ſi de poſſeſſione.C.de prob.& conſi.80. Principalis col.1.vol.3.& conſ.152.Ad euidentiam col.11. vol.3.& in l.1.verſi,ſed hic.C.de fid.inſt.& in l.qui accuſare verſic.item dico vbi Alex.& alij.C.de eden.Dec.l.ſi quid id, quod col.7.ff.de iuriſ.om.iu.Ab.ca.accepimus de fid.inſt. Crau.conſi.6.Plura.Cur.in l.admonendi nume.143.ver.2. aliud vbi Rom.& alij.ff.de iur.Abb.conſi.109.Circa in fi. vol 2.Iaſ.d l in actionibus nu.17.ver.4.not.

2 ¶Subtrahens enim † aduerſario facultatem probandi, perdit cauſam. Socin.l.1.§.ſi reus nume.2.ff.de eo per quem factum

factum erit. Innocent. c. intimauit. de teſt.

3 ¶Portans aliquid † contra prohibitionem ordinum, non permittens perſcrutari; & perquiri, ſed reſiſtens, vel aufugiens grauiter punitur, nec requiritur alia probatio. Bart. l. 3. C. de cur pub lib. 12.

4 ¶Fallit vbi liquidò † per teſtes probàretur, ꝙ in ſcriptura lacerata non continebantur ea quæ actor vult iurare, quia tunc contra lacerantem non ſtatur iuramento in litem. Craue. d. cõſ. 6. Plura. nu. 70. ver ſed eſto tollitur. n. præſumptio q̃ erat cõtra lacerantẽ per contrarias probationes l. fi. in prin. ff. qđ met. cau. l. nuptura in fi. ff. de iur. dot. tex. hic.

5 ¶Fallit reſpectu † tertij non lacerantis de cuius mandato nõ conſtat: quia cõtra eũ in litẽ iurari nõ poteſt, nec oritur indiciũ, & proptetea ſi procurator fiſcalis lacerauerit informationes, nõ oritur indiciũ contra accuſatũ, nec contra eũ poteſt in litem iurari, vbi nõ conſtat, ꝙ ipſe conſcius fuerit Crau. latè d. conſi. 6. col. 15. ver. non obſt. ſecundum arg. de. laceratione nu. 68. 69. & 70. facit rub. C. res int. alios acta.

S V M M A R I V M.

1 *Iuratur in litem contra mendacem, tanquàm contra doloſum.*

2 *Poſitiones ſui facti veras negans, dicitur falſum committere.*

3 *Aduocati qui inſtruunt ſuum clientem ad negandum poſitiones veras tenentur ad damna partis, cõtra quarũ negatæ ſunt poſitiones.*

4 *Iudex poteſt facere præceptum pœnale parti, vt verè ac iuſtè reſpondeat poſitionibus.*

5 *Negans poſitiones factas ſuper facto proprio, ſi conuincatur de mendacio, poterit per ponentem in litem iurari contra negantem ſuper damnis, expenſis, & intereſſe ponentis.*

6 *Negans factum ex quo debitum reſultat, ſi in eo conuictus fuerit de mendacio, ſuper quantitate & æſtimatioue, & intereſſe ſtabitur iuramento actoris ponentis.*

7 *Super maiori quantitate, & pretio rerum furto ſubtractarum ſtatur iuramento actoris.*

8 *Iudex ex officio de quantitate, valore, & pretio rerum ſeſe informat conſtito per teſtes de debito, licèt ignoretur quantitas.*

9 *In delictis ſufficit probare delictum; licet non probetur ſubſtantia debiti, nam tunc ſtatur iuramento meo tam ad probationem ſubſtantiæ, quàm quantitatis, & pretij rerum.*

Negans

10 *Negans inventionē actoris, & de mendacio conuictus, ſi modo velit conficere, an actor poſſit in litem iurare tam in actionibus ſtricti iuris, quàm bonæfidei concurrente difficultate probationis.*

11 *In cauſis magnis poteſt iurari, in ſupplementum probationis contra eum, qui in alio conuictus fuit de mendacio.*

12 *Debitor vendens rem alteri obligatam, & aſſerens illam eſſe liberam, tenetur pœna falſi & contra eum in litem iuratur.*

13 *Debitor vendens rem alteri obligatam, & diſſimulans eam eſſe alteri obligatam tenetur pœna arbitraria ex crimine ſtellionatus & contra eum in litem iuratur, & quid ſi promiſerit eam liberare, caſu quo eſſet obligata.*

14 *Dans vnam rem pro alia committit crimen ſtellionatus, & contra eum in litem iuratur.*

15 *Affirmans pro vero, quod non eſt dicitur, in dolo & contra eum in litem iurari poteſt.*

16 *Mendacium dicens abſque dolo, excuſatur, & contra eum in litem iurari non poteſt.*

§. XXXVII.

1 TRIGESIMOSEXTO † amplia hanc l.ſi quando. & d.c.fi.& d.l.in actionibus.& omnia iura ac ſtatuta, dantia facultatē iurandi in litem, vel aliud iuramentum præſtandi contra doloſum, quòd procedant etiam contra mendacem, cum ex mendacio arguatur, & probetur dolus l. ſi quis affirmauerit.§.1.l.quod venditor.§.1.l.eleganter.§. idem Pomponius.ff. de dolo l.falſus.§.ſi quis.ff. de furt. Ergo contra mendaces tanquàm contra doloſos iurari in litem poterit d.l.in actionibus. Socin.conſi.213.Conſiliis col.3.num.5.verſi.conuincitur etiam dolus ex quo deprehenditur in manifeſto mendacio vol.2.Ancha.conſi.316. In cauſa col.1.verſi.prætereà circa Paul.de Caſtr.conſi.87. Quantum ad contenta col.2.verſ & licet vol.2.& conſ.331. In cauſa Silueſtri col.2.in fi.vol.1.& conſi.302.Ego vol.1. Dom.Aymo.Crau.clariſſ.& certiſſimus legum vates, & noſtri temporis moderniorum Docto.ſidus fulgentiſſimum. in 1.part.de antiq.temp.in part.quę incipit vidimus.nu.16. in fi.& dixi ſupr.§.Dicam cum Virgiliana Didone.nu.12.

verſ.

verſ.leges. Nam doloſi, mendaces & decipientes dicuntur
2 in dolo. Imol.conſ.78.nu. 3.& 9 Si quis negauerit,† poſitiones eius facti proprij, vel alterius facti, quod ſcit eſſe verum, dicitur eſſe in dolo, vbi conuincatur de mendacio, cum negando poſitiones vbi ſint veræ falſum, cōmittatur. Et ideo malè faciunt aliqui iniqui aduocati, & iniqui quidam procuratores, & peſſimi ſollicitatores aliqui, qui inſtruunt clientulum ſuum ad negandū poſitiones, dicendo eorum clientulo ſi illas fateris perdes cauſam non autē dicunt,& ſi eas negabis perdes animā, quæ eſt cunctis, rebus
3 præferenda. Et aduocati,& procuratores † qui docēt negari poſitiones veras tenentur ad damna illius cōtra quē negatæ ſunt poſitiones: puta, expenſas factas in probando poſitiones veras negatas, & ad reſarciendū damnū amiſſionis cauſæ, vbi ob poſitiones veras cauſa fuit amiſſa ꝑ ponentē. Et ideo ſolent cauti iudices quando eſt reſpondendū poſitionibus, expellere aduocatos, & procuratores,& ſollicitatores, & cogere partem ad reſpondendū poſitionibus, cum pars à ſe ipſa illis teneatur reſpondere. ita dicit gl. in c. 1. de
4 confeſ.in 6.& iudex † pōt facere præceptū pœnale parti, vt ſub pœna aureorū centū verè ac iuſtè reſpōdeat poſitionibus. Iaſ.l.nec quicquā.§.vbi decretū nu. 17.ver.ideo adde.ff. de offic.proconſ.& leg.Nic. de Neap.l.ius alimētorū.§.1.ff.
5 vbi pup.educ.deb.Et vbi † negans poſitiones factas ſuper facto proprio negantis, vel alterius, ꝙ ſciat negans, eſſe verū, conuincatur de mendacio,& ſic probentur poſitiones eſſe veræ, poterit iurari in litē per ponentē, cōtra ipſum negātē, ſuꝑ damnis, expenſis,& intereſſe ponētis,& ſuꝑ aliis. Anch. d.conſ 316. In cauſa col.1. Soc.d.cōſ.213. Cōſiliis col.3.ver. cōuincitur.& col.pe.verſ.4. quia.& ver.quintò & vlt.vol.2. tex.d.l.in actionibus.& d.l.nummis. vbi glo.fi.in fi.ff.de in lit.iur.& vide ſupr.in d.§.dicam num.13. verſic. Leges.
6 ¶Ergo † ſi reus cōuentus negauerit debitum,& ſic petitionem, uel poſitiones ſibi factas ſuper eius debito: puta, quia negauit ſe pecunias, uel alias res habuiſſe mutuo, uel in depoſitum aut cōmodatū, uel in alium titul.& de hoc conuincatur de mendacio, quia per teſtes, uel ꝑ acta, probatur de veritate debiti: puta, quia dicūt, teſtes, ꝙ uiderūt res dari, uel

pecunias

pecunias numerari,licèt non probetur certa quantitas,nec æſtimatio ipſarum rerum, vel pecuniarum, quia forte teſtes dicunt, non recordari, vel ad hoc non animaduertiſſe, tamen ſuper quantitate, & æſtmatione ipſarum rerum, & pecuniarum, ſtandum eſt iuramento actoris, uel creditoris petentis, ſufficit enim contra mendacem probari ſubſtantiam debiti, ſeu quod eſſet debitum, vel quod fuerit numeratum,uel datum, vbi per reum conuentum, uel debitorem iſta fuerint negata, & hoc probato, ſtari debet ſuper quãtitate,& qualitate debiti,& quantitate, & pretio rerum,& pecuniarũ, ac intereſſe iuramento actoris,vel creditoris petẽtis. Rain.de For.& Doct.in l.1.ff.de in lit.iurand. Crau.tracta.de antiq.temp.in part.quæ incipit, Vidimus nu.9.ver.ſecundo.limitatur. & nu.10.verſi.ſed pro hoc dicto. cum ſeq.uſque ad nu.19.Dec.conſi.146. Et pro tenui. col.5.in fi.verſ.ex eo, quod voluit ſing.Rain.& Dec.d.l.in actionibus col.4.num.13.in fi.ver.Et ulterius in caſu.ff.de lit.iur.Et ſequitur iſtud dict.Rain.Bar.concurrentibus.alijs coniecturis. in l.admonendi col.8.in fi.nu.40.uerſ.quæro quid ſi teſtis deficiat in dicto. & ibi alij Mod.ff.de iureiur. & idem Deci.l.certi condictio.§.quoniam col.3.circa medium.ff.ſi cer.petatur.& in l.fi.col.fi.C.de eden.& in c.1.de prob.Cæpol.cautel.211.incip.Aliquis mutuauit.Corn.con ſi.318.Pro vecturali.in fi.vol.4.Et debent intelligi prædicti Doct.& iura per eos allegata, videlicet, vbi reus conuentus negaſſet debitũ, ſeu factum, ex quo debitum reſultat,& de eo fuiſſet conuictus de mendacio: nam tunc ſuper quantitate, & pretio rerum,ac pecuniarum & intereſſe ſtari debet iuramẽto actoris,uel creditoris petẽtis.quòd patet, ex quo loquuutur,ubi per teſtes, aut acta fuiſſet probatum de debito: puta,quod fuiſſet probata numeratio, licèt non conſtet de quantitate.Et ſic præſupponunt debitum,uel numeratum in totum fuiſſet negatum, tam reſpectu debiti, & numerati,quam eius quantitatis, alioquin teſtes non fuiſſent examinati ſuper debito,uel numerato, & ita ponderat D.Aymo.Cra.in d.uerſ.ſecundò limitatur.in fi.nu.15.uer. ſecundo reſpondeo.& ita loquuntur Doct.ipſi.

¶ Sed vbi reus conuentus non eſſet mendax, & ſic non negaret

garet debitũ,vel numeratũ factum fuiſſe, ex quo fateretur quidẽ debitum : ſed nõ fateretur fuiſſe in tanta quantitate prout aſſerit creditor,tunc etiam ꝙ per teſtes,vel acta,probaretur de debito,& per teſtes de quantitate nihil probaretur,nõ debet ſtari ſuper quantitate iuramento actoris, aut creditoris.D.Fran.Purpuratus in d.l.admonendi nu.265. vbi alij Mod.ff.de iur.Crauet.d.verſ.ſecundò limitatur . & d.verſic.ſecundò reſpondeo . niſi concurrerent aliæ coniecturæ pro eo:puta,quia per teſtes probaretur,ꝙ debitor re quirebat mutuo illã quantitatẽ.Craue.d.ver.ſecundò limitatur.in fi.nu.10.verſ.ſed pro hoc dicto.Alex.conſ.69.Viſa col.pen.nu.7.ver.comprobantur vol.2.Ant.de Butr.c.fi.de iureiur.per c.ex literis de iureiur.Bar.l.admonendi nu.40.

7 ¶Fallit vbi licet † reus conuentus,vel debitor, licèt non negauerit factum , & debitum , & ſic vigore talis negationis facti, non fuit in dolo : quia illud faſſus fuit tamen fuit in dolo faciendo factum ipſum per eum confeſſatum : puta, quia reus fatetur ſe furto ſubtraxiſſe res , ſed non in tanta quantitate,& æſtimatione,quantum aſſerit actor,vel creditor.Nam tunc ſuper maiori quantitate,& pretio rerum furto ſubtractarum , ſtatur iuramento actoris aut creditoris. Ancha.conſi.316.In cauſa.Soc.conſi.213.Conſiliis vol.2.

8 ¶Fallit † etiam , quia conſtito per ipſos teſtes , vel acta de debito,aut rebus,vel numerato , licèt ignoretur quantitas, vel valor, ſeu pretium pecuniarum , & rerum poteſt iudex ex eius officio, de quantitate valore, & pretio rerum ſeſe informare.Soc.conſi.155.Præſtantiſſime nume.4.vol.2.l.ſi quod ex Pamphila.vbi Bar.ff.de leg.2.

9 ¶Et præmiſſa † procedunt , vbi ſumus in contractibus, & non in delictis,nec violentiis : quia tunc ſaltem de debito, aut ſubſtantia debiti negati , debet probari ad hoc vt ſtetur iuramento creditoris ſuper quantitate Bar.d.l.admonendi nu.40.ver.quæro quid, ſed in delictis,vel violentiis,ſufficit probare delictum,ſeu violentiã,licèt non probetur ſubſtantia debiti. nam ex eo quod probo violentum ingreſſum in domum meã,vel caſtrum meũ,ſtatur iuramento meo,tam ad probationẽ ſubſtantiæ, quàm quantitatis,& pretij rerũ, & bonorũ,licèt nõ probem ꝙ in caſtro, vel domo haberem

bona, quamuis iuramentum ipſum per iudicem ſit moderandam præuia eius taxatione, vt dicit Crauet.in d.ver.ſecundò limitatur in fi.nu.1 .verſi.non obſt.quòd talis. ibi, nam ex eo per tex.in tract.l.ſi qua ndo C.vnde vi.& eſt com. opin.& pro hoc faciunt ea quæ dixi ſuprà in §.In depoſiti etiam actione nu.6.ver.ſi per teſtes.& ver Et quamuis glo.

10 ¶Contra negantem † intentionem agentium ſi de mendacio vel periurio conuincatur etiã reſpectu negationis po ſitionum,vel alio reſpectu,omnia iura præſumunt. Et agentes poſſunt iurare in litem contra ipſos negantes cõcurrente dolo de quo cõnſtat ex mendacio ,& difficultate probationis,etiam quòd prius negans vellet modo cõfiteri. Pau. de Caſt.d.conſ.302.Ego Pau.vol.2.vbi allegat d.l.in actionibus.cum l.ſeq.ff.de in lit.iur.& hoc vbi ſumus in actionibus, vel iudicijs ſtricti iuris,: quia in actionibus bonæ fidei ſufficit dolus,vel mendacium, aut mora,abſque difficultate probationis: vt poſſit iurari in litem l.nummis. & d.l.in actionibus.vbi Doct.ff de in lit.iur.per illum text.

11 ¶Licèt in cauſis † magnis etiam ciuilibus ex unico teſte,uel ſemiplena probatione non poſſit iurari in ſupplementum probationis. Iaſo.& Doc.in l.admonendi.ff.de iur.Tamen, etiam in cauſis magnis iurari poteſt in ſupplementum contra eum qui in aliquo cõuictus fuit de mendacio,vel periurio concurrentibus tamen alijs de quibus per Pau de Caſt. in d.conſ.302.Ego. & in d.conſi.87.Quantum ad contenta col.2.uol.2.& conſ.331.In cauſa Siluestri.col.2.in fi.vol.1. facit text.in auth.contra qui propriã.C.de nõ nu.pec.& in l.cum de indebito.ff.de probatio.ſequitur Crau.in 1.part. de antiq.temp.in part.quæ inci.vidimus. nu.16.cum ſequ.

12 ¶Debitor † vendens rem alteri obligatam aſſerens illam eſſe liberam,& nemini obligatã,dicitur mendax, & tenetur pœna falſi.text.& glo.& Bart.l.ſi à debitore.ff.de falſis.D. Antonius Negusantius in 1.mem.3.part.prin.nu.21.veſic. item adde.Magni.D.Iodocus Damhouderius Brugen.Iurecon.æterni nominis Cæſaris Conſiliarius optimus in eius diuino Enchiridio,ſiue praxi criminali,ſub rub.de falſitate per conſenſum:ergo cõtra eũ poterit iurari in litẽ,pro damnis,& intereſſe emptoris vel cõtrahentis cũ eo.d.l.in actio-

nibus

nibus. Sed quando † non exprimit illam eſſe liberam, ſed diſſimulat, illam eſſe alteri obligatam, & reperiatur alteri obligata tenetur pœna arbitraria ex crimine ſtellionatus, tex. cum gl. in l. 3. ff. de crimi. ſtellionatus. & in l. 1. §. 1. ff. de pignoractione D. Antonius Neguſantius d. verſ. item attende in fi. glo. d. l. ſi à debitore ergo contra eum iurari poterit in litem gloſſ. d. l. nummis in fi. & tex. & Doc. in d. l. in actionibus. ſed ſi dixiſſet illam nõ eſſe alteri obligatã, & ſi contrarium appareret, promiſit illam liberare, & hoc faciat, euitat pœnam falſi glo. d. l. ſi à debitore. Negu. d. ver. item attẽde.

14 ¶Committens † mendacium in dando vnam rem pro alia, dicitur committere crimen ſtellionatus l. 3. §. 1. ubi text. & gla. ff. de crim ſtellio. Neguſantin 1. memb. 5. part. prin. nu. me. 19 & 20. uer. ſexto quæritur cum ſeq. in tract. de pign. & hyp. ergo contra eum tanquam doloſum iurari poterit in litem d. l. in actionibus. ff. de in lit. iur.

15 ¶Affirmans † pro uero quod non eſt: puta, aliquem eſſe ui rum probum, vel animal bonum non morboſum, ubi non ſit, dicitur in dolo l. ſi quis affirmauit. ff. de dol. & affirmans uas eſſe integrũ, ſeu bonũ, vbi non ſit tenetur ad intereſſe, & dicitur in dolo tenetur. §. ſi uas uer. ſed ſi uas mihi. ff. de actio. empt. Dec. l. 1. in 3. lect col. pen. nu. 88 uerſ. in glo. ibi, quia. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. Ergo contra eum in litem iurari poterit probando damna ac intereſſe ex ipſo iuramento gloſſ. in d. l. nummis in fi. text. & Doct. in d. l. in actionibus. ff. de in lit. iur.

16 ¶Limitantur † non præmiſſa procedere ubi quis mendacium dixiſſet abſque dolo, putas dicere ueritatẽ, ex aliqua cauſa colorata: quia tunc excuſatur à dolo, & contra eum non poteſt iurari in litem: Bal c. 1. §. uaſallus col. 2. in tit ſi de feud. fue. contro. int. do & uaſ. Cor. cõſil. 334. Videtur col. antep. uol. 3. Cotta mem uer mendax & uer. negans facit l. igitur. §. 1. ff. de libe. cauſa iuncta d. l. in actionibus.

SVMMARIVM.

1 *Iurare quis poteſt illud eſſe verum quod non vidit ſed ab his qui interfuerunt, eorum iuramento accepit.*

2 *Contra contumacẽ probantur damna & intereſſe iuramẽto actoris.*

3 *Contra calumnioſum litigatorem poteſt in litem iurari ad probationem intereſſe.*

4 *Expenſæ litis probantur iuramento partis vincentis præuia iudicis taxatione.*

5 *Calumniam in ciuilibus ſi non poteſt expenſas ſoluere poteſt detineri,& puniri iudicis arbitrio.*

6 *In expenſis litis quæ connumerentur.*

7 *Succumbens tam in ſententia diffinitiua, quàm interlocutoria debet in expenſis condemnari.*

§. XXXVIII.

1 TRIGESIMOSEPTIMO † amplia, ꝙ qui libet qui alias pōt iurare in litem, vel in ſupplementū, vel aliud iuramentū etiā veritatis, contra aliū præſtare, ꝙ poſſit dictū iuramentū præſtare etiam ꝙ iurare volens per iuramentū in litem veritatis, vel in ſupplementū, vel per aliud iuramentum, non vidiſſet eſſe verum illud, quod vult iurare, vbi ab illis qui viderunt, vel negotio interfuerunt, ita acceperunt cum eorum iuramento, vel per confeſſionē partis ita eſſe audiuerunt. Ioan.de Imo.conſ.147.In cauſa inter col.2.verſi.nec dicat.ibi, ſed cū peterent. Alex.conſ.69.Viſa col.fi.ver.nec obſt.ei vol.2.Et hoc procedit etiā ſi iurare volens reſpondiſſet poſitionibus partis contrariæ,dicendo ꝙ non vidiſſet actum,nec negotiū, nec res pro quibus vult iurare:quia poſſet nihilominus iurare. Alex.d.verſi.nec obſt. ei.Nam & iudex qui iudicat de veritate, iudicat de illa, etiā quòd eam non viderit, dummodo ita ab his qui viderunt cum iuramento percipiat. Ioan.de Imo.d.ver.ſed cum peterent facit l.3.§.quacunq; & l.iuſiurandū,& ad pecunias.§.1. verb.certioretur.ff.de iur.Inn.c.cum in cauſa col.2.verſic. illud de iur.cal.Sit tamen cautus iurare volens quòd non dicat uelle iurare de credulitate,ex quo iuramentum credulitatis non admittitur,ſed ꝙ dicat, ꝙ vult iurare de veritate.Io.de Imo.d.conſ.147.In cauſa col.2.uer.nec dicat.

2 ¶Trigeſimooctauo † amplia, ꝙ etiā propter contumaciam poſſit in litem iurari contra contumacē probando damna, ac intereſſe,& expenſas ex ipſo iuramento.Bal.c.1.col.pen. nu.14.

nu.14.uerſ.nota propter.ſi de inueſt.inter domin.& uaſal lis oriat.per illum tex.Abb.c.dilecti filij col.fi.num.12.ver. inquantum.ibi,ſi autē ſurgeret in iudicio ratione tuæ contumaciæ.de for.comp.l.2.ff.de in lit.iur.Nam & contumax non auditur niſi prius ſolutis expenſis ſequutis ratione contumaciæ ſuæ, liquidandis iuramento partis cōtra eum præſtandis l.ſancimus.C.de iud.vbi text.Bar.Pau.de Caſtr. Iaſo.& alij, contumacia enim dicitur dolus, ac delictum l. omne delictum.ff.de iudic.toto tit.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.vbi text.Bar.Iaſ.& Mag.D.Cam.Plaut.Doct.egregius,text.in l.qui reſtituere.ff.de rei vend.

3 ¶Trigeſimononò † amplia,quòd ratione temeritatis,vel calumniæ,qua quis fuit vſus in iudicio,temerè,vel per calumniam,litigando, ꝙ poteſt contra eum in litem iurari, probando ex ipſo iuramento damna,expenſas litis,ac intereſſe ſequuta ob ipſam litem temerè,vel per calumniam factam. Abb.d.c.dilecti filij col.fin.verſi.ſi autem ſurgeret. de for. compe.d.l.ſancimus.& l.properandum. vbi text.Bar.Iaſ.&
4 Doct.C.de iud.not.in c.fi.de dol.& contu.Expenſæ † enim litis probantur iuramento partis vincentis præcedente tñ prius taxatione iudicis,& non ſubſequente, & eſt cōmunis opi.Iaſ.d.l.properandum.§.ſiue autem alterutra. per illum tex.num.28.verſ.ſecundò nota.ex hoc. per illum text.C.de
5 iudi.Alb.d.l.nummis.ff.de in lit.iur.Et † calumnians in ciuilibus ſi non poteſt expenſas ſoluere, poteſt detineri, & puniri iudicis arbitrio. Spec.tit.de expenſis.§.poſtremò dicen
6 dum.ver.hoc quoque ſciendum. Et in expenſis litis † ratione victoriæ, debentur expenſæ litis, & damna reſpicientia perſonam victoris:puta,ſi erat artifex,qui ob litem non potuit in ſuo artificio laborare,ſed in expenſis ratione contumaciæ,vel proceſſus retardati,debentur damna indiſtinctè. Iaſ.d.§.ſiue autem alterutra. & etiam expenſæ hoſpitij debentur deducto eo quod domi cōſumptum fuiſſet.Iaſ.d.§. ſiue autem alterutra col.6.nu.14.in fi.verſ.nota etiā in hac
7 materia. Et in † expenſis cōdemnari debet ſuccumbens nō ſolum in ſententia diffinitiua, verum etiam in omni interloquutoria, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt, & hoc indiſtinctè Iaſ.d.l.ſancimus col.fin.ver.tu autem teneas.C.

de ind. & eſt com. opi. Iaſonis dicto. §. ſiue autem alterutra nimirum. verſi. ſexto quæro. Et hoc idem volunt Bald. Ang. Areti. Salicetus & Alexand. in d. §. ſiue autem alterutra.

S V M M A R I V M.

1 *Prædones poſſunt in litem iurare contra non reſtituentes ſibi res, quas eis dederunt in depoſitum, vel commodatum, &c.*

2 *Contra rumpentem fidem iurari poteſt in litem.*

3 *Fidem non ſeruans incidit in crimen ſtellionatus, & efficitur infamis, & peccat mortaliter.*

4 *Fidem non ſeruans ex aliqua iuſta cauſa, excuſatur à dolo, & contra eum in litem non iuratur.*

5 *Probatio bonæ vocis, conditionis & famæ in genere non tollit ſpecialem probationem doli, & facultatem iurandi in litem.*

6 *Actio de dolo licet nõ ſit bonæ fidei, nec in rẽ, tamẽ in ea iũ li. iurat.*

7 *Regula quòd credatur iuramento damnum paſſi contra doloſum procedit, etiam ſi dolus probetur per teſtes domeſticos actoris.*

8 *Regula prædicta procedit etiam, quando dolus probaretur ex indicijs.*

9 *Iurari in litem poteſt contra doloſum, vel in ſupplementum probationis coram quocunque principe, vel iudice.*

10 *Iuramentum in litem, vel in ſupplementum probationis an poſſit præſtari coram arbitratore.*

11 *Minor viginti quinque annis adultus tamen, delictum committens, non excuſatur, quin contra eum iurari in litem non poſſit.*

12 *Iuratur in litem etiam contra militem.*

13 *Miles rẽ ſuã ab alio poſſeſſam inuadens, quãdo à violẽtia excuſatur.*

14 *Iuramentum in litem habet locum inter condominos, & ſociorum contra ſeipſos, nedum contra extraneos.*

§. XXXIX.

1 QVADRAGESIMO amplia, quòd etiam non domini iurare poſſunt in litem puta, prædones, & latrones, ac fures, cõtra non reſtituentes ſibi res, quas eiſdẽ non reſtituentibus dederunt in depoſitum, vel cõmodatum, vel per alium titulum vel contra alium contrahentem, qui ſit in dolo, vbi præmiſſi agunt ex contractu per eos celebrato: puta, ex commodato, depoſito, vel locatione, & ſimili, contra commodatarium, depoſitarium, conductorem, & ſimiles

ſimiles q. nõ poſſunt referre quæſtionẽ dominij q. l. ſi quis, cõditionis titulo. C. loca. & per l. cõmodare. ff. cõmmo. ita dicit Bar. in d. l. cõmodare in fi. nu. 3. ver. quæro ſi cõmodatarius. ff. cõ. ſed tũc an res vel poſſeſſio tantũ quæ ad actorẽ ſpectabat æſtimetur, uide per Bart. in d. l. cõmodare in fin.

2 ¶Quadrageſimoprimo † amplia, q̃ vbicunque agitur contra illum qui fidem datam rupit, vel pacta, & promiſſionem non ſeruauit, q̃ poteſt contra eum iurari in litem, cum bonum ſit argumentum, agitur de fide rupta: ergo poteſt iurari in litem tex. in l. ei apud quem. ff. deposit. Alex. conſ. 214. Quando ubi Carol. Mol. in apoſt. vol. 7. Nic. Bel. lib. 2. ſuprà in ca. 14. graue enim eſt fidem fallere l. 1. ff. de conſti. pecu. in dolo enim eſſe dicitur qui fidem, & pacta, & promiſſiones non ſeruat l. dolus. ff. mandati. l. 1. §. eſt autem apud ff.

3 depoſiti. l. vendicantem. ff. de euic. Et fidem † non ſeruans incidit in crimen ſtellionatus l. Titio. ff. ad municipa. & efficitur infamis l. fœliciſſimam. C. de his qui à non domino. Iaſ. l. 1. §. nunciatio. col. 3. uerſi. quintò: & ultimò. ff. de ope. no. nun. furti. § mandati. ff. de infam. Bald. conſ. 291. Ad euidentiam. col. penul. uol. 2. Crau. q. de indemnita. Mulierum nu. 30. uerſic. nam in dolo, & non ſeruans promiſſa peccat mortaliter. Mag. D. Hie. Torniel. conciuis meus & affinis, in rubri. ff. de uerborum oblig. col. 21. num 54. uer. ex quo reſoluitur per text. in ca. iuramenti 22. quæſtio. 2. facit text. in l. 1. ff. de pact. ubi dicitur quòd ratione naturali quilibet tenetur ſeruare pacta, & hoc procedit maximè ubi eſſent pacta iurata l. ſi quis maior. C. de tranſa. Ergo contra non ſeruantem fidem, uel pacta, aut promiſſionem, cum tunc dicatur agi de fide rupta, & ſic de dolo, poteſt iurari in litem, probando ex ipſo iuramento damna, ac intereſſe ſecuta ob præmiſſa non ſeruata gloſ. l. nummis in fi. & ibi text. uel ſic ſua die. & text. in d. l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. text. in dict. l. ei apud quem & in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. Alex. conſi. 214. Quando, & ibi D. Carol Mol. in apoſtil. uolu. 7. Socin. conſi. 213. Conſilijs colum. 5. numer. 11. uer. ſicu. primò quia uol. 2. [illegible]

4 ¶Fallit † quando ex aliqua cauſa iuſta, uel etiam iniuſta colorata tamen, aliquis non ſeruaſſet fidem, pacta, nec pro-

miſſionē,nam tunc excuſatur à dolo. Iaſ.l.ſi quis maior.in princ.C.de tranſactio.l.1.& ibi gl.in fi.ff de abig.Ergo nō poſſet tunc iurari in litem contra eum dict.l.in actionib.
5 ¶Quadrageſimoſecundò † amplia,ꝙ vbicunq; poteſt iurari contra aliquem ratione doli in faciendo,vel in omittendo vel clandeſtinitatis,ꝙ poſſit contra eum iurari, etiam ſi probaret in genere ſe eſſe bonæ vocis,conditionis,& famę: quia talis probatio in genere non tollit ſpecialē probationem doli,& facultatē iurandi, & eſt com.opi.Pariſ.cōſ.74. Inficiari num.45.& 46.cum ſeq.volu.1.& vide ſupra in vnde ex præmiſſis infero.nu.59.verſicu.notabis.Et in §.in depoſiti etiam actione num.6.verſicu.Si per teſtes.
6 ¶Quadrageſimotertiò † amplia, quòd licèt actio de dolo, non ſit bonæ fidei,nec in rem,quòd tamen in ea poteſt iurari in litem.Curt.dict.l.in actionibus vbi Duarenus nu.7. per gloſſ.ibi.ff.de in litem iurand.& per l.arbitrio.§.1.ff.de dolo. Et iſta nota pro ampliatione totius titu.& caſuum poſitorum in toto tit.ff.& C.de dolo malo.
7 ¶Quadrageſimoquartò † amplia hāc l.ſi quādo & d.c.fi.& d.l.in actionibus & oīa iura, ac ſtatuta ſimilia volentia credi iuramento alicuius contra doloſum procedere, etiam ſi dolus probaretur per teſtes domeſticos actoris, vel iurare volentis:puta,quod Titius aperuerit capſam clauſam, contra quem Titium probata ipſa apertura etiam per teſtes domeſticos,poterit iurari in litem ſuper quantitate rerum in ea exiſtentium.Pariſius conſi.75.Ad victoriam num.22. vol.1.Aret.§.fi.inſtit.de oblig.quæ ex quaſi mal.Iaſ.hic in hac l.ſi quando nu.43.ver.Retenta.Abb.d.c.fi.nu.9.Anch. d.conſi.286.Ex prædicta verſ.& hæc diſcuſſio.Cor.cōſ.81. quanquam num.12.ver.& ad & nu.13.verſi.ex quo vol.4. Ea enim quæ fiunt,vel ſunt in domo de facili non poſſunt ſciri niſi per domeſticos domus:puta,veſtes,iocalia, vtenſilia,pecuniæ,furta,& alia geſta, & ideo probantur per domeſticos domus l.conſenſu cum ibi nota per Doct.per illum text.C.de repud.Cor.dict.verſic.& ad.
8 ¶Quadrageſimoquintò † amplia præmiſſa iura l.ſi quando & d.c.fi.& d.l.in actionibus procedere etiā ſi dolus probaretur ex indiciis;quia ſufficit in hac materia, vt differatur iu-

tamentum

ramentũ ſuper quantitate rerum,& damnorũ,ac intereſſe. Pariſ.d.conſi.75.Ad victoriam nu.31.& conſ.76.Ad reſolutionem col.2.nu.13.vol.1.Iaſo.& Chriſt.Portius.§.Prætereà & is.inſtit.quib.mod.re cont.ob.Iaſ.hic,in hac l.ſi quãdo num.43.verſ.retenta.C.vnde vi. Debent tamen indicia eſſe perſpicua.l.dolum.C.de dolo. Nec poteſt delictũ principale, ſeu dolus principalis ex vnico teſte, nec ex ſemiplena probatione cum iuramẽto in ſupplementũ probari, ſed de eo prius liquido debet cõſtare antequã ſuper rerũ quantitate,& æſtimatione, & intereſſe, iuretur in litem.Rom.& Iaſ.l.fin.ff.de in litem iurand.Doct.d.l.admonendi.

9 §Quadrageſimoſexto † amplia iſtam l.ſi quãdo & d.c.fi.& d.l.in actionibus & omnia iura, ac ſtatuta dantia facultatẽ alicui iurandi in litem, vel in ſupplementum probationis, vel ſuper damnis,& intereſſe, vel ſuper alijs procedere etiã ſi cauſa eſſet coram Summo Pontifice, vel alio Principe text.in c.olim de iniur.& damn.dato. Et etiã corã quibuſcunque iudicibus ordinarijs & delegatis. Iaſ.l.admonendi in 2 lect.nu.326.verſ.vltra.Bart.ff.de iur.Et item corã arbitrio.Pariſ.d.conſ.76.Ad reſolutionẽ nu.14 & 15.vol.1.Iaſ. dict.l admonendi in 2.lect.nu.326.verſ vltra Bar.ff.de iur. Ancha.conſ.316.In cauſa.Grat.conſ.10.Et ſi cauſa volu.2. D.Ioã.Baptiſt.de S.Blaſio in tract.de arbi.nu.90.q.49.facit

10 l.1.ff.de arbitr.Sed an corã † arbitratore poſſint dicta iuramenta præſtari,& dic ꝙ vbi electus fuit de neceſſitate iuris, vel ſtatuti, aut decreti cogentis partes ad compromittendum, ꝙ coram eodẽ arbitratore ſic electo poſſunt præſtari prædicta iuramẽta,& alia, ac etiã referri. Iaſ dict.l.admonendi nu.226.ver.vltra Bar.ff.de iur.Sed coram arbitratore voluntariè electo abſque iuris,ſeu ſtatuti neceſſitate, nõ poſſunt prædicta iuramenta,nec alia præſtari teſte Grato in d. conſ.10.Et ſi cauſa vol.2.Et D.Io.Bap.de S.Blaſio in d nume.90.q.49.Et hoc niſi arbitrator proceſſiſſet tanꝗ arbiter quia tunc etiã coram eo,talia iuramenta præſtari,ac referri poſſent.D.Io.Bap.de S.Blaſio in d.nu.90.q 49.Sed ꝙ dicta iuramenta poſſint præſtari indiſtinctè etiã vltra caſus præmiſſos etiã coram arbitratore voluit Pariſius dict.conſ.76. Ad reſolutionem num.14.& 15.Anch.d.conſ.316.In cau-

ſa.in

ſa.in princip.Sed an coram arbitratore poſſit iurari latius, inferius dicetur in limitationibus.

11 § Quadrageſimoſeptimò † amplinatur præmiſſa iura l.ſi quando & d.ca.ſi.& d.l.in actionibus & omnia alia iura,ac ſtatuta,quibus datur facultas iurandi contra aliquē in litē, ob eius dolū,vel violentiam,& ob damnū per eum datum, vel delictū,per eum commiſſum , vt procedant etiā contra, minorem annorū vigintiquinque adultum tñ,ſeu doli capacem,qui dolum , vel delictū, cōmiſerit in faciendo:puta, cōmittendo violentiā,vel dando damnum : nam talis non excuſatur etiā à pœna,nec à iuramento in litē , etiā per viā reſtitutionis in integrum:quia tenebitur ad pœnas, & contra eū iurari in litē poterit, nō obſtante reſtitutione in integrum petita. Alex.conſi.103.Videtur col.5.nu.18.verſi.nō obſtat, dum quinto dicebatur vol.1.Dec.conſ.521.Conſultus col.ſi.in ſi.tex.& Doc.in l.ſi ex cauſa.§ nunc videndum & §.ſi commiſſum & in l.auxilium.ff. de minor.l.1.C.ſi aduer.del.Et ideo glo.& communiter Doct.in l.ſi quis in tantā.C.vnde vi.concludunt cōmuniter , ꝙ adultus qui in dolo fuit incidit in pœnam dict.l.ſi quis in tantam & contra eam non reſtituitur. Alex.dict.verſic.non obſtat , dum quinto dicebatur vbi inquit quòd ita cōmuniter tenetur.

12 § Quadrageſimooctauò † amplia iura præmiſſa & omnia alia iura,ac ſtatuta quibus datur facultas iurādi in litē,contra aliquē,ob eius dolū,vel violentiā,procedere , etiā ſi ille, contra quē intenditur iurari , eſſet miles armatæ militiæ,& ſimul minor annorū vigintiquinque vbicunq; feciſſet inuaſionē,vel violentiā cōtra ius naturale:puta, occupando, vel inuadendo rem alienā , vel etiā rem cōmunē cum alio, occupando per vim,vel dolū etiā partē ſocij:nam tunc dicitur peccare cōtra ius naturale , & nō excuſatur à pœna.d.l. ſi quis in tantā & pōt contra eum in litē iurari , ita inquit, Alex.in d.conſi.103.Videtur col.5.nume.17.in ſi.ver.non obſtat,quātū argumentum vol.1.vbi alleg.glo.& Doct.in

13 d.l ſi quis in tantam.Si tamen † miles armatæ malitiæ rem ſuā in totum ab alio poſſeſſam per vim occuparet, excuſaretur à pœna d.l.ſi. quis in tantam ſi. ex præſumptionibus, apparet ꝙ errore introductus hoc fecit, ex quo non eſſet

contra

contra ius naturale rem ſuam propriam ab alio poſſeſſam propria authoritate apprehendere, & per conſequens tunc contra ipſum militem non poſſet in litem iurari. ita ſentit Alex. in d. uer. non obſtat, quartum, arg per not. per glo. & Doct. in l. ſi quis in tantam, & per Ang. in l. plagij, C. ad l. Falci. de plagiar. Et dato quòd miles allegaret ſe propter aliquam cauſam ſaltem coloratã, uel leuem fuiſſe motum ad inuaſionem faciendam abſque dolo, non ſufficit eam per ipſum allegari, ſed oporteret etiam per eum probari, ꝙ ipſe miles habebat notam illã cauſam, & ꝙ ſibi dictũ fuerit ante inuaſionem quòd eidem licebat prædicta facere, propter illam cauſam. Et quòd miles ita dicenti crediderit, quãuis nimis credulus fuerit, tũc enim excuſaretur à dolo, & à pœnis violentiæ, & contra eum in litem iurari nõ poſſet. Alex. d. conſ. 203. Videtur col. pen. verſi. & dato vol. 1.

14 ¶ Quadrageſimononò † amplia iſtam l. ſi quando. & omnia iura, & ſtatuta ſimilia, procedere etiam inter condominos, ſocios, & cohæredes contra ſeipſos, nedum contra extraneos. Alex. d. conſi. 303. Videtur uol. 1. Et dixi ſuprà latè nu 1. § actio pro ſocio. ver. Ex hoc amplia. & nume. 3. verſ. Vnde ſi vnus.

S V M M A R I V M.

1 *Iurari. poteſt in litem non ſolum in cauſis ciuilibus vel criminalibus, in quibus de crimine actum ciuiliter ſit, ſed etiam in criminalibus criminaliter intentatis, vel mixtis.*

2 *Confeſſio rei ſi fiat cum qualitate minuente pœnam delicti, vbi præſumptio eſt contra delinquentem, confitens tenetur illam qualitatem probare, aliàs ſuccumbit.*

3 *Iurari non poteſt in litem, vbicunque actum eſt criminaliter ad pœnam corporalem, vel ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam.*

4 *Probatio priuilegiata in ciuilibus, & quæ in illis probaret facit iudicium ad torturam in criminalibus.*

5 *Quotiens data eſt querela & concluſum ad vtilitatem partis querelantis dicitur actio ciuilis, & in ea conſtito de crimine, poteſt in litem iurari ſuper rebus abreptis pretio & æſtimatione.*

6 *Delictum ſi ſit dolo malo commiſſum in litem iurari contra delinquentem poteſt: ſecus ſi caſu, vel lata culpa, vel non eſſet difficultas probationis.*

Debet

7 *Debet prius liquidò conſtare de delicto rei antequam iuretur in litem ſuper damnis & intereſſe.*

§. XL.

1 QVINQVAGESIMO † amplia hanc l.ſi quando.C.vnde vi. & d.c.fi.De his quæ vi,metusve cauſa fiunt. & d.l.ſemper.§. in hoc interdicto.ff.quod vt aui clam. ac d.l.in actionibus.ff.de in lit.iuran.& omnia alia iura mũdi, ac ſtatuta dantia facultatẽ alicui iurandi in litem,contra alium,vel aliud iuramentũ præſtandi,vt procedant non ſolum in cauſis ciuilibus tantum,vel criminalibus,in quibus de crimine actum fuerit ciuiliter,in quibus non eſt dubium ꝙ poteſt iurari in litem tex.d.c.fi.& d. l.ſi quando. & d.§.in hoc interdicto.verumetiam vt procedant in cauſis criminalibus in quibus criminaliter tantum actũ fuerit, & etiã in cauſis mixtis ciuiliter, & criminaliter motis:quia in ipſis omnibus cauſis,& in ipſarum qualibet, etiã ꝙ eſſent cauſæ criminales,& criminaliter motæ, iurari poterit in litem,& hoc per generalitatem huius l.ſi quãdo. & d.c.fin.& d.§.in hoc interdicto. & per l.cum furti. & ibi Ang.& Pau.de Caſt.per illum text.ff.de in lit.iur.Et ꝙ etiã in cauſis criminalibus in quibus criminaliter fuerit actum, vel agatur,probato prius crimine,vel delicto per partis confeſſionem,vel per duos teſtes,ita ꝙ non ſufficit dictũ vnius teſtis cum iuramento in ſupplementũ probationis,ad probandum crimen,poſſit iurari in litem cõtra delinquentem, ſeu criminoſum,ſeu doloſum,vel malitioſum, aut fraudatorem,vel reum criminis cuiuſlibet probando ex ipſo iuramento,damna,intereſſe,ac expenſas,res ablatas,vel deuaſtatas,& rerum quantitates,pretium,& æſtimationẽ,& alia.voluit Lud.Pontanus Rom.& Iaſ.ac D.Fran.Curt.in l.fi.ff.de in lit.iur.& Iaſ.hic in hac l.ſi quando col.fi.nu.57.ver.nunquid.ibi,puto.C.vnde vi.& Ang.& Pau.de Caſt.in d.l.cum furti. per text.& glo.ibi.ff.de in lit iurand.Io.de Imo.& alij in d.c.fi.D.Fran.Curt.in l.admonendi nu.215.verſ.in ead. glo.in fi.ibi,ego.ff.de iur.Alex.conſi.102.Videtur vol.1.gl. ver.per ſuam ſubtilitatẽ. & ibi D.Cam.Plaut.nu.21.verſic.

item probatur & num.24.verſ.ꝙ tamen dictum & ibi Petr. Rebuf.& alij Doctor.C.de ſent.quæ pro eo,quod int.proſ. tex.& Docto.in c.olim de iniur.& dam.dat.& in ca.dilecti. vbi glo.ver.cum iuſtis.ibi, & ita vbi Doct.de for.compet.c. fi.vbi gl.ver.per teſtes.ibi & ſic intereſſe, quod ſurgit ex malefìcio probatur per iuſiurandū extr.de his quæ vi met.ve cauſ.fiunt. Pau.de Caſt.l.ſicut iniquū col.1.ver.quando autem.C.de fid.inſtr.Afflic.deciſ.13.vertitur nu.10.ver.ſecunda præſumptio.Bar.l.quidā tabularum.ff.de furt.Et hæc eſt com.opi.quæ indubitanter procedit, vbi de crimine actum fuit ciuiliter,vel criminaliter, & vigore iuramenti in hoc ſolum agitur ad probandū per iuramentū, damna,intereſſe, expenſas,& rerum quantitates,qualitates,pretiū,& æſtimationē, & alia quæ cōmodum pecuniarium partis iurantis reſpiciunt,quia ipſa omnia,& alia ſimilia,probabuntur per iuramentum partis in litem præſtandū, contra delinquentem,vel criminoſum,ſiue doloſum,ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter,pro præmiſſis, & alijs,actum fuerit,probato tamen prius delicto,vel crimine liquidato,per duos teſtes, vel per confeſſionem partis,ſeu rei conuenti,ita ꝙ ad probandum delictum non poſſit etiā ex vnico teſte iurari in ſupplementum.Rom.& Iaſ.in d.l.fi.ff.de in lit.iur.Et patet, ꝙ hæc eſt vera & cōmunis opi.ex his quæ ſuperius deduxi.Sed probato delicto,bene poteſt iurari in litem, ad probandū res ablatas,vel deuaſtatas, & rerum quantitates, qualitates,pretiū, & æſtimationē,damna,expenſas,ac intereſſe, & alia etiā,ꝙ ciuiliter ſolum, vel criminaliter ſolum, vel ſimul ciuiliter, & criminaliter actum fuiſſet per text.hic in §.ſi quando.C. vnde vi.& in d.ca.fi.& in d.l.ſemper.§.in hoc interdicto.ff. quòd vi aut clam.& in d.l.cum furti.cum ibi not.per gloſ. Ang.& Pau.de Caſtr.ff.de in lit.iur.& per hanc opi.deduxi ſupra alias authoritates & hæc eſt communis opin.

¶Et iſtud ampliatur procedere etiam,ꝙ criminaliter vel ciuiliter,actum eſſet non ſolum pro conſequenda rei æſtimatione, verum etiam pro conſequenda pœna ſecundum rei æſtimationem; puta dupli,tripli, aut quadrupli parti tū,& non fiſco applicanda,quia rei æſtimatio ad finē etiā habendi ipſam pœnam, tunc probari poſſet per iuramentum in

litem,

litem,cōtra doloſum,uel furem,aut uiolentū: & hæc eſt cōmunis opin.glo.in l.cum furti. per illum text. & ibi Pau.de Caſtr.nu.3.verſi ſic ergo.ff.de in lit iur.Petr.de Anch conſi.286.Ex prædicta in fi.Alexan.conſi.103.Videtur uol.1.
2 ¶Ampliantur etiā præmiſſa † procedere etiā ſi de delicto, puta,furto,damno,aut uiolentia conſtaret ſolum per confeſſionē rei conuenti,qualificatā,uel taxatam:puta,in decē aureis tantū ſubtractis, uel in re ualoris centū aureorū tantum,& non ultra ſubtracta,quia actor,uel accuſator poſſet iurare in litem contra ipſum reum conuentum , de maiori ſumma & de alijs , vltra confeſſata, tam reſpectu quantitatis & æſtimationis rerum,quam etiam reſpectu plurium uitium quibus furtū,uel delictū cōmiſſum per ipſum reum confitentē dicatur ab actore,uel accuſatore, ultra confeſſata per eum conuentum. Anch dict.conſi.286 Ex prædicta. Et dixi ſupr.in §.actio pro ſocio nu.;.uel amplia præmiſſa facit c.ſemel malus ubi tex.& hoc.de reg.iur.in 6.Cōfeſſio enim rei cū qualitate, uel taxatiua minuente, uel tollente obligationē,ſeu pœnā delicti ubi præſumptio eſt cōtra confitentē:puta,quia ſumus in delictis,uel in alijs quæ ſunt de genere prohibitorū,tunc pōt confeſſio pro parte acceptari per actorem,uel accuſatorem,cum negatione ; ꝙ quā itas, uel taxatiua nō ſit uera. Et confitens tenetur probare qualitatē,uel taxatiuā eſſe uerā , alioquin in totum ſuccumbit confitens , ex quo actor uel accuſator in iſtis pōt pro parte pro ſe faciente acceptare confeſſionē, & in parte quæ facit contra ſe reſpuere confeſſionē.Abb.c.cū uenīſſet col.2 ver. itē not.ꝙ licet confeſſio emanet cū certa qualitate ext.de inſt.& in c.bonæ el.2.col.fi.in fi.& col.pen.in fi ver.adde ad prędicta ext.de poſt.prel.Bal conſ.79.Dauanti da uoi ſauio nu.5.& per to.vol.2.Et in caſibus quibus actor non poſſet iurare in litē:puta,quia eſſet Iudęus,vel infamis,ipſa cōfeſſio operat̄,ꝙ iudex maleficiorū poterit, ac debebit torquere reum taxatiuè,uel qualificatiuè cōfitentē,ut dicat ueritatē ſuper maiori ſumma, & ſu ꝑ alijs ultra per ipſum reum confeſſata.Lanfr.de Oria in c.qm contra falſam in gl.uer.confeſſiones nu.19.uer.quęro iuxta præmiſſa de una in fi.
3 ¶Limita tamen † pręmiſſa iura,ac ſtatuta , non procederet
vbicunq;

vbicunq; actum fuiſſet criminaliter, ad pœnam corporalem: puta, amiſſionis vitæ, vel mutilationis membri, aut fuſtigationis; vel aliam pœnā corporalē, vt ſit locus ipſis pœnis corporalibus. Nam tūc etiā cōſtito de delicto: puta, furto, vel rapina, vel alio delicto, nō ſtatur iuramento in litem partis ſuper quantitate, & qualitate, & æſtimatione rerū; ſi ſtatutum vel lex, aut decretum diceret, quòd à tali ſumma: puta, à centum libris ſupra, vel à medio ſcuto ſupra fur, vel latro, uel raptor fuſtigetur, uel q corporaliter puniatur: puta, q bulletur in fronte. Sed rerum quantitas, & qualitas, ac æſtimatio etiam per uim, ac uiolentiam, & dolum, ac rapinam, & furtum ſubtractarum, uel deuaſtatarum, debet per teſtes plenè & liquidò probari, nec poteſt tunc, quantū ad hoc, ut ſit locus ipſis pœnis corporalibus etiā ſolius fuſtigationis, uel bullationis, probari ex iuramento in litē per partem præſtando, & ita limitatur hoc modo non procedere iſtam l. ſi quando. C. unde ui & d. c. ſi. ext. de his quę ui metuve. cauſ fiūt. & d. l. in actionibus. & l. cū furti. ff. de in lit. iur. & d. l. ſemper. §. in hoc interdicto ff. quod ui, aut clam. & omnia alia iura, ac ſtatuta, uolentia credi iuramēto alicuius partis offenſæ, uel damnum, uel uiolentiā, aut aliud malū paſſæ, uel iuramento camparij, uel ſaltuarij. ita dicit Bal. in l. in actionibus. § ſeu uer. planè col ſi. uer. ſi ſtatutum dicit, ſi quis furatus fuerit à centū libris ſupra bulletur. ff. de in lit. iur. Bar. in l. ſi. ubi etiā Alex. col. 1. uer. extr. gl. quęrit Bar. & ibi D. Fran. Cur. Iaſ. & alij. ff. de in lit. iur. Raph. Ful. Plac. & Pau. de Caſtr. in l. cum furti. ff. de in lit. iur. D. Fran. Curt. in l admone di nu. 215. uer. in ca glo. ibi, l. ſi quando in ſi. ibi, quarto limitatur. & ibi Iac. Pet. de Ptholomeis nu. 291. uer. tertio fallit. & ibi alij Mod. ff. de in lit. iur. arg. l. ſi. C. de prob. & Leum qui. ff. de iur. Carò. Rui. cōſi. 35. Quod ſententia col. 3. nu. 7. & 8. & 9. uer & alia ratione iſto caſu uol. 5. Ang. hic in hac l. ſi quando. C. unde ui. Bald. & alij l. r. & l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. & iureiur. Rip. l. damnum col. 3. uerſi. quinto. ff. de dam. infect. Felin. c. de cætero. ubi etiā Fran. Aret. col. 2. de teſt. Pariſ conſ. 153. in cauſa uol. 4. Alex. conſi. 167. Requiſitus col. 1. uol. 1. Et ex prædictis patet, quòd hæc eſt uera & commu. opi. Et ſi in hoc caſu pars

offenſa

offenſa non pōt iurare in litem multominus poterit in hoc caſu iurare fiſcus.Soc.l.1.§.in eū nu.3.ff.ne quis eum qui.
¶ Secundò etiam limitantur prædicta iura, ac ſtatuta non procedere quotieſcunque ageretur ad pœnam etiam pecuniariā,fiſco applicandam:puta dupli,uel tripli, ſeu quadrupli, uel aliam pœnam pecuniariam fiſco applicandam:nam tunc dicitur agi criminaliter,& etiam,quod conſtaret plenè ac liquidò de delicto principali: puta, furto,rapina, dolo, aut uiolentia,uel damno non poſſet iurari in litē per partē, nec per fiſci procuratorē ſuper rebus ſubtractis, uel occupatis,vel furto ſubtractus,nec deuaſtatis,nec ſuper earū quantitate nec æſtimatione, nec alijs, vt ſit locus dictæ pœnæ pecuniariæ fiſco applicandæ.Pau.de Caſt.d.l.cū furti.nu.8. verſ.non ſic deberet.ff.de in lit.iur.Bar.& Alex.in l.fi.ff.de in lit.iur.Car.Rui.d.cōſ.35.Quod ſentētia col.3.nu.7.& 8. & 9.verſi.& alia ratione vol.5.Iac.Petri de Ptholomeis in d.l.adomnendi nu.291.verſ.tertio fallit.& ibi Curt.nu.215. verſ.in eadem. glo.ibi.l.ſi quando, ibi ego.ff.de in lit.iur. Rip.d.l.damnum col.3.ver.quinto. & ibi Mod.& alij ff.de damn infect.Pariſ.d cōſ.153.In cauſa vol.4.Doct.in apoſt. ad Bar.d.l.in actionibus.in apoſt.verſ.omnes. Ang hic d.l. ſi quando, facit l.fi.de probat.& l.non puto.ff.de iur.fiſc.
4 ¶ Probatio tamen † facta per iuramentum in litem à parte præſtitum contra accuſatum, etiam in cauſis criminalibus, quibus actum fuit ad pœnam corporalem,vel pecuniariam fiſco applicandam, in qubus vt ſupra dixi, etiam conſtito de delicto,non pōt iurari in litem ſuper rebus,& earū quantitate, & æſtimatione, nec ſuper alijs ad finem, vt ſit locus ipſis pœnis, & in alijs caſibus, quibus non poteſt iurari in litem, nec in ſupplementum, tunc ipſa probatio facta per iuramentum in litem,vel per aliud iuramentū in ciuilibus, faceret indiciū ad torturam in criminalibus, quia probatio priuilegiata in ciuilib.& quæ probaret in ciuilibus facit indiciū ad torturā in crimi.Bar.in d.l.fi.ff.de in lit.iur.Et hoc ſequuntur Alex.& Iaſ.in d.l.fi.in fi.cū hoc moderamine,quod ſit arbitrarium iudici. per not.in l.fin.ff.de quæſt.& per Io. And.in c.cum in cōtemplatione. de reg.iur.Feli.c.de cætero col.2.nu.7.verſ.limita tertio.de teſti.& ibi Fran.Aret,
¶ Item

¶Item ſcias,quòd dato,& nõ conceſſo,quod iſta l.ſi quan. do.C.vnde vi.& d.c.fi.extr de his quæ vi met.ve cauſ.fi. r. & l.ſemper.§.in hoc interdicto.ff.q͂ vi aut clam.& oĩa alia iura,ac ſtatuta,dantia facultatẽ iurãdi in litẽ, vel aliud iuramentũ præſtandi, non haberẽt locũ in cauſis criminalibus, quod tñ non concludo, niſi cum diſtinctionibus per me ſuperius datis.hoc.§.in pr.n.n.1.ver.quinquageſimo amplia. 5 cum ſeq.Tñ quoteſcunq; † eſſet data querela, & cõcluſum ad vtilitatẽ partis querelantis diceretur actio ciuilis,& iudicium ciuile, & in ea,conſtito prius de crimine per teſtes,vel per confeſſionẽ partis, poſſet iurari in litẽ ſuper rebus abreptis,vel inuaſis,aut deuaſtatis,& eorũ pretio, ac æſtimatione,& ſuper alijs,& locũ haberẽt d.l.ſi quãdo,& d c.fi & alia iura, ac ſtatuta ſim lia. Raph.Com.conſi.42.Viſo item vbi procurator non habuiſſet poteſtatem intentandi iudicium criminale ad pœnã corporalem,nec pecuniariã, fiſco applicandã, tũc etiam indubitanter poſſet dominus comparere, & iurare in litem ſuper ipſis rebus,& earũ pretio,ac quantitate, & æſtimatione & alijs. Raph Com.in d.conſ.42.Viſo. 6 §Illud autẽ,† q͂ dixi. q͂ etiam in cauſis criminalibus, etiam ciuiliter,vel criminaliter motis,q͂ poteſt iurare in litem contra delinquentem,vel crimincſum,intellige verum eſſe,vbi delictũ eſſe cõmiſſum dolo malo, quia tunc iurari poſſet in litem contra delinquentẽ:ſecus ſi delictum caſu,vel ex culpa etiã lata fuiſſet cõmiſſum,quia tunc non poſſet iurari in litẽ.& eſt com.opi.per tex.in l in actionibus.ibi,ob dolũ & ibi glo.cõiter approbata.ff.de in lit.iur.vide tamen ea quæ dixi infr.in § homicidium nu.14.verſ.fallit ſecundo.Item intellige verum eſſe vbi concurrerent dolus malus & difficultas probationis, quia tũc iurari poſſet in litem in ciuilibus, & criminalibus alias ſecus.per text.in hac l.ſi quando. C.vnde vi.& per d.l.in actionibus.ver.planè. vbi Doct.ff.de in lit.iur.D.Cam.Plaut.in d.l.1.in gl.ver.per ſuam ſubtilitatẽ nu.24.ver.q͂ tamen.& ibi D.Hieron.Cag.nu.126.col.29. & alij Doc.C.de ſent.quæ pro eo, quod int.prof.& iſtud vltimũ intellige iuxta ea q̃ dixi ſup.in §.Primò itaque nu.20. ver.& licèt. & num.33.verſ Sed in caſu. & nu.34.verſ.ſeptimò amplia.in fi.Et debet † ſemper liquido prius cõſtare & 7

probari de delicto principali rei cōuenti antequā iuretur in litē ſuper damnis,& intereſſe,& rebus,& eorū æſtimatione. Rom.& Iaſo.l.fi.ff.de in lit.iur.D.Cam.Plaut.d.verſ.ꝙ tū.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium omni lege eſt prohibitum.*

2 *Homicida ad quid teneatur erga occiſum & eius hæredes.*

3 *Vulneratus moriturus, vel eius hæres pro intereſſe animæ poteſt in litem iurare contra vulnerantem.*

4 *Intereſſe quod inſurgit ex maleficio, probatur per iuramentum.*

5 *Iudex ex officio poteſt ſe informare de facultatibus homicidæ, & animæ defuncti intereſſe taxare.*

6 *Homicida ſiue dolo, ſiue culpa homicidium commiſerit, tenetur ad curationis vulnerati expenſas.*

7 *Homicida tenetur ad æſtimationem operarum occiſi pro tempore, quo veriſimiliter vixiſſet, & quibus parentes, & hæres occiſi caruere, & carituri ſunt.*

8 *Homicida tenetur ad intereſſe illorum, quos occiſus ſuſtentabat. Et quid de ſocio occiſi ſic. Et an pro hoc iurari in litem poſſit.*

9 *Homicidium ſi ſit caſuale, expenſæ, damna, & intereſſe debentur, ſed tantum legitimis probationibus debent probari, non iuramento in litem.*

10 *Vulnerator tenetur ad expenſas curationis vulnerati, & ad æſtimationem operarum amiſſarum, & ad omne damnum emergens.*

11 *Membrum ſi ob vulnus illatum ſit debilitatum, vulnerator tenetur ad omnia damna vulnerati, & eorum quorum intereſt.*

12 *Operæ amiſſæ, lucra ceſſantia & intereſſe probantur iuramento vulnerati contra dolo malo vulnerantem.*

13 *Occidens vel vulnerans animalia mea, tenetur ad expenſas curationis, & damna pro quibus in litem iuratur.*

§. XLI.

1 HOMICIDIVM † ergo cum lege diuina, canonica, & ciuili ſit prohibitum: vt habetur Exod.c.21.Non occides.& Deuter. cap.5.& apud ſacrum Euangelium Diui Matthæi cap.26.Qui gladio ferit, gladio perit. & per totum tit.ff.& C.ad l.Corn. de ſiccar.& in ca.1.de homi.Adeo quòd homicida doloſus de iure diuino debet mori, gladio iuſti-

tiæ

tiæ vltore: vt habetur Exodi ca.28.& Leuit.c.24.& Numeri. ca.35 & in Euangelio 5. Matthæi ca.26.ibi, qui gladio ferit, gladio perit. Et idem de iure canonico ca.1.de homi.& de iure ciuili toto titu.ff.& C.ad l. Cornel.de ſic.& inſtitu.de
2 pub.iudi. Sequitur † quòd proculdubio homicida tenetur erga occiſum & hæredes occiſi ſiue homicidium fuerit dolo, ſiue culpa factum, ad intereſſe animæ occiſi: quia primò & ante omnia debetur per homicidam intereſſe animæ occiſi defuncti: vt pro ea fiant orationes, ieiunia, & huiuſmodi, & fiat fundatio perpetua, aut anniuerſarium miſſarum perpetuum, vel eleemoſina pro anima defuncti ſecundū facultates illius qui homicidium perpetrauit, ita dicit dominus Manſuerius in ſua practica iudiciorum ſub rub.de expenſis intereſſe, & damnis nu.16.ver.item ſi propter homicidium.ibi, ſed primo. Scot.in 4.ſent.diſtin.15.& ibi Richa. & Landul. Et iſtud ego probo: quia ſi occidens, vel vulnerans dolo, vel culpa tenetur ad intereſſe rerum, & pecuniarum, & expenſas curationis corporis vulnerati poſtea defuncti, & eius propinquorum quos ſuſtentabat l.ex hac lege.ff.ſi quadru paup fecif.dica. glo.& text in l.liber homo. & l.qua actione.ff.ad leg.Aquil. Spec.in ti.de iniur.& dam. dat.§.ſequitur.ver.ſed nunquid cum ſeq.c.1.extrà de iniur. quantomagis ipſe occidens debet teneri ad ipſum intereſſe animæ defuncti, & ſic ad fundationē perpetuam, vel anniuerſarium perpetuum, vel eleemoſinam, & orationes pro anima defuncti occiſi, & ad orandum, & orari faciendum pro ea, cū anima cunctis rebus ſit præferenda l.ſancimus.& auth.multo magis.C.de ſacroſ.Eccle.ſumm.Ang.ver.reſti-
3 tutio.1.in ver.homicida. Et pro tali † intereſſe animæ vulneratus moriturus, ſeu eius hæres, & ſic hæres occiſi poſſet iurare in litem cōtra vulnerantē dolo malo, ſeu occidentē dolo malo, probando ipſum intereſſe ex ipſo iuramēto contra homicidā doloſum.glo.fi.in fi.in l.nummis.ff.de in lit. iur.c.dilecti.vbi gl.ver.cum iuſtis.ibi, & ita hoc & ibi Abb. & alij, de foro cōpet.text.in c.fi.& ibi glo.ver.per teſtes. ibi,
4 & ſic † intereſſe quod ſurgit ex maleficio probatur ꝑ iuſiurandum. & ibi Doct.not.extr.de his quæ vi met.cauſ.fiunt l.1.vbi glo.ver.ſubtilitatem.ibi, ſed hoc.vbi Doct.C.de ſent.

quę pro eo quod inter.prof.iunctis ſuperius per me notat. ſuprà.§.Vigeſimoquarto nu.1.& §.Quinquageſimo nu.1.
5 Et vbi hæres † iurare non poſſet in litem : puta, quia eſſet infans l.videamus.ff.de in lit.iur.vel iſtud non peteret, vel eſſet homicidium culpa,& non dolo malo cōmiſſum, quo caſu,iurari non poſſet in litem d.l.in actionibus poſſet tūc iudex ex officio,& etiam per exploratores,ſeu commiſſariū informare ſe de facultatibus homicidæ, & taxare iſtud intereſſe animæ defuncti:vt pro ea fiant præmiſſa arbitrio boni viri dominus Manſuerius d.verſi.item ſi propter homicidium text.gloſ.& Docto.in d.l.1.verſic.per ſuam ſubtilitatem vbi Cagn.& alij.C.de ſent.quę pro eo quod inter.prof. Sum.Ang.d.verb.reſtitutio.1.verb homicida.
6 ¶Homicida † ſiue dolo malo,ſiue ex culpa,vel in rixa commiſerit homicidium, tenetur etiam ad expenſas curationis factas quò ad vulneratū.qui poſtea fuit mortuus,tam reſpectu medicinarum,quàm medicorum. & aliorū omnium l. liber homo vbi gl.1.& Doc.& l.qua actione vbi tex.& gl ff. ad leg.Aquil.text.gloſſ.& Doc.in l.ex hac lege.ff.ſi quadru. paup.fec.dic.Spec.in ti.de iniu.& dam dat.§.ſequitur verſi. ſed nunquid & ver.quid ſi ſtatim c.1.vbi tex.gloſ.& Abb.& alij Docto.de iniu.& dam.dat.l.fi.ff.de his qui deiec.vel eff. feud.& eſt iſtud etiam de iure diuino, vt habetur Exod.21.
7 Et item tenetur † ipſe homicida ad æſtimationem operarū occiſi pro tēpore quo veriſimiliter vixiſſet, ſecundū diſtinctionem temporū l.hæreditatum.ff.ad leg.Falci.Et quibus pater & mater,& hæres occiſi caruit,& cariturus eſt non tū tenetur ad æſtimationem libertatis,nec membrorū, nec cicatricum,nec corporis hominis liberi occiſi, cum liberum corpus non recipiat æſtimationem. ita dicit Spec.d.ver.ſed nunquid & d.ver.quid ſi ſtatim text.& glo.d.l.ex hac lege. & in d.l.fina.& in d.l.qua actione & in d.c.1.de iniu.Sum. Ang.verb.reſtitutio.1.ibi,homicida. Reuer.frater Io.Baptiſta Trouamala in eius ſumma Roſella verſic.reſtitutio 3.de damnificantibus in bonis corporis.Reuer.D.Io.Duns Scotus in 4.ſent.diſtin.15.Et ſi vulneratus, vel offenſus ſtatim obijt,nec aliquæ impēſæ ſunt in medicis factæ,tūc etiā homicida tenetur ad æſtimationē operarū quibus pater occiſi

cariturus

cariturus eſt, vel ſi pater, vel alius extraneus occiſus eſt, æſtimabit hæres operas illas, & lucra quas, & quæ amiſit, & habere potuit tempore vitæ ſuæ: puta, quia occiſus erat aduocatus, cauſidicus, notarius, mercator, prætor, cerdo, pellipa- rius, vel alius artifex, ſecundum æſtimationem temporis, & vſque ad illud tempus, quo veriſimile eſt illum occiſum vi- uere potuiſſe de qua in l. hæreditatū. ff. ad le. Falcid. ita inquit Spec. in d. tit. de iniur. & dam. dat. § ſequitur verſ. quid ſi ſtatim obijt & verſi. ſed vſque ad quod tempus text. in d. c. 1. vbi gl. Abb. & Doc. de iniur. & damn. dato gl. d. l. ex hac le. Sum. Ang. verb. reſtitutio. 1. ibi, homicida. & Sum. Roſel. verb. reſtitutio. 3. verſ. quid autē ſi ſtatim & verſi. ſed vſque.

8 ¶Et homicida tenetur † non ſolū ad præmiſſa, verum etiā tenetur ad intereſſe illorū: puta, patris, matris, filiorum, vxoris, & propinquorū interfecti, vel pauperū, & inhabilium, quos interfectus ſuſtentabat, & ad tantā reſtitutionē quantum illis abſtulit ex interfectione illius perſonæ, Sum. Roſella d. ver. reſtitutio. 3. D Manſuet. d. verſi. item pp homicidiū Sum. Ang. ver. reſtitutio. 1. ver. homicida. tex. & Doc. in l. qua actione. ff. ad legē Aquil. Spec. d. §. ſequitur in d. verſi. ſed nunquid & d. ver. quid ſi ſtatim obiit. Abb. d. c. 1. col. 2. nu. 6. ver. vlterius in fi. de iniur. & dam. dato. Et item ſocius interfecti, ubi erat ſocius bonorum, vel alicuius exercitij, vel mercaturæ ſi damnū patiatur ex interfectione ſocij, poterit agere pro eius dāno, ac intereſſe cōtra ipſum interfectorē. D. Manſuet. d. ver. itē ſi pp homicidiū. Et pro prædictis expēſis curationis, operis & ipſarū qualitate, & æſtimatione, ac valore, & dānis, expēſis, ac intereſſe, iurari poſſet in litē per hæredē interfecti, & itē per patrē, matrē, vxorem, liberos, & propinquos ſocium interfecti, & per inhabiles, ac pauperes, quos defunctus ſuſtētabat, probando præmiſſa, & oē aliud ipſorū intereſſe, ex ipſo ſolo iuramēto in litē præſtando cōtra interfectorē doloſum, ſeu cōtra homicidā doloſum, per textū hic, in hac l. ſi quādo vbi Iaſ. nu. 57 ver. nunquid. ibi, puto. C. vnde vi. gl. in d. c. fi. ver. per teſtes ibi, intereſſe quod ſurgit extra quod me. cau. & per ea quæ dixi ſupra. §. Quinquageſimò nu. 1. & hoc § in fi. Vbi tā † homicidium fuiſſet

9 caſuale, vel culpa, & nō dolo malo factū, ipſæ expēſæ dam-

na,ac intereſſe debentur pro homicidā,ſed nō poſſunt pro-
bari per iuramentū in litē,ſed teſtibus,vel aliis legitimis pro
bationibus debent probari,vel per officium iudicis æſtima
ri, vt dixi ſuprà hoc.§.verſic.homicidium ergo in fi.Vulne-
10 rans etiam † aliquem, vel offendens alicui armis,vel bacu-
lo aut lapide,ſeu pugnis,vel alio modo ſiue in rixa,vel alio
modo etiam quòd vulneratus,aut offenſus non moriatur,
tenetur non ſolū ad expenſas curationis tam reſpectu me-
dicorum,quàm medicinarum, ſeruitutum infirmi, & alia-
rum expenſarum curationis, verum etiam tenetur ad æſti-
mationem operarum amiſſarum pro temporibus, & dieb.
quibus vulneratus,vel offenſus ſtetit in lecto,vel etiam ex-
tra lectum,ſed propter ipſam offenſionem,vel vulnus ope-
rari nō potuit tex in c.1.& ibi not.Abb.Panor.col.2.nu.5.
ver.ſed quæro de iniur.& damn.dat.& in l.ex hac lege vbi
tex.glo.& Doct.ff.ſi quadr.pauper.fec dica & in l.liber ho-
mo vbi gl.& Doct.& l.qua actione.ff.ad l.Aquil.& in l fi.ff.
de his qui deiecerunt vel effuderunt. Spec.d.verſi.ſed nun-
quid & d.verſi.quid ſi ſtatim & iſtud etiam eſt de iure diui
no:vt habetur Exodi 21.Et vlterius vulnerans,vel offendēs
tenetur ad omnia aliā damna damni emergentis paſſa per
vulnerantum,vel offenſum, tam intrinſeca,quàm extrinſe-
ca,ſequuta ob dictum vulnus,& ſeu offenſionē l.in interdi
cto.ff.quod vi aut clam.l.ait lex & l.inde Neratius & l.pe.ff.
ad l.Aquil.& dixi ſuprà in §.In depoſiti nu.27.verſ.in ma-
leficiis. Et vbi offenſus, vel vulneratus,erat ſolitus lucrari,
& ob ipſum vulnus, ſeu ob offenſionem ipſam non potuit
lucrari,tenetur ipſe vulnerans,vel offendens ad ſoluendum
ipſi offenſo,aut vulnerato,ipſum lucrū ceſſans, & hoc tam
reſpectu temporis præteriti, quàm futuri gl.& Doct.in d.l.
liber homo & text.glo.& Docto.in d l.qua actione.ff ad l.
Aquil.tex glo.& Doct in d.l.ex hac l.ff.ſi quadrupes paupe
riem feciſſe dicatur & in d.c.1.& ibi Abb.nume.6.ver.vlte-
rius de iniuriis & damno dato.Speculator d.verſi.ſed nun-
quid & d.verſi.quid ſi ſtatim obiit & habetur Exodi ca.21.
iunctis notatis per me ſuprà in d.§.In depoſiti. nume.30,
verſi.debitor nummorum.

11 ¶Et ſi ex vulneribus, † aut percuſſionib.vel offenſionibus
illatis,

illatis,corpus,vel membrũ,remanſit debilitatum,aut mutilatum,vel inutile,vel pigrũ , & non ita promptũ,prout erat primò,aut oculus obcæcatus,tunc vulnerans vel offendẽs tenetur ad omnia damna intrinſeca, & extrinſeca,expenſas curationis,& intereſſe,& ad omnia damna damni emergentis,& lucri ceſſantis dicti vulnerati vel offenſi,& patris,matris,vxoris,ac liberorum,& pauperum , & aliorũ quos ſubſtentabat, & ad æſtimationem eius operarum amiſſarum pro tempore præterito poſt ipſum vulnus illatum,vel offenſionem factam, & in futurum amittendarum,ſiue ſteterit, ſeu ſtet in lecto,ſiue non, occaſione præmiſſa,computãdo tempora futura ſecundũ diſtinctionẽ d.l.hæreditatũ.ff.ad leg.Falci.& hoc de iure Diuino,Canonico,& ciuili.Exo.21. per gl.& Docto.in d.l.liber homo & per gl.text.& Doc.in d.l.qua actione.ff.ad leg.Aquil.& in dict.l ex hac lege.ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſet dicatur per Doct.d.ca.1.per illũ texr.vbi Abb.Panor.col.2.nu.6.uer.ulterius quæro.& ibi D.Sebaſt.Sapia.& alij in apoſtil.extra de iniur.& dam. dato.& Doct.in l.fi.per illũ tex.ff.de his qui deiecerunt vel effuderunt.Summa Ange.ver.reſtitutio.1.uer.homicida.& ſumma Roſel.uer.reſtitutio.3.de damnificantibus. Et præ-
12 miſſæ † expenſæ curationis, & operæ amiſſæ,ac amittẽdæ, damna,ac lucra ceſſantia, & intereſſe uulnerati,uel offenſi probantur ex ſolo iuramento in litẽ præſtando per uulneratũ,uel offenſum, contrà vulnerantẽ dolo malo,uel offendentẽ dolo malo per text.hic in l.ſi quando ubi Iaſ.nu.57. uer.nunquid ibi,puto.C.unde ui.& per ea quæ dixi ſupr.§. Quinquageſimo amplia.nu.1.& hoc.§.Homicidiũ.Ego cicatricũ autẽ,& deformitatis ſequutæ ob uulnera, vel offenſionẽ in hoĩe libero nulla ratio habeẽ text.in d.l.ex hac l.ff. ſi quadr.paup.fec.dic.& in d.l.fi.ff.de his qui deiec.vel effu.
13 ¶ Occidens, † uel uulnerans ſeruũ meum,uel equos meos, uel boues meos, pecudes meas, uel alia animalia mea, uel eiſdẽ offendens,tenetur ad expenſas curationis,& ipſorum pretium,& ad damnũ intrinſecũ,& extrinſecum,& lucrum ceſſans,ad æſtimationẽ operarum amiſſarum ,.ac amittendarũ,& ad intereſſe cicatricũ , & deformitatũ tex.cum glo. ubi Doctor.not.in d.l.ex hac lege.ff.ſi quadru.pauper.fec,

dica.glo.in d.l.liber homo tex.cum gloſſ.in d.l.qua actione & per tot.titu.ff.ad leg.Aquil.& tex.cum glo.vbi Doct. not.in l.fina.ff.de his qui deiecer.Ergo contra ipſum occidentem dolo malo, vel vulnerantem præmiſſa dolo malo, vel eis dolo malo offendentẽ,iurare potero in litẽ,probando ex ipſo ſolo iuramento prædictas expenſas curationis; pretium præmiſſorũ ſeruorum, ac animalium,intereſſe cicatricũ,& deformationis;& operas amiſſas, & amittendas, & omnia alia damna mea,lucri ceſſantis,& damni emergẽtis, & intereſſe meum; per text.hic,in l.ſi quando vbi Iaſon nu.57.verſ.nunquid ibi,puto.C.vnde vi.& in d.l.in actionibus verſ.planè & ibi Doct.ff de in lit.iurand.& in l.arbitrio vbi text.gloſſ.& Doctor.ff.de dolo & per ea quæ dixi. ſuprà §.quinquageſimo amplia.& hoc.§.homicidium ergo in fin.& num.6.verſi homicida & num.10.verſi.vulnerans glo.fin.in fin.in l nummis.ff.de in lit iurand.c.fi.vbi gloſſ. verſi.per teſtes de his quæ vi metuſve cauſa fiunt.

14 Fallit vbi aliquis † vulneraſſet, vel occidiſſet ad ſui defenſionem neceſſariam:quia tunc non tenetur ad expenſas curationis,nec ad damna: nec intereſſe, nec ad aliquam pœnam,nec poteſt contra eum litem iurari l.vt vim vbi tex.gl. Bar.Iaſ.Dec.& alij ff.de iuſti.& iure & vbi occidiſſet ad ſui defenſionem illum qui eum fuit aggreſſu ,licet aliqualiter modũ exceſſiſſet,cum non eſſet in dolo,non ſic ſtrictè teneretur ad præmiſſa nec pro eis poſſet in litẽ iurari: Summa Ang.d.ver.reſtitutio.20.vbi ſic homicida d.l.in actionibus. Fallit ſecundo vbi aliquis occidiſſet, vel vulneraſſet aliquẽ, vel alicui offendiſſet abſq; dolo malo:puta,caſu, vel ex culpa: quia tunc licet teneatur ad expenſas curationis, operas amiſſas,& amittẽdas, dãna,ac intereſſe vulnerati; vel offenſi d.l.ex hac lege ubi text.glo.& Doc.ff.ſi quadrup.pauper. feciſſe dicatur gloſ.& Doct.in d.l.liber homo.& in d.l.qua actione ubi tex.& Doct.ff.ad leg.Aquil.Tamen expenſæ ipſæ,& tale intereſſe,ubi non eſt dolus, debent probari teſtibus,uel inſtrumentis,nec poſſunt probari per iuramentum in litem, etiã ſi præmiſſa homicidia, uel uulnera facta fuiſſent ex lata culpa,& eſt cõmunis opinio tex.cum glo d.l.in actionibus uer.ob culpam,ubi Doct.not.ff.de in lit.iur.

¶Dico

15 ¶Dico tamen † ꝙ iudex officio poſſet ſupplere æſtimando expenſas curationis, pretium ipſorum ſeruorũ, aut animalium, damna, ac intereſſe, operas amiſſas, & amittendas hominis etiã liberi occiſi, uel uulnerati, & intereſſe hæredum, & aliorũ quos ſuſtentabat, etiã ſi nihil probatum eſſet per partẽ, & etiã ſi non poſſet iurari in litem: puta, ſi dolus occidendo, uel uulnerando non interueniſſet, ubi cõſtaret iudici præmiſſa de iure deberi, prout debentur per nota. per Bar. in l. ſi quòd ex Pamphilia. ff. de. legá. 2. & per Soc. conſi. 136. Præſtãtiſſimè col. 2. uer. uidemus uol. 1. tex. in l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. qđ ui, aut clam: tex. in l. 1. uer. per ſuã ſubtilitatem & ibi Bal. D. Rebuff. D. Càm. Plaut. & Cag. & Mod. C. de ſent. quæ pro eo quod int. profe. Corn. conſi. 318. Pro uectuali col. fi. num. 8: uerſi. ſi uerò uol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Duello victus tenetur ad oĩa damna, expenſas, & intereſſe victoris.*
2 *Duello vincens vtrum poſſit in litem iurare contra victum pro expenſis, damnis, & intereſſe.*
3 *Duellum quid ſit.*
4 *Prouocans ad digladiandum, quando teneatur pœna prouocantis ad duellum.*
5 *Capitalis pœna dolum requirit.*

§. XLII.

1 DVELLO victus, † ſiue ſuccumbens, tenetur ad oĩa damna, expẽſas, & intereſſe, erga victorẽ ſuũ, ſeu erga vincentem in duello, ad ſimilitudinem iudicij contentioſi, in quo victus, victori condẽnari debet in expenſis, tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus iuramento victoris, ſiue vicentis probandis. Iaſo. l. properandum. §. ſin autem alterutra nu. 12. verſic. octauò quæro. C. de iud. per ca. finẽ litibus de dolo & cont. & per l. fin. vbi Bart. & Doc. C. de fruct. & lit. expen. Bar. l. 1. ff. ad Turp. Et quòd victus, ſiue ſuccumbens in duello, teneatur ad omnia damna, expenſas, ac intereſſe erga victorem, ſiue vincentem, probanda ex ſolo iuramento in litem præſtando per victorem, ſiue vincentem in duello, contra ipſum victum in duello,

voluit

voluit in ſpecie Mag.& Clariſſ.Iureconſultus D.Lancelo. Conrad.Patritius Laudenſis, in ſuo tract.de duello. in 4. part.in concluſione 94.incipien.Poſtremò nu.9.verſ.Ioan. tamen & num.10.verſ.plus quoque vbi allegat Paridem.de Put.in tract.de duello.§.an ſimiles vel nobiles & in § pone quòd aliquis ſe libr.9.per cap.fin.quòd metus cauſa & per hanc l.ſi quando.C.vnde vi. per d.§.ſiue autem alterutra. Nam & iniuſtè mouens bellum,vel prælians,contra alium, tenetur ad omnia damna,expenſas,ac intereſſe, ei cui mouit bellum,probanda ex iuramento illius cui motū fuit bellum iniuſtum per dict.l.ſi quando & per d.c.fi.ubi Innoc. Abb.& Doct.& faciunt nota.per Mar.Garatū Laudenſem in tract.de bello,q.1.Fallit ſecundum D.Laur.Silua.vbi victus in duello,habuiſſet iuſtam cauſam litigandi; puta,teſtes,vel indicia:quia tunc non tenetur ad expenſas,nec pro eis poteſt contra eum in litem iurari, ad exemplum iudicij contentioſi, in quo ſuccumbens habens iuſtam cauſam litigandi, non condemnatur in expenſis, ita dicit Dominus Lauren.Silua.in conſi.51.Omnipotentis col.pen.num.13.

1 ¶Sed dico.Ego,† quòd vincens in duello,non poteſt iurare in litem,pro dictis damnis,& expenſis,contra uictum in duello: quia duellum eſt prohibitū iure diuino,canonico, ciuili,& humano,propter peccatū mortale,tā reſpectu prouocati acceptantis,q̃ prouocantis, quibus omnibus ſacramenta Eccleſiæ,& maxime ſacra Euchariſtia denegant,niſi pœniteat eos per c.monomachiā vbi tex.& gl.& Archit.2. q.4.& extra de torneamētis & de cleric.pugnantib.in duello.& de purgat.vulgari.per totum,& per l.1.C.de gladiat. lib.11.&ibi D.Io.de Plat.& D.Lancel.Conradus tracta.de duello,in princ.nu.1.& Paris de Put.tracta.de duello.§.an qui lib.9.Abb.c.ad audientiā de homic.Fel.in cap.qualiter. el.2.§.ad corrigendos col.fin.de accuſatio.Iaſ l.ex hoc iure num 13.cum ſeq.ff.de iuſt.& jur.glo.l.cum filius.§.ſi ff.de legat,2.& gl.in l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione vbi glo.fi.in fi.ff.ad leg.Aquil.& hæc eſt communis opi.& proptereà duellum etiam ſuſceptum poteſt recuſari S.Thom. de Aquino.2.2.quæſtio.25.Iaſon conſi.144.Facti col.5. verſicu.ſed præmiſſis cum ſequ.volu.2.Cot.Mem.verſicu.

Perduel-

Perduellionis. Soci.Iun.cōſ.123.nu.2.& ſeq.uol.2.Et cum exiſtens in mortali peccato,prout eſt prælians in duello nō poſſit eſſe teſtis,pro alio c.teſtimoniū ubi tex.Fel.& Doc.de teſtib.Ergo uictor in duello non poſſit eſſe teſtis pro ſe & ſic non poterit iurare in litē cōtra victū in duello ſuper ipſis expenſis,& damnis, cum nō ſit omni exceptione maior. Ripa l.damnū col.3.nu 6.uer.4.in fi.ff de dam.infect.l.3.ff. de cōd.ob turp.cauſ.& dixi ſuprà.§.in depoſiti nu.7.uerſic. fallit quoq; cū & multi ſub iniuſto clipeo pereant,& ſic tentare Deum c.ſignificantibus de purga.vul.Summa Angel. duellū.& ſumma Roſel.uer.duellū fac.ca.damnum de reg. iur.in 6.Et iſtud maximè procedit in dominio Medio.in quo decretū ſub rub.de pœnis.§.in hoc conditum à Diuo Carol.V.Rom.Imper.prohibet prouocationes, & acceptationes ad duellū ſub pœna capitis, & confiſcationis bonorum.Pro cuius † decreti interpretationes ſcias ꝙ duellū eſt
3 pugna corporalis ſingularis deliberata hincinde duorū, ad purgationem,gloriā uel odij exagerationem, & requiritur ipſa deliberatio, & ſic animus deliberatus tractatus, & appenſatus,duellandi,ſeu bellādi,alias non dicitur duellū,ſed rixa,ubi nō interuenit ipſa deliberatio, ſeu animus deliberatus.Io.de Lignano tract.de duello.in prin.uerſ.circa primū D.Iac.de Caſtello alias de uilla ſancta, ſiue de Caſtillo in trac.de.duello nu.4 uer.Duellū itaque. Et duellū eſt nō tantū duorū,ſed etiā pluriū, & ipſorū exercituū bellū. Alc. l.quos nos.ff.de uerbo.ſignific.D Iacob.de Caſtel.d.tract, de duello nu.2.& nu.8.Ambroſ.Calepinus uerſi.duellum. Et ſicuti bellū dicitur quod fit animo deliberato præmiſſo edicto,& nūtio.D.Frā.Arias trac.de bello nu.60.uer.hinc. Iſidorus libr.20.Ethimo.Ergo etiā duellū,cū dicatur quaſi duorum bellum,à bellando,& à bello, dicetur ſolū ubi interuenit animus deliberatus, cum bellum nunc dicatur ꝙ olim duellum appellabatur.D.Iac.de Caſtel.d.tract.de duello.Ambroſ Calepi.d.uer.duellum.Ergo ſi † aliquis in domi
4 nio Mediolani non animo deliberato,ſed in rixa,uel calore iracundiæ rixa tunc,uel parū ante præcedēte, durāte eodē calore iracundiæ expreſsè diceret alicui euagina eſem, uel uenias extra ciuitatem ad talē locum,& capias arma: quia uolo

volo tecũ præliari,& duellum facere, & ita ad arma veniretur,non diceretur propriè duellũ,ex quo nõ fuit pugna deliberata,nec interuenit animus deliberatus,& pena capitis, & confiſcationis bonorũ impoſita ab ipſo decreto locũ nõ haberet.Ioan.de Lignano d.verſ.circa primum d.Iacob.de Caſtell.d.verſic.duellum itaque faciunt nota per Bar.l.3.§. prętor ait nu.25.ver.vltimo nota ꝑ illũ tex.in verſ.toties.ff. de damno infe.Et iſtud demonſtrat ex genere pœnæ capitis,& cõfiſcationis bonorũ cõtra prouocantẽ ad duellũ,& illud acceptantem.Ergo iſtud intelligitur,vbi dolo malo,& cũ animo deliberato fiat prouocatio, vel acceptatio duelli. Et non vbi fiat in rixa,vel calore iracundiæ, abſque animo
5 deliberato:vbicunq; † ex forma legis,vel ſtatuti,aut decreti imponitur pœna capitis, ita ꝗ moriatur pro aliquo delicto: puta,homicidio, vel pro procuratione,vel acceptatione,aut requiſitione ad duellũ, intelligatur ſi animo deliberato, & ſic doloſè iſtud fiat: ergo non intelligitur ſi fiat in rixa, vel calore iracundiæ. Paul.de Caſtr.l.1.C.vbi ſent.vel clar.Abb.c.1.col.pe.nu.8.verſ.illa.n.pœna capitalis requirit dolũ extra de iniur.& damno dato.Dec.cõſ.9.Et pro tenui. nu.2.& conſ.234.In effectu nu.7.Ang.l.is,qui cũ telo.C.de ſiccar.Iaſ.l.1.ff.de legib.Bal.l.2.C.de noxal.act.per illũ text. facit l.quicquid calore iracundiæ.ff de reg.iur.& faciũt nota per Bar.in l.quod Nerua.col.6.nu.20.verſ itẽ quæro,ibi aut quæris quò ad pœnã corporalẽ.ff.depoſiti.& facit l.1.§. diuus & l.3.§.1.& l.in lege Cornel.ff.ad leg.Cornel.de ſiccar.& l.1.vbi Doct.not.per illum text.C.de ſiccar.Nec attenditur nominatio prouocationis, vel acceptationis verbi duelli,ſi quis vſus fuiſſet in hoc verbo duelli,dicendo in rixa,ego inuito te ad duellum,vbi non erat duellũ,& ſic non erat animus deliberatus, nec interuenit animi deliberatio ad illud ſed in rixa, vel calore iracundiæ illud dictum fuerit l.ſi fortè.vbi text.Bartol & Doct.ff de caſtrenſi pecul.

S V M M A R I V M.

1 *Furtum lege diuina; & humana prohibetur: & quæ ſit cuiuſlibet furti pœna.*

2 *Iuratur in litem contra furem pro omnibus damnis, & lucris ceſſantibus,& alijs.*

Furto

3 *Furto ſcripturarum probato, earum tenor, & valor probabitur ex ſolo iuramento in litem præſtando per illum cui factum fuit furtum, contra illum qui furtum commiſit.*

4 *Rapina dicitur furtum valde improbum, & quomodo differat à furto, & robaria, & è contra.*

5 *Robaria, & rapina ſine vis quando committi dicatur.*

6 *Statutum loquens de robaria quomodo ſit intelligendum.*

7 *Furtum eſt triplex.*

8 *Robaria ſeu rapina probata, ſtatur iuramento, damnum paſſi ſuper rebus raptis.*

9 *Iuramento in litem in materia robariæ quæ probari poſſint.*

10 *De robaria qui teneantur in dominio Mediolani.*

11 *Pignorari prohibita, ſi rapiantur per executores, robaria committitur, fallit ſi id in ſubſidium fecerint, vel vt vendantur.*

§. XLIII.

1 FVRTVM † prohibetur lege diuina qua dicitur, non furtum facies, vt habetur in decalogo, & de iure canonico, vt habetur per totum titu. extr. de furtis ac de iure ciuili tot. ti. ff. & C. de fur. D. Iodoc. Damhouderius in in ſuo Enchiridio ſub rub. de furt. vbi etiam ponit varia genera furtorum, & eorum pœnas. Pœna tamen manifeſti furti, eſt quadrupli. Pœna autem furti non manifeſti eſt dupli. text. in §. pœna manifeſti, inſtit. de oblig. quæ ex del.
2 naſc. Et conſtito de † furto facto per teſtes, vel per rei confeſſionem, iurari poterit in litem contra furem per partem cui factum fuit ipſum furtum, ſuper damnis intrinſecis, ac extrinſecis, expenſis, lucris amiſſis, ac intereſſe ſequuto, ob dictum furtum, & ſuper quantitate, qualitate, pretio, & æſtimatione rerum furto ſubtractarum, & vltra confeſſata per ipſum reum conuentum, ſeu per furem, etiam quòd, de ipſo furto conſtaret ſolum ex eius confeſſione, ita conſuluit Petr. de Anch. conſi. 286. Ex prædicta facti narratione eſt com. opin. Pariſ. conſi. 109. D Bernardinus colum. 3. nume. 30. & per tot. vol. 3. Bartho. Chaſſa. conſi. 21. Le cas. colum. 8. nume. 35. verſi. & etiam per text. in l. cum furti. & ibi Ang. & Pau. de Caſt. ff. de in lit. iur. & dixi ſupr. §. Primò itaque num. 5. verſi. tertio amplia. & in §. Quinquageſimo nu. 2.

nu.2.verſ.ampliantur.Et iſtud procedit etiã reſpectu dupli, tripli,aut quadrupli,aut alterius pœnæ pecuniariæ creſcentis ex maiori æſtimatione rei furto ſubtractæ,ex forma iuris cõis aut ſtatuti,quia etiã tunc rei æſtimatio probaretur ex ipſo iuramento partis,cui factũ eſt furtũ,præſtando in litem cõtra furem etiã,φ de furto nõ conſtaret niſi ex cõfeſſione furis,& ex ipſa confeſſione furis,cõſtaret pro minori quantitate,q̃. vellet actor,vel accuſator iurare ex quo poſſet iurare de maiori ſumma vltra confeſſata per furem etiã reſpectu dictæ pœnæ. Anch d.conſi.286.Ex prædicta facti narratione. in fi.Pau.de Caſt.d.l.cum furti per illũ tex.ff.de in lit.iur.& dixi ſupr.§.Quinquageſimo nu.1.ver.& iſtud. Reſpectu tamen pœnæ dupli,vel tripli,aut quadrupli,vel alterius pœnæ etiã pecuniariæ fiſco applicatę,vel applicandæ non poſſet per partẽ iurari in litẽ contra furem ſu.p rebus, nec earũ qualitate,nec æſtimatione,ſicuti non poteſt iurari etiam pro pœna corporali. Bar.Iaſ.& Alex.l fi.ff.de in lit. iuran.Pau.de Caſt.d l cum furti.& dixi ſupr.in §.Quinquageſimo num.3.verſ.limita tamen.& verſi.ſecundo etiam.

3 ¶Furto † ſcripturarum,vel inſtrumentorum per teſtes, vel per.rei confeſſionem,probato, licèt ignoretur ipſarum ſcripturarum,& inſtrumentorũ eorundẽ tenor, ac valor, probabitur tamen ipſarum ſcripturarũ & d.inſtrumentorum tenor,ac valor,& ius,ac creditum omne, φ in ipſis ſcripturis ille cui fuit factum ipſum furtum,diceret contineri,ſeu contentũ fuiſſe, ex ſolo iuramento in litem præſtando.per illum cui factum fuit ipſum furtum,cõtra illum.qui d.furtum cõmiſit,ex quo iuramento probabitur tenor, ac valor ipſarum ſcripturarum , & inſtrumentorũ ſubtractorum, & omne ius,ac creditam illius,cui furtum factum fuit,contra ipſum furem,etiam φ de his nihil probaret, niſi per ipſum iuramentum text.& ibi not.Pau.de Caſt.Bal.& Doct in l.ſi de poſſeſſione.vbi Pau.de Caſt.num.3.verſi in 2.caſu.C.de prob.& idem Pau.de Caſt.in l.ſicut iniquum . ver.quando autem.C.de fid.inſtru.Afflict.deciſ. 13.vertitur nu.10.Spec. cul.tit.de inſtrum.edit.§.reſtat videre . ver.illud quoque.

4 ¶Rubaria, † ſiue rapina ſeu vis bonorum raptorum dicitur furtum valde improbum l. 1.& l.2.§.damni. verſ.cæterum.

rum.ff.vi bono.rapto.& l.ſi vendidero.§.cùm raptor.ff.de fur.& inſtit.vi bon.rapt.in princ.Alexan.conſi.103.videtur col.3.nu.12.verſi.exigo.vol.1.Differt autem rapina, ſiue, quod idem eſt robaria,ſeu vis bonorum raptorum,ꝙ idem eſt,à furto quia robaria, ſiue rapina,idem eſt,quòd vis bonorum raptorum, ex quo robaria dicitur per vim veluti rapina, ſiue vis bonorum raptorum, & dicitur robaria ac robore.i.fortitudine eo, ꝙ faciens robariam,uim robur adhibeat,uel ſit paratus adhibere etiam ſi inueniret reſiſtentem. Furtū verò dicitur quādo fit clam: ſiue clandeſtinè abſque vi à furuo græcè, quòd eſt nigrum latinè l.1.ff.de furt.tex. cum glo.vbi Doct.in §.fi.in authen.ut nulli iudi.& text.cū glo.vbi Doct.in l.ſi cum exceptionem.§.qui uim.ff.ꝙ met. cauſ.Bar.& Doct.authent.ſed nouo.C.de ſer.fugi.Firmianus.in repet.uerſ.Furtum.dicitur,quòd fit clam.non ſi per
5 uim. Et quòd plus eſt, † dicitur robaria, rapina, ac vis bonorum raptorum, etiam quòd vis non interuenerit vbi palam aſportat bona dummodò quis haberet arma paratus vim facere,& robur adhibere ſi reſiſtentē inueniret,ex quo attenditur propoſitum.arg c.cum voluntate.de ſent.ex cō. tex.vbi Doct.in l.qui iniuriæ.in prin.ff.de furt.Bar.in l.1.ff. ui bon.rapt.& facit l.2.§.damni. uer.etiam quis.ff.ui bon. rapt.& ita conſuluit Alex.in cōſi.103.Videtur col.2 nū.8. uer.nam eo ipſo.& nume.9.uer.plus dicit. cum ſeq.uol.1. Ioan.Andr.in additio.Spec.in titu.de rapt.in §.1.in princ. Angel.in l.ſi quis ex domo.vbi tex.& glo.ff.de furt. Et iſta differentia inter furtum, & robariam eſt notanda ad declarationē decreti Medio.ſub rubr.de pœn.in §.ſi quis fecerit robariam,quo cauetur,ꝙ ſi quis fecerit robariam pecuniæ, uel rei excedentis dimidiam unius aurei extra ciuitatē, uel burgos, uillàsve, & caſſinas,ac domos habitatas furcis ſuſpendatur,ita ꝙ moriat. Si uerò fuerit minoris quātitatis, puniatur arbitrio iudicis in ære,uel in pſona.Si uerò robariā fecerit in ciuitate,burgo,uilla,caſſina, aut domo habitata pecuniæ,uel rei excedentis ſummā quinque aurtorū furcis ſuſpendatur,ità quòd moriatur,à dicta ſumma infra puniatur alia pœna, de qua in ipſo decreto. Quo caſu nota,
6 † ꝙ decretum ipſum, & eius pœna loquens de robaria,intelligitur

telligitur ſolum vbi vis,ſeu violentia, & ſic vis bonorum raptorum interuenit,vel quando etiam,quòd vis non interuenerit,quis haberet arma paratus vim facere, & robariam etiam per vim committere etiam, ꝙ reſiſtentem inueniret, & tūc palam exportat, vel exportari fecit bona aliena, tunc enim dicitur robaria,ac rapina,& vis bonorum raptorum, etiam , ꝙ vis tunc non interueniret vbi erat tale propoſitū, etiā quod in loco, vel domo cōmiſſi delicti nullus eſſet.& ſic robaria , vel vis bonorum raptorum, & rapina fieri poteſt etiam abſenti . Et tunc eſt locus pœnis eiuſdem decreti loquentis de robaria, ac etiā eſt locus pœnis iuris cōmunis vis bonorum raptorum,& rapinæ. Alex.d.conſi.103.Videtur col.2.nu.8.verſ.nam eo ipſo & nu.9 ver.plus dicit cum ſeq.uol.1.Io.And.in addit.Spec.in tit.de rap.in §.1.in prin. tex in d.l.qui iniuriæ.in prin.ff.de fur.Bar.d.l.1.ff.vi bono. rapt.Ang d.l.ſi quis ex domo per text.& glo.ibi.ff.de fur. Bald.l.ſi quis in tantam col.6.nu.31.ver.quid ſi clam.in fi. ibi , iſta lex non eſt alibi & ibi , vado ad fundum.C.vnde vi tex.in §.fi.in authe.vt nulli iudic.& d.l.ſi cū exceptionē.§. qui vim.ff quod met.cauſ.Io.Bertachinus in repe.verſicu. furtum dicitur , ꝙ fit clam , non ſi per vim.Bart.& Docto. auth.ſed nouo iure C.de ſer fugi.Sed vbi nec vis,nec violentia interuenit , nec arma etiam interuenerunt, vel vbi quis habebat arma,non erat paratus cōmittere vim exportando bona per vim ſi inueniſſet reſiſtentē,tunc nō dicitur robaria,nec rapina,nec vis bonorū raptorum etiā ꝙ exportaret, ſeu ſubtraheret, vel dolo ad locum contractaret bona aliena,ſi clam , ſeu clandeſtinè iſtud facit vel faceret , ſed tunc vbi fit clam,& abſque vi,& abſque animo inferendi violentiam ſi reſiſtentē inueniret ,dicitur furtum,ex quo fit clam: quia furtum dicitur à furuo græcè , ideſt nigro latinè eo, ꝙ clam,& obſcurè fiat , & plerunque de nocte vel etiam de die quando fur arbitratur neminem videre.& ſe non inuenire contradicentem text.in l.1.ff.de furt.Et ꝙ vbi fit clam, & abſque vi modo quo ſupra fuit dictū , quòd dicatur furtum,& nō robaria , nec rapina, nec uis bunorū raptorum, eſt text.in d.§.fi.authen.vt nulli iud.& in d.§.qui uim ubi Doct.per Bart.& Doct.in auth.ſed nouo iure.Ioan.Bert.in

repe.

repe.ver.furtum dicitur;ꝙ fit clam non ſi per uim.ubi etiã. dicit,ꝙ robaria dicitur quæ fit ui. Et ꝙ furtũ dicatur quando fit clam occultè,& ſine armis.Et ſi ſunt arma nõ eſt animus faciendi furtum.ubi inueniretur contradicens.docet Excellens Doct.D.Iodocus Damhouderius in ſuo Enchir. ſub rub.de furto,incip.explicantis.ibi,Eſt aũt furtum alicui clam occultè,& ſine armis ſua eripere. & pro hac opi.facit d.l.1.in prin.ff.de furt.& eſt text.in auth.ſed nouo iure.ibi, fures autẽ uocantur qui occultè,& ſine armis.C.de ſer.fug. Et tunc pro furto facto clam,& ſine armis, & ubi eſſent arma nõ erat animus furis furtum cõmittere,ubi inueniſſet reſiſtentẽ non eſt locus dicto decreto Mediolani loquenti contra cõmittentem robariam ex quo tunc nõ eſt robaria ſed furtum:ſed tunc pro ipſo furto locus erit pœnis mitioribus ſtatutorum ciuitatis Nouariæ,& aliorũ ciuitatum loquentiũ de furto,& vbi nõ eſſent ſtatuta, erit locus pœnæ dupli,& quadrupli iuris cõmunis loquẽtis de furto. in d.§. pœna.inſti.de oblig.quæ ex delict.naſ.maximè cũ ſtatutũ, ſeu decretũ loquẽs imponẽdo pœnã in robaria nõ habeat
7 locũ in furto,ex quo,† furtũ eſt triplex, improbũ furtum, & illud eſt ſimplex furtũ,quod fit clam:& furtũ improbius, & illud eſt crimen expilatæ hæreditatis:& furtũ improbiſſimum,& iſtud eſt robaria quæ fit vi ſicuti rapina, quæ etiã fit vi,& idẽ eſt, ꝙ vis bonorũ raptorum:vnde pœna ſtatuti, aut decreti impoſita pro robaria non habet locum in furto. Bal.l.ſi te.C.ex quib.cauſ.inf.irrog.& l.tranſigere col.3. nu.11.verſ.iſte paſſus.C.de tranſ.facit l.ſi idem.C.de codic.
8 ¶Robaria † ſiue rapina, ſiue vi bonorũ raptorum:probata per rei confeſſionẽ vel per teſtes,ſtatur iuramento in litem præſtando per illũ cui facta eſt robaria, ſiue rapina,vel vis bonorũ raptorum,ſuper rebus derobatis, vel raptis,ſeu per robariam,vel per rapinam,ſeu per vim raptis, & ſuper ipſarum rerũ quantitate, qualitate,pretio, & æſtimatione etiã reſpectu dupli,tripli,aut quadrupli, & alterius pœnæ pecuniariæ parti cui facta eſt robaria,ſiue rapina vel vis bonorũ raptorũ applicandi vel applicandæ,& non fiſco.Et quæ omnia probabuntur ex ipſo ſolo iuramento in litẽ præſtando cõtra illũ qui fecerit,vel fieri fecerit robariam,vel rapinam,

aut vim bonorũ raptorũ cũ vi, vel etiã ſine vi cũ armis, vbi erat paratus vim facere ſi reſiſtentẽ inueniſſet, & tam cõtra ipſos principales, & corporales, q̃ eorũ cõplices, & adhærentes ita dicit Alex. in d. conſ. 103. Videtur col. 2. nu. 11. verſi. & ſi dubitatur vol. 1. & dixi ſupr. in §. Vigeſimoſexto nu. 2. verſic. Vigeſimoſeptimo amplia. Mag. D. Aegidius Boſſius Cæſareus Senator Optimus Mediolani, & Iureconſultorũ omniũ acutiſſimus, & iuris Aſilũ, in eius diuino opere ſub rub. de rapinis & violentiis. Quod opus præclarum eiuſdẽ Mag. Do. Aegidij breui imprimetur, cura, ac vigiliãtia Mag. & Clariſſimi Iurecõſulti. D. Fran. Boſſij filij eiuſdẽ Mag. D. Aegidij, quẽ mors ab hoc ſeculo ſuſtulit, antequã opus ſuũ ab omnibus valdè deſideratum in lucẽ daret. Et hæc opi. eſt commu. & vera, & indubitata per text. hic in hac l. ſi quando. C. vnde vi. & per l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam & per c. fin. extr. de his quæ vi metusve cauſ. fiunt iunctis not. per Paul. de Caſtr. in d l. cum furti. vbi Ang. ff. de in lit. iuran. & per Iaſ. in l. fin. vbi etiam Rom. ff. de in lit. iurand. & dixi ſupr. in §. Quinquageſimo num. 1. verſ. & iſtud. Et amplia hoc vt dixi ſupr. d. §. nume. 2. verſicu. ampliantur etiam & d. §. Vigeſimoſexto verſic. 27.

9 ¶Et non ſolum † locum habet dictum iuramentũ in litẽ & æſtimatio, per iuramentũ partis, ſeu actoris, vel accuſatoris ad probandũ res, ipſarum æſtimationẽ damni quantitatẽ, expẽſas, & intereſſe, vbi interuenit vis, verumetiã vbi nõ interuenit vis, ſed clandeſtinitas, dolus, vel malitia, aut furtũ vel damnũ dolo malo datũ, aut maleficiũ, & difficultas probationis nã tunc in his, & aliis ſimilibus caſibus creditẽ iuramento partis, ſiue actoris, vel accuſatoris, vel damnũ paſſi ſeu paſſæ etiã de iure cõi ſuper præmiſſis. Probato tñ prius aliter, ꝙ per iuramentum de perſona quæ præmiſſa damna aut maleficia, vel ſimilia fecerit. Bart. l. quidam tabularum nu. 2. ff. de furt. Alex. d. conſi. 103. Videtur col 3. nu. 11. ver. & non ſolum vol. 1. vbi Alexan. dicit, ꝙ hæc eſt commu. opinio glo. & Ioan. de Imol. in d. c. fin. extr. quòd met. cauſ. & gloſſ. in ca. dilecti ad fi. de foro comp. ac etiam gloſſ. in §. non ſolum ver. probare inſtit. de verborum obligationib. & eſt tex. in l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. ꝙ vi aut clam.

Et

Et dicit difficultas probationis, vbi pecuniæ, & anuli, gēmæ, granum, vinū, domus vtenſilia, merces, animalia, fructus, & quælibet res mūdi, & ſimilia fuerūt rapta, vel derobata, vel vi, aut clam ſubtracta, vel diminuta ſiue damnificata, vel in aliā deteriorē formā redacta, vel nō apparēt. Alex d. ver. & non ſolū. in fi. & dixi ſupr. in § Primò itaque nu. 33 verſ. ſed in caſu. & nu. 54. verſ. ſeptimo amplia Et ſi paſſus damnum, vel furtū, aut robariam, ſeu rapinā, aut vim, vel clandeſtinitatem, dolum, fraudē, vel malitiā, aut maleficiū, petit earū rerum reſtitutionē, & æſtimationē, & iſtud ſit conueniens conditioni illius, credendum eſt iuramento illius, qui dicit paſſum fuiſſe prædicta contra illū qui prædicta fecit, conſtito tamē prius q̄ ea fecerit, licèt quantitas rerū, & res ipſæ ignorentur; quia per iuramentū ipſum liquidabuntur, ita conſuluit Alex. in d. conſi. 103. Videtur col 3. nu. 11. verſic. & non ſolum & verſ ſurgit autem vol. 1. Bart. l. quidam tabularum nu. 2. ff. de furtis per textum in dict § in hoc interdicto & dixi ſuprà, in §. Primò itaque nume. 19. verſicu. quintò amplia & numero 33. verſi. ſed in caſu.

10 ¶De robariā tenentur † in dominio Mediolani exequutores, qui fecerint exequutionē in beſtijs aratorijs, & inſtrumentis aptis ad colendū agrū vel molendinū, & alijs ſimilibus prohibitis pignorari memoratis in decreto Mediolani ſub rub. de exequu § cum exequutiones quæ etiam de iure cōmuni capi non poſſunt l. exequutores. C quæ res pign.

11 oblig poſ. & talia prohibita † capi, ſi capiantur poſſunt impunè propria authoritate recuperari per partē à manu exequutorū, laſ. cōſ 20. Pro liberatione vol. 3. tex. in l defenſionis & l prohibitū & ibi gl. C. de iur. fiſc. & l. deuotum. C de metatis §. ſin autē ciuili in auth. vt ſic mat. & auiæ. Ergo poterit cōtra eos in litē iurari ſuper dānis pro tēporibus quib. beſtiæ nō laborarūt & pro dānis prædiorū non cultorū, & molēdini nō macinātis, ob beſtias, & ipſa inſtrumēta capta, & ſup pretio beſtiarū ac ſup expenſis, & oī intereſſe cū ipſi exequutores ex forma dicti decreti teneant de robaria, ac ſi præceptū à iudice nō haberēt. Alex. d. cōſ. 103. Videē vol. 1. & dixi ſuprà hoc §. in pr n. ver furtum & nu. 38. verſi furto & num 4. verſ. robaria facit l. 1. ff. de lega. 1 Fallit ſibi ſubſi-

FF 2 dium,

dium, ubi non ſunt alia bona, hoc eſt quando exequutores non inuenerunt alia bona ſufficientia pro facienda integra exequutione crediti, niſi feciſſent exequutionem in beſtiis aratoriis, & aliis prohibitis ex ipſo decreto in d §. cum exequutiones tunc enim præmiſſa prohibita pignorari, ſeu pro exequutione accipi, & alia etiam prohibita de iure communi capi pignori, uel in ſequeſtrum, poſſunt impunè capi pro exequutione crediti non obſtante ipſo decreto, & quolibet ſtatuto ac iure communi contrario non attento glo. l. exequutores & ibi Doct. C. quæ res pigno. oblig. poſſ. Petr. Gerardi ſing. 35. dictum eſt. Ripa tract. de peſte. rubr. de præſer. remed. num. 221. uerſic. item boues in fin. Fallit etiam quando præmiſſæ beſtiæ aratoriæ, & alia prohibita capi pro exequutione ex forma iuris cōmunis, & dicti decreti, ac ſtatutorum capiuntur non loco pignoris, nec ſimplicis exequutionis, ſed vt uendantur maximè ad haſtam uel dentur in ſolutum pro exequutione ſententiæ uel crediti: ut alia bona colantur, tunc enim hæc impunè fieri poterunt. Carol. Ruin. conſi. 130. Ad dubia nume. 9. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Falſi crimen in ſcripturis quomodo committatur. Et an contra falſificantem in litem iuretur.*

2 *Scripturæ meæ ſi ab aliquo comburantur, vel lacerentur ſtatur meo iuramento ſuper tenore, valore, & iure earum contra comburentem, vel lacerantem.*

3 *Falſarius tenetur ad intereſſe partis.*

4 *Valor rerum in quibus dicatur commiſſa falſitas quando iuramento probari nequeat.*

5 *Falſificans, ſi quis plures poſtas, libri, eodem tempore, dicitur vnica falſitas: & ſi diuerſis temporibus, dicatur plures cōmiſſa falſitates.*

6 *Falſitates plures etiam ex interuallo & diuerſis temporibus commiſſæ, ſi ad eundem finem tendunt, dicitur vnica falſitas; & falſarius vnica tantum pœna eſſet puniendus.*

7 *Falſus teſtis quis dicatur, & quomodo puniatur.*

8 *Dictio, vt, denotat finalem cauſam.*

9 *Falſitas commiſſa per teſtem vel notarium, quæ nemini eſt nociua, non poteſt puniri pœna falſi ordinaria.*

Teſtis

10 *Teſtis falſum deponens ſine iuramento virum puniatur de falſo.*

11 *Falſitas etiam non nocibilis in actu nullo à teſte, vel notario commiſſa punitur non pœna falſi ordinaria, ſed pœna extraordinaria.*

12 *Falſitas in non ſubſtantialib. negocij, pœna extraordinaria punitur.*

13 *Teſtis interrogatus, ſi attineat parti, ſi falſum dixit extraordinaria pœna plectitur.*

14 *Iurari poteſt in litem contra teſtem vel notarium qui falſum fecerit, ſiue dixerit circa acceßoria tantum cauſæ.*

15 *Falſitas ſi per errorem ſit commißa, non iuratur in litem, nec pœna ordinaria punitur, ſed alia longè mitiori.*

16 *Falſum ſcribens in ſuo libro priuato an pro crimine ſtellionatus puniendus ſit.*

17 *Falſi pœna ordinaria non habet locum vbi non adeſt dolus in omnibus perſonis in falſitate interuenientibus.*

18 *Falſis menſuris, vel ponderibus vtens vel ea faciens qua pœna puniatur, & an contra eum iurari in litem poſſit.*

§. XLIIII.

1 FALSI crimen † committitur in ſcripturis, falſas ſcripturas, inſtrumenta falſa, uel priuilegia falſa, uel acta falſa componendo, minutando, aut fabricando, item inſtrumenta, regiſtra, rationes, acta; libellos, conteſtationes, cautiones, chirographa, epiſtolas, ſcienter, & dolo malo in fraudem alterius lædendo, corrumpendo, mutando, adijciendo, demendo, radendo, delendo, comburendo, abolendo falsè ſcribendo, uel ſubſcribendo, falſa ſigilla appendendo, aut dolosè aliorum chirographa effictè imitando, aut certè ſcripto commiſſa falsè enarrando, & quæ omnia puniuntur lege Cornelia de falſis tex. in l. 1. & l. qui teſtamentum & l. Paulus & l. quid ſit falſum. ff ad leg. Cor. de fal. & habetur per D. Iodocum Damhouderiũ in Enchiridio ſub rub. de falſitate ſcriptorũ. Ana. conſ. 12. Primo ad Et contra facientem falſum modo aliquo ex præmiſſis iurari poterit in litem, per illum ad cuius damnum facta fuit ipſa falſitas, probando ex ipſo iuramento eius damña ac intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, expenſas fructus, ac intereſſe intrinſecum, & extrinſecum, in quibus omnibus falſum committens debet condemnari per gloſſ. in l. nummis

 in fin.

in fin.ff.de in lit.iur.& per ca.ſi vbi glo.verſic.per teſtes.ibi, intereſſe quod ſurgit ex maleficio probatur per iuſiurandum de his quæ vi met.cauſ.fiunt & dixi ſuprà in §.Actio familiæ erciſcundæ nu.3.verſ.retractari & in §.Quinquageſimo amplia num.1.

2 ¶Et caſu † quo ſcripturæ fuerunt combuſtæ, deletæ,abolitæ,laceratæ,razæ,immutatæ, vel furto ſubtractæ,vel vitio, ſeu malitia alicuius perditæ,& ignoratur earumtenor, valor,& ius,tunc credendũ eſt iuramento in litem præſtando per illum ad quem ſcripturæ ipſæ ſpectabant ſuper tenore, valore,iure,& credito,quod in eis diceret contineri,contra illũ qui ſcripturas ipſas combuſſit,aut deleuit, vel cancellauit,aut aboliuit, ſeu lacerauit,vel raſit, ſiue immutauit, vel furto ſubtraxit,vel cõtra alium tertiũ, quantum tamen ſit, nõ in præiudiciũ tertij:ſed in præiudiciũ illius qui præmiſſas ſcripturas combuſſit, aut deleuit, vel in eis alia fecit de quibus ſupra,vt ad intereſſe de quo ſuprà liquidandũ ex ipſo ſolo iuramento teneatur:vt dixi ſuprà in §.furtum nu.3. ver.furto & in §.35.amplia.Specu.titu.de inſt.edit.§.1 eſt ac videre verſi illud quoque Manſu.in ſua pract.ſub rub.de proba.nu.22.ver item ſi creditor. Et præmiſſa procedunt,

3 † vbi ageretur pro crimine falſi ciuiliter, vel criminaliter, ad intereſſe expenſis,ac damna partis,cõtra quã falſum fuit commiſſum,vt ipſum intereſſe.expenſ.e,ac damna. probari poſſint iuramẽto partis in litẽ pręſtando contra falſariũ,vel vtentẽ falſo,vt patet ſupr.hoc.§.nu 1.ver.falſi in fi & nu.7. ver.& caſu cum falſarius teneatur ad intereſſe partis. Soci.

4 conſi.62.Conſilijs in fi.vol.1 Sed ubi † ageretur pro crimine falſi ad pœnã pecuniariã fiſco applicandã vel ad pœnã corporalẽ, quæ eſt in dominio Medio pro crimine falſi in falſitate cõmiſſa circa acta,vel chartã, vel alias ſcripturas in re non excedente aureos 20.pro prima vice in quadruplũ, & ꝙ per triduũ continuũ mitra vinctus producatur in publicũ &c.& ꝙ ab aureis viginti vſq; in quingentos pro prima vice,ſit pœna manus potentioris pro ſecunda ignis &c, vt latius conſtat ex decreto Mediol.ſub rub.de pœnis §.quicunque fecerit,&c. in caſu pœnæ dicti decreti valor rei um ſuper quibus dicatur commiſſa falſitas non poteſt probari

ex

ex iuramento in litē præſtando per partē contra quam eſt commiſſum falſum,ſed debet teſtibus probari.Bart.Alex.& Iaſ.in l.fi.ff de in lit.iuran.& dixi ſuprà.§.Quinquageſimo
5 num 3.ver.Limita.Pro cuius † decreti declaratione ſcias,ꝙ falſificās plures poſtas,ſeu plura capita libri,uel inſtrumenti,ſeú alterius ſcripturæ eodē tempore, ꝙ dicitur prima vix, & unica falſitas,& falſificās plures poſtas, ſeu plura capita libri,vel inſtrumenti,aut alterius ſcripturæ diuerſis tēporibus,& ex interuallo dicitur plurib.vicibus falſificaſſe,& plures cōmiſiſſe falſitates. Soci.conſ.62.Conſilijs nu.8.uer.circa ſecundā uol.1.Bart.& Ang.l.nunꝗ plura.ff.de priu.del. & in l.illud.§.fi.ff.ad l.Aquil.Io.de Ana.c.fi.uer.tangit etiā
6 de col.deleg.Tamen † quotieſcunque plura delicta,ſeu plures falſitates tenderent ad eundem effectum & ad unum & eundē finem:puta,ſi quis diuerſo tempore plures teſtes falſos,ſeu plura inſtrumenta falſa ſeu ſimul teſtes falſos,& falſa inſtrumenta eodē uel diuerſo tempore ad unū & eundē effectum,& pro eadē cauſæ victoriæ fabricaret,& produceret eodē,uel diuerſo tēpore, & etiā ex interuallo, diceretur prima uix,& unica falſitas,& una tantū pœna eſſet puniendus.Soci.in d.conſi.62.Conſiliis nu.8.uer.circa ſecundam uol.1.Bar poſt Din.in d.l.nunquam plura uer.item op.ſupra ad l.Aquil.l.illud ff.de priua.delict.Bart.l.inficiando.§. infans.ff.de furt.Bal.l.quicunque.C.de ſeru.fugit.Nicola. Boer.deciſ.82.Chriſti nu.10.in 1.parte,quem uide, & uide Bald.& Mode.l.ſi fami.in fi.ff.de iuriſdic.omn iudic.
7 ¶Teſtis falſus † ſeu falſum teſtimoniū dicens, ſiue falſa teſtetur,ac dicat, ſiue taceat ueritatē, uel aliquid accipiat ne feiat teſtimoniū,punitur,aut criminaliter, aut ciuiliter iuxta qualitatē facti l.1.in prin.& §.1.& l.falſi pœna.ff.ad leg. Cornel.de falſ.D.Iodocus Damhouder.in Enchiridio ſub rub.de falſitate in uerbis Et in dominio Mediolani ex forma decreti eiuſdem dominij ſub rub.de pœn.§.ſi quis falſum teſtimonium & c.cauetur ꝙ ſi quis falſum teſtimoniū dixerit : ut aliquis condemnaretur in cauſa criminali, puniatur ea pœna qua puniendus eſſet ille, contra quem falſum teſtimonium dixerit &c. Et econuerſo ſi quis in cauſa criminali falſum dixerit, ut quis nocens abſoluatur, pu-

niatur illa pœna, qua ille puniẽdus erat, &c. Si quis uerò falſum dixerit, ut quis abſoluatur, uel condemnetur in cauſa ciuili, amputetur ei lingua, Quo caſu nota diligenter uerba ipſius decreti imponentis pœnas de quibus in eo, ſi quis falſum teſtimoniũ dixerit, ut aliquis condemnetur, uel ut quis nocens abſoluatur, ꝙ uerba ipſa denotant finalem cau
8 ſam, ex quo dictio † ut, denotat finalem cauſam: ut patet in oĩbus quatuor cõtractibus innominatis do vt des, &c. l. naturalis. ff. de præſcrip. verbis. & in teſtamentis, l. alumnæ. §. Seia. ff. de adimẽd. legat. Bal. conſ. 106. Cum peteretur vol. 1. & hoc quia in ipſo decreto dictio vt, ponitur in vim cauſæ aptæ producere ſuum cauſatum, quo caſu ipſa verba denotant cauſam finalem in caſu dicti decreti. Bald. in ſpecie in d. conſ. 106. Cum peteretur col. 2. in fi. nu. 3. ver. itẽ quia
9 non depoſuit. volumine primo. Ergo ſi quis † falſum etiam ſcienter & doloſè teſtimonium dixerit, ſed non depoſuit illud falſum, vt aliquis condemnaretur, vel abſolueretur non tenetur ad pœnas eiuſdem decreti: puta, quia Titius agit ad pœnam contra Gaium, qui promiſerat facere certum opus ſub pœna infrà certum terminũ, & ille diceret ſe illud opus feciſſe infrà terminũ, & ad hoc probandũ produxit teſtẽ, qui teſtificando dixit falſum, dicendo, ꝙ Gaius promiſſor perfici fecerat opus promiſſum, tñ non benè recordabatur vtrum in termino, ſed dixit, ꝙ & ſi nõ fuiſſet in termino, fuiſſet parum poſt perfectum terminũ, certè teſtis ipſe nõ tenetur ad pœnã ipſius decreti, nec ad aliã pœnam falſi ordinariã impoſitã à iure cõi, vel à ſtatutis, & ſic non teneretur ad pœnam abſciſſionis linguæ: quia reſpectu operis perfecti in termino non dixit falſum, ex quo nihil depoſuit per certũ corporis ſenſum, nec per memoriã, quæ requiritur in teſte l. quidam tabularum. ff. de fur. Bal. d. conſ. 106. cum peteretur vol. 1. Vnde teſtis dicendo ſe non recordari, vel nõ bene recordari, non dicit falſum, nec vult deponere falſum quò ad particulã qua dicitur factũ tẽpore congruo. Bal. d. conſi. 106. Cum peteretur. ver. modo vol. 1. Et in alia particula, quæ loquitur de opero facto poſt terminũ, etiã teſtis licèt falſum in hoc dixerit, nõ tenetur de falſo: quia qñ tempus eſt de ſubſtãtia agendi, vel defendẽdi, debet præcisè probari

probari factum tempore congruo l.eum actū.ff.de nego. geſt.Bal.d.conſ.106.Cum peteretur col.1.verſicu.ſequitur. Vnde teſtis ipſe nō dicitur in cauſa falſum depoſuiſſe, quia cauſa fundantur ſuper termino, non ſuper eo,quod eſt extra terminū. Ergo teſtis ipſe,& alius deponens de eo,quòd eſt extra cauſam,& extra capitulata, vel de eo etiam, quod probaretur non noceret in abſoluēdo, vel condemnando, etiā ꝙ falſum ſcienter & doloſè deponeret,non tenetur pœna dicti decreti ad linguæ abſciſionem, nec ad aliam pœnā decreti,nec iuris communis,nec ſtatuti,ſed alia mitiori pœna iudicis arbitrio erit puniendus. Et ita in ſpecie ad limitationem eiuſdem decreti Mediolani conſuluit Bald.in d.conſi. 106.Cū peteretur vol.1.Et idē eſt de iure cōi, ſecundum ꝙ falſitas quæ nemini eſt nocibilis non poteſt puniri pœna falſi ordinaria,ſiue per teſtem, ſiue per notarium,vel alium ſit commiſſa & eſt communis opi.Alexan.conſi.145.Viſis vol.6.Soc.conſ.103.In facto & 104.poſt reditum vol.1.

10 ¶ Limitatur etiam decretum † ipſum Mediolani in dict.§.ſi quis falſum dum punit dicentem falſum teſtimonium: vt quis condemnetur,vel abſoluatur &c.Procedere quādo teſtis dixit falſum teſtimoniū cū iuramento:ſecus ſi dixit falſum teſtimoniū ſine iuramento, quia nō dicitur tunc propriè teſtimoniū propriè loquendo,ſed ſunt verba enuntiatiua,& ſic tūc pœna decreti in d.§.ſi quis falſum locū non habet,cū in teſte falſitas idē ſit ꝙ periuriū. Bal.d conſ.106.Cū peteretur col.1.in fi.n.2.in fi.verſ hoc ergo premiſſo vol.1. l.præsbyteri.C.de epiſc.& cler.Et licèt talis teſtis pœna ordinaria decreti puniri non debeat,ex quo depoſuit falſum ſine iuramēto debet tamē puniri pœna mitiori arbitraria.D. Rober.Marāta in Spec.aureo in part.q̄ incipit ſextus actus qui emergit in iudicio n.21 ver.& ſi aliquis, Bal.d.cōſ.106. Cū peteretur vol.1.Ang.cōſ.194.Viſis proceſſibus col.2.in fi Et idē in teſte qui depoſuit falſum extra capitulata, & extra cauſam,in cauſa ciuili abſque litis cōteſtatione:quia nō pœna decreti,ex quo nō depoſuit,vt quis condemnetur,vel abſoluatur, ſed alia pœna mitiori arbitraria debet puniri.Bal. cōſ.106.vol.1.& eſt com opi.Lud.Bolo.cōſ.30.Ser ſauius,

11 ¶ Falſus teſtis cuius † dictum euidenter peccaret in forma

& ſic

& ſic nihil parti patrocinaretur, etiam quod falſum depoſuerit, nõ tenebitur pœna decreti Mediolani in d.§.ſi quis falſum, ex quo non verificantur illa verba decreti, vt quis cõdemnetur, vel abſoluatur, ſed alia pœna mitiori erit condemnandus. Bal.d.conſ.106. Cum peteretur col.1.in fi.ver. prætereà iſta teſtificatio vol.1.arg l.ſi is qui.§.ſi tu Titiũ.ff. de furt.faciunt not.per Paul.de Caſtr.in l.1.§.prætor ait. nu.5.ver.item not a diligẽter.ff.depoſiti.& Bal.d.conſ.106. reſpondet ad Bar.in l.ſi quis legatum ff.de falſis. vbi Bart. vult teſtem falſum non excuſari eo quòd eius dictum parti non patrocinetur, & eſt magis com.opinio, quòd falſitas etiam non nocibilis, & ſic per teſtem, vel notarium cõmiſſa in actu nullo quòd punitur non pœna falſi ordinaria, ſed pœna extraordinaria. Lud. Bolog. conſ.30. Ser ſauius.

12 ¶ Pœna † etiam eiuſdem decreti in rub.de pœnis. in d.§ ſi quis falſum.& in d.§ quicunq; fecerit.& omnis alia pœna falſi impoſita contra teſtẽ, vel notariũ, vel alium à decretis, & ſtatutis, locorũ, & à iure cõi pro falſitate teſtium, vel inſtrumentorum, aut ſcripturarũ intelligitur, qñ talis falſitas eſſet circa ſubſtãtialia negotij. alias ſi falſitas nõ eſſet circa ſubſtãtialia negotij, ſed circa alia: puta, circa appendicia, vel acceſſoria, vel circunſtantias, tũc pœna dicti decreti in d.§. ſi quis falſum, & omnis pœna decretorũ, & aliorum ſtatutorum, & iuris cõis, impoſita pro crimine falſi, locũ non habet, ſed ſolum locũ habet pœna mitior arbitraria, & extraordinaria. Iaſ.l.ſi ex falſis col.fi.nu.10.ver.limita quando. & ver.circa hoc.C.de tranſact.& ibi etiam not.Pau.de Caſtr. & Bar.in 2 lect.& Ang.in l.Lucius.ff.de his qui not.infam. & conſ.194.viſis col.2.Spec.in tit de teſte.§.1.uerſ.item qđ aliquid de ſuo addidit. Dec l.1.§.creditũ nu 7.uerſ.alias.ff. ſi cert.peta.Bal.l.eos col.2 ff.de falſ. Et hoc maximè procedit in dominio Mediolani, in quo dicens falſum teſtimonium, ita demum pœna ordinaria falſi ex ipſo decreto punitur, ſi dixit falſum teſtimoniũ, ut quis condẽnaretur, uel abſolueretur, & ſic, ſi dixit circa ſubſtantiam negotij, in eo puncto, ſu p quo cõſiſtit ſubſtantia negotij, ut quis condemnetur vel abſoluatur, ſed ſi dixit falſum circa alia acceſſoria uel appendicia, uel alia in quibus non conſiſtit ſubſtantia

negotij,

negotij,vt quis condemnetur,vel abſoluatur, tūc nō punitur pœna ordinaria eiuſdē decreti, nec pœnis dicti decreti, ſed punitur tantū alia mitiori pœna arbitraria citra mortē, & citra linguæ abſciſionem,ita inquit Bal.d.cōſ.106.Cum peteretut vol.1.& dixi ſuprà num.7.ver teſtis falſus.Et pro-
13 ptereà teſtis † interrogatus ſi attineat in aliquo parti,& dicat quòd non, & reperitur ꝙ dixit ſcienter falſum in hoc: quia eſt conſanguineus partis, propter hoc non poteſt de falſo criminaliter puniri ex pœna dicti decreti, nec ex alia pœna ordinaria iuris communis,nec ſtatutorum,ſed deberet & puniri extra ordinem arbitrio iudicis.Iaſon d.l.ſi ex falſis.col.fin.num.10 verſic.circa hoc.C.de tranſ.

14 ¶Poſſet tamen † iurari in litem, cōtra teſtem, & notarium, vel alium qui dixit, vel fecit dolo malo falſum,ſiue dixerit, vel fecerit falſum dolo malo, circa ſubſtantialia negotij, ſiue circa appendicia,vel acceſſoria tantū,vel alia in quibus nō conſiſtit ſubſtantia negotij,circa damna, expenſas ac intereſſe.partis,contra quā falſum ipſum fuit dictū,vel factū, probāda ex ipſo ſolo partis iuramento l.nummis vbi gl.fi. in ſi ff.de in lit.iur.c.ſi vbi gloſſ.ver.per teſtes.ibi, intereſſe quod ſurgit ex maleficio probatur per iuſiurandum extra de his quæ vi metusve cauſa fiunt vbi etiam Doct.per illū textum & Iaſo.hic,in hac l.ſi quando nu.57.verſi,nunquid ibi puto.C.vnde vi. Et dixi ſuprà in §,Quinquageſimo amplia num.1.& in §.actio familiæ erciſcundæ 3.verſic.retractari in ſi & in hoc.§.in prin.verſi falſi crimen.

15 ¶Fallit quando † falſitas fuiſſet in inſtrumentis vel in ſcripturis,vel dictis teſtium cōmiſſa non dolo malo, ſed per errorem vel per culpā etiā latam:quia tunc non poſſet iurari in litē contra illū qui fecit,vel dixit falſum abſque dolo malo textus in l.in actionibus verſ.ob. dolum & ibi gl.& Doc. not.ff.de in l.t.iur.Sic & lex Cornel ff.& C.de falſis & decreta Medio.ſub rub.de pœnis punientia falſitatē reſpectu teſtium falſorum,& reſpectu ſcripturarum falſarum vt conſtat ex ipſo decreto ſub rub.de pœnis.§.quicunque fecerit. & §.ſi quis falſum teſtimoniū & omnia ſtatuta punientia falſos teſtes,vel falſificantes ſcripturas,ſeu falſum in eis, vel alijs cōmittentes,ſeu punientia falſum,intelligunt quotieſ-

cunq;

cunq; falſitas dicta, vel commiſſa fuit dolo malo, ad hoc vt pœnæ ordinariæ legũ, ſtatutorũ & decretorũ prædictorum locum habeant, text.& Doc. in l. nec exemplum. C. de falſis. Et vbi falſitas fuiſſet dicta, vel cõmiſſa, aut ſcripta, per errorem, vel per culpã etiã latam, vel leuẽ, aut leuiſſimã abſque tamen dolo malo, tunc nõ punitur talis falſitas pœnis ordinariis iuris cõis, nec ſtatutorũ, nec decretorũ corporaliter, nec in pecunia, ſed punitur aliter pœna arbitraria, pecuniaria, & mitiori etiã ſi eſſet falſitas teſtis, vel notarij, vel alterius circa actũ nullũ, & nemini nocibilẽ: quia punitur nihilominus pœna arbitraria mitiori, & ſi non ex crimine falſi ſaltẽ ex crimine ſtellionatus, & temeritatis pro modo culpæ, & facti, & qualitate perſonarum arbitrio iudicis, & eſt magis communis opinio. ita dicit Lud. Bolo. conſi. 30. Ser ſauius col. pen. ver. ſimiliter in fi. & col. fi. ver. quia ad hoc vbi allegat Bar. in l. ſi quis legatũ col. 2. vbi Bal. & alij ff. ad l. Corn. de falſis Cyn. Sali. Bal. & alij in l. 1. in fi C. de ſepul. viol. Bal. l. fin. ad fi. C. ſi ex falſo inſtr. & in l. ſi poſt. C. de iur. & fact. igno. & in conſ. 106. Cũ peteretur vol. 1. Io. Andr. in reg. nõ eſt ſine culpa de reg. iur. in 6. Pau. de Eleaz. in c. teſtimoniũ de teſti. Pau. de Caſt. cõſ. 364. incip. Ab vltimo queſito col. 2. ver. & poſito vol. 2. D. Iodocus Dam. in rub. de falſitate ſcripturarũ nu. 10. Craue. cõſ. 406. Deſtilo col. 3. nu. 10. ver. nec punitur. Dec. l. 2. nu. 11. ver. in gl ibi, tacita. ff. qđ quiſq; iur.

16 ¶ Et licèt ſcribens † falſum in ſuo libro priunto, vel in alia ſcriptura priuata, quæ nullã fidem plenam, nec ſemiplenã, nec indiciũ, nec probationem etiã ad comparationẽ literarum faciat, nõ debeat puniri pœna falſi cum tunc talis falſitas nemini poſſit nocere & non dicatur dolus, & eſt cõmunis opi tex. cum gl. ver. priuatas in l. damus vbi Bar. & Doc. in apoſtil. ad Bart. C. de falſis. Alexan. conſi. 145. Viſis vol 6. Lud. Bolo. conſi. 30. Ser ſauius col. pen verſic. benè. Pau. de Caſtr. conſi. 130. Videtur dicendum quòd dictus volu. 2. Angelus tractatu maleficiorum verſicul. falſario colum. 2. ibi, habeas, per Bartolum & Modernior. in l. 1. §. qui in rationibus. ff. de falſis. Soci. conſi. 104. poſt numer. 2. verſicu. 2. volumine 1. videtur tamen quòd pœna arbitraria pro crimine ſtellionatus debeat puniri vel non puniri iuxta qualitatem

litatem facti & perſonarũ. Cyn.& Sal.l.1.C.de ſepul.viola.
17 Ang.l.plagij.C.plag.Et in tantum † eſt verum ꝙ falſum non committitur ſine dolo, & ubi non eſt dolus malus,ꝙ pœna falſi ordinaria locũ non habeat l.nec exemplum.C. de falſis, ꝙ vt dicatur falſum, & eius pœna locum habeat, requiritur dolus malus, non ſolum in mandante fieri falſum,verumētiam in mandatario, cui eſt commiſſum vt faciat falſum,& nō ſolum in faciente,vel fieri faciente falſum, verumetiã in eo,per quē fit falſum, alioquin ſi mandas,vel fieri faciens falſum,ſit in dolo malo. Et mandatarius,vel ille cui cõmiſſum eſt,vt faciat falſum, vel ille per quē fit falſum:puta notarius,vel nuntius,vel ſcriba,vel alius mandatarius,nō ſit in dolo ipſe mandatarius puta; notarius qui ſcripſit falſum,ſi fuit in bona fide, non dicitur commiſiſſe,nec ſcripſiſſe falſum,ex quo fuit in bona fide,ergo nec mandãs, qui mandauit fieri falſum, dicitur fieri feciſſe falſum.Vnde ſtãte ſtatuto,prout eſt Tuderti ꝙ ſi quis fecerit fieri falſum inſtrumentũ,vel falſam relationē,puniatur pœna corporali,vel in mille. Et ſtante decreto Mediolani ſub rub.de pœnis.§.quicunq; quo cauetur, ꝙ quicunq; fecerit, vel fieri mandauerit chartã falſam,&c.puniatur pęnis, de quibus in ipſo decreto,ſi mandans,vel fieri faciens falſum ſit in dolo, & mãdatarius: puta,notarius,vel nuntius vel alius ſcribat, vel referat falſum abſq; dolo,nō punietur mandans doloſè fieri falſum,nec fieri faciẽs falſum cũ dolo, nec mãdatarius nō doloſus,& ſic notarius,nec nũtius,nec alius,pœnis dicti ſtatuti nec decreti, ſed pœnis arbitrariis mitioribus puniri deberent,& ita vidi per excellentiſſ.Senat.Mediolani iudicari per doctrinam Barto.in l ſi quis obrepſit col.1 nume.2. verſi.ſecundò quæro & col.2.ver.iſta ſunt.ff.de fal.& conſi.170.Quidam Tudertinus fac.no.per Crauettam conſilio 46.Deſtilo.in prin.& col.3.ver.nec punitur vol.1.
18 ¶ Vtens ſcienter,† & doloſè falſis menſuris, libris, ponderibus,ſtateris,Bilãcibus adulterinis ſpectebus,aut aliis mercibus,deprauatis,ſeu corruptis, eaq; ſeu iuſta vſurpãdo,exponendo puniri debet in duplũ, & regulari, ſeu in exilium mitti l.pen.ff.ad lege Cornel.de falſis & lege anno nam.§. fin.ff.de var.& extraord.crim.Et non ſolum vtens, verum etiam

etiã faciẽs ſcienter falſa pondera,& falſas mẽſuras,punitur, faciẽs falſa pondera, nõ excuſatur ex ignorãtia. D. Iodocus Damhouderius ĩ Enchiridio ſub rub. de falſitate p abuſum. Ergo cõtra vtentẽ dolo malo falſis ponderibus, & ſimilib. & cõtra ea facientẽ,põt iurari in litẽ,ſuper quãtitate & qualitate damni,expenſarũ,ac intereſſe, etiã pro quibuſcũq; vicibus,& quãtitatibus quibus læſus ex falſi- ponderibus. & ſimilibus dicat ſe fuiſſe læſum ex illis l.nummis vbi gloſ ſi. in fin. ff de in lit.iur.c.fi.vbi gl. ver. per teſtes.ibi.intereſſe q̃ ſurgit ex maleficio probatur per iuſiurandum extra de his quæ vi metusve cauſa fiunt & dixi ſuprà in §. Quinquageſimõ amplia in prin. facit c.ſemel malus de reg. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Teſtari aliquem prohibens pœna extraordinaria punitur & contra eum in litem iuratur.*

2 *Terminos confinium amouens cauſa occupandorum finium, quomodo punitur, & quod ſi ob aliud eos furatus ſit.*

3 *Termini agrorum, qui dicantur.*

§. XLV.

1 TEſtari † prohibens alium, ſiue teſtamentum fieri prohibeat,ſiue factum mutari vetet, ſiue codicillari,vel donationẽ cauſa mortis celebrari prohibeat, debet puniri pœna extraordinaria, & hæreditas ab eo qui prohibuit teſtari tanquam ab indigno aufertur & Fiſco applicatur. tex. in l. 1. in prin. & ibi not. Bar. nu. 3. ver. quæro qualiter. ff. ſi quis aliquem teſta prohib. Et teſtari prohibitus habetur perinde, ac ſi teſtatus fuiſſet, vbi conſtat de voluntate volentis teſtari, qui fuit prohibitus etiam quod de ipſa voluntate conſtaret ſolũ per duos teſtes, & contra prohibentem teſtari poteſt iurari in litem, maximè vbi prohibuit notarium, vel teſtes accedere ad conficiendum teſtamentum. Anch conſ 337. De efficacia col pe. ver. & forte etiã & verſi. nam & alibi arg. l. ſi quando. C. vnde vi. & d. ca ſi. ext. de his quæ vi metusve cauſa fiunt & d. l. in actionibus verſi planè vbi Dec. nu. 13. verſ. decimò & vltimò not. & ibi Iaſ. nu. 17. ver. quanto nota. ff. de in lit. iur. Imo probata prohibitione teſtandi

teſtandi ſtandum eſſet iuramento in litem, per partem præſtando, contra prohibentẽ teſtari: quia ex ipſo iuramento ſolo, probarentur voluntas teſtatoris, damna, expenſæ, ac intereſſe ipſius partis iurantis, & pro hac opinione vide ea quæ dixi ſuprà §. Trigeſimoquintò amplia in prin. & §. ſeq. nu. 6. ver. ego ſi reus & in §. Furtum nu. 3. verſi. furto. Abb. conſ. 109. Circa in fi. vol. 1. per tex in d. l. in actionibus ver. planè vbi Bar. Iaſ. Doct. & alij.

a ¶Terminos prædiorum, † vel domuum, ſi quis ſciens eſſe terminos, eos dolo malo amouerit cauſa finium occupandorum, ſi eſt perſona nobilis relegatur ad tempus, ſi vilis fuſtigatur, & ad bienniũ relegatur l. 2. ff. de ter. mo. Cyn. Bald. Sal. & Albe. l. 1. C. de accuſ. Abb. & Barb. c. ex literis de prob. D. Iodo. Dam rub. de trãſlatione limitum, vbi autẽ illos mouit cauſa offuſcãdi eos, punitur pœna arbitraria l. fi. in fi. ff. de ter. mo. Abb. d. c. ex literis. Sal. d. l. 1 vbi verò quis mouit illos dolo malo: puta, vt lapides confinales furetur, vel vt vicinis negotium faceſcat, non tñ mouit cauſa occupandi confinia, nec animo lites confinium in ſuum commodum ſuſcitandi, nec ea offuſcãdi, punitur pœna. 50. aureorũ l. fi. in prin. ff. de ter. mo. Sal. d. l. 1. Abb. d. c. ex literis. Iod. d. rub. de tranſlat. limi. & ita reſtringitur ipſa l. fi. & eſt com opin. Dec. d. c ex literis in fi. Et vbi quis amouit terminos, neſciẽs illos eſſe terminos, dolo malo tñ id egit: puta, vt lapides cõfinales furetur, ſi eſt vilis creditur verberibus l. 2. in fi. ff. de ter. mo. ſi eſt nobilis, punitur pœna arbitraria. Abb. ca. ex literis col. fin. vel ſaltem tenetur furti. Sali. d. l. vnde not. ꝙ in præiudiciũ illius, qui dolo malo mouit, vel moueri fecit ipſos terminos, ꝙ põt iurari in litem per partẽ in cuius præiudiciũ dicuntur termini moti pro damnis, & intereſſe conſtito per teſtes, ꝙ termini fuerint moti per talẽ, licet teſtes neſciant locũ loci, in quo prius fuiſſent termini poſtea moti. Nam in quo nam loco loci eſſent, ſtandum eſt iuramento in litẽ præſtãdo per illũ, in cuius præiudiciũ moti dicuntur termini contra illum qui ipſos terminos ſcienter. & doloſè mouit, vel mouere fecit. Dec. in l. in actionib. col 4. nu. 13. ver. 10. & vlt. not. vbi Iaſ. nu. 17. verſic. quarto not & ibi alij Doc. per illũ tex. in ver. planè. ff. de in lit. iur. & faciunt not

per

per me ſupr. in §. Trigeſimoſextò nu. 6. verſi. ergo ſi reus. & nu. 7. verſ. fallit vbi. & §. Trigeſimoquintò amplia. nu. 1. & in §. Vigeſimoſextò nu. 3. verſi. Vigeſimooctauò amplia. &
3 in §. Furtum nu. 5. ver. Furto ſcripturarũ. Et terminos † ſeu limites intellige quæuis ſigna, ſiue ſubſignacula quæ agros abinuicem ſeparant ſiue lapides, ſiue pali, ſiue arbores, ſiue foſſata eſſent teſte D. Iodoco in d. rub. de tranſlatione limitum, in fi. glo. & Doct. in d. l fi.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam verbalem, vel realem faciens punitur, & contra eum in litem iuratur ab iniuriato, & quomodo iniuriatus verba iuramenti concipere debeat.*

2 *Iniurians ſi non habet vnde in bonis ſatisfaciat pro iniuria illata, luit in corpus.*

3 *Iniurians verbo, ſi iniuriam retractet, contra illum ad aliquam pœnam agi non poteſt.*

4 *Iniuria verbalis quæ dicatur.*

5 *Hæreticus abiurans hæreſim, communem pœnam euitat.*

6 *Incendium ponens, vel poni mandans qua pœna puniatur, & an contra eum in litem iuretur.*

§. XLVI.

1 INIVRIAM † verbalem, vel realem: puta, verborum verberationis, aut vulnerum, vel alio modo, ſi quis dixerit, vel fecerit contra aliquem, poteſt iurari in litem contra ipſum iniuriantem, per iniuriam paſſum, qui poterit iniuriam ſibi factam æſtimare iurando, quòd potius vellet centum, vel mille aureos de ſuo patrimonio amiſiſſe, quàm fuiſſe paſſum talem iniuriam. Et ipſa iniuriarum æſtimatio debet fieri per iniuriatum cum eius iuramento contra iniuriantem, facta prius taxatione per iudicem iuxta qualitatem, & conditionem perſonæ iniuriatæ, temporis, & loci factæ iniuriæ, & infra ſeu vſque ad ſummam taxatam poterit iniuriatus iurare, vltra autem ipſam ſummam non poterit iurare. text. in §. pœna autem iniuriarum. vbi text. & gloſ. verſi. æſtimauerit. & ibi Ang. Aret. & alij. inſtitu. de iniur. text. glo. & Doct. in l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. D. Iac. de Bellouiſu

in pract. crim. in glo. ver. & tantum dictas iniurias æſtimat nu. 1. uer. ſic uides, & nu. 2. uerſ. ſed nũquid. & n. 3. uer. quid ſi iniuriatus. Spec. in tit. de iniur. & dam. dat. per totum. D. Iodo. Damhouderius in Enchir. ſub rubr. de iniur. num. 3. Et ſi paſſus iniuriã, eſt pauper, mendicans nihil habẽs in bonis, qui non pŏt iurare, q̃ malle raatũ de ſuo p̃trimonio amiſiſſe; cum illud nõ habeat, eſt tñ vir probus, vt quilibet frater minor, poterit iurare, quòd tantum vellet amiſiſſe ſi haberet. Io. Iac. de Bellouiſu in dict. ver. quid ſi iniuratus.
2 Et vbi iniurans † non habet modũ ſoluendi in pecunia, nec in bonis, debet luere in corpus. D. Iacob. de Bellouiſu. in d. gloſ. Et tantum dictas iniurias æſtimat. in verſ. quid ſi iniurians nihil. per tex. in l fi. vbi Doct. ff. de in ius vocand.
3 ¶ Fallit quotieſcũque † ille qui dixit iniuriam verbalem reuocaret illam, reuocando verba iniurioſa, quæ dixit: nam tunc iniuriatus non pŏt contra ipſum iniuriantẽ agere ad aliquã pœnã, ex actione iniuriarum, & ſi egit non pŏt perſeuerare in ipſa lite ipſe, nec fiſcus, & hoc procedit etiam reſpectu iniuriæ verbalis dictę abſque iracundia, & cõcitatione, & cũ animo deliberato, quia tollitur ex pœnitẽtia, & ex reuocatione verborũ iniurioſorũ facta per iniuriantẽ: ergo iſtud procederet multomagis in iniuria dicta ex iracundia, & ſic omnis actio iniuriarũ verbaliũ tollitur ex reuocatione verborum facta per iniuriantẽ. Fel. c. dilecti filij nu. 16. verſ. dicit etiã. de except. I. anfr. de Orian. in c. quoniã cõtra falſam. in glo. verſi. confeſſiones. in prin. & ibi D. Celſus in apo. de pro. D. Io. Bert. in rep. ver. iniuria verbalis iniuria. n. omnis q̃ fit verbis pŏt verbis contrarijs tolli, ẽt cũ aliquali excuſatione iniuriantis: puta, q̃ quicquid dixit, id oẽ dixit, ex iracundia, vel malè informatus, & q̃ verba iniurioſa non ſunt vera, & ea reuocat l. nihil tam naturale. vbi text. ff. de reg. iur. Mag. D. Lancel. Conradus Laud. tracta de duello. in tit. de pace concluſione. 104. Incip. inueſtigandæ, cum ſeq. cõcluſio, Paris de Put. tract. de re militari. §. quia finis lib. 10.
4 ¶ Iniuria † autem verbalis dicitur non ſolum illa quæ fit & dicitur verbis viua voce, verum etiam illa quæ fit & dicitur in ſcripturis per libellum famoſum, vel per epiſtolam, vel per aliũ modũ in ſcriptis. Lud. Rom. conſ. 378. Quo ad

primum in quo.in prin.per tex.in l.lex Corn.§.ſi quis libel lum.ff.de iniu.& per text.in c.conſtitutionē.& in c.ubi pe riculum.de ſent.excom.in 6.& in l.apud Labeo.§.cōuitiū. iuncto ſeq.§.cōuitiū.ff.de iniur.Et iſta nota pro declaratio ne decreti dominij Mediolani,ſub rub.de accuſationibus.§. Inoleuerat. quo cauetur pro iniuria uerbali procedi non poſſe ꝑ iudicē,niſi ad querelā partis.Nā ſiue verbis,ſiue per libellū famoſum,uel per aliā ſcripturā inferatur iniuria,dicitur iniuria uerbalis, & nō realis Rom.d.cōſ.378.Quo ad primū in quo.Ergo pro tali iniuria uerbo,uel per ſcripturā facta aliquibus,ex modis de quibus ſupra,etiā per libellū famoſum,nō poterit procedi in dominio Medio.niſi ad querelā partis,ubi ſit data,& ubi ſit data.& per partē reuocata, & ſic non durat querela,nō poterit etiā procedi ut patet ex d.§.inoleuerat & pro hac opi.faciunt ea quæ dixi ſupr.in c. ſed et opus nu.10.uerſ.itē decretū. & facit l legatarius.§.le gatū.ff.de leg 1.Et cum iniuria q̃ fit etiā per ſcripturā, dicatur uerbalis,ſequitur ꝙ ſi iniuriās uiua voce,uel per ſcriptu ram,ſeu per libellū famoſum,reuocet ꝑ uiuā uocē,ſeu ſcri pturā,& libellū cōtrariū famoſo eo modo prout fecit iniu riam per eandē uiuā uocē contrariā & ſcripturā cōtrariā, uel per libellū famoſum contrarium & reuocatoriū primi, ꝙ non poterit procedi contra talem iniuriantē ut patet ex his quæ dixi ſupr.hoc.§.nu.3 uerſ fallit quotieſcunq; illeſum.Ang uer.libellus famoſus. Nam & † hæreticus qui di-

5 uinæ maieſtati offendit uerbo,uel ſcriptura, uel in eius cre dulitate,ſi ipſam hæreſim abiurauerit, & eius ſcripta retractauerit, & ad ſacrā fidē reuerſus fuerit euitat pœnā omnē hæreſis ca.ut officiū. de hæret in 6.& c.ad abolendam & c. excōmunicamus. de hæret.Lud.Carr.tract.de hær.nu.159.

6 ¶Incendiū ponēs,† vel poni mandās,punitur pœna capitis ſecundū ius cōmune l.data opera. & ibi gl.uer.poteſtis.C. qui accuſ.non poſ ubi latè Cyn.Bald.& Salic Bar.l.3.& ibi Alex ff.de offic.præf.vig.text.in l.capitaliū.§.incendiarij.ff. de pœn.l.ſi ff.de incen.rui.naufr.& aliqñ etiā punitur igne incēdiarius l.qui ædes.cū legib.ſeq.ff.de incend.rui.naufr. Et quō puniantur incendiarij uide lata per D.Iodo.Damhoud.ita Enchir.ſub rub.de incendiariis.& per Ang.Areti. in tract.

in tract.malefi.in uerſi.incendiario. per Abb.& Felin in c. tua nos.de ſenten.excom. Et in dominio Mediolani ex forma decreti ſub rub.de pœn.§.ſi quis incendium.cautũ eſt, quòd ponens, uel poni mandans, incendium in domo uel loco habitato, punitur pœna capitis, ita q̃ moriatur, & bona confiſcantur, ſi uerò id factum fuerit in domo, uel loco inhabitato, puniatur in quadruplum damni, de quo ſtetur iuramento damnum paſſi, & alia pœna grauiori uſque ad mortem incluſiuè arbitrio principis, uel ſenatus. ut conſtat ex d.§ ſi quis incendiũ.quo caſu nota, q̃ accuſatus uel inquiſitus de incendio etiam reſpectu loci inhabitati, & etiam reſpectu incendij facti in ſuo, quòd non poteſt comparere in dominio Mediolani per procuratorem, ſed tenetur ſeſe conſtituere in carceribus, & in eis ius dicere etiam, q̃ pœna ſit ſolum ex ipſo decreto arbitraria. Ancha.conſi.272. In Chriſti nomine eiuſq; matris glorioſæ Mariæ, & beati Antonij Amen. Idem & ſubtiliter & dixi ſupr.in §.Mandati actio.nu.12.ver.pœna pacti.& nu.13 ver.Et illud. Et decretum ipſum.in d §. ſi quis incendium. dum imponit pœnã capitis & confiſcationis bonorum illi, qui poſuerit incendium, vel poni mandauerit in loco habitato, intelligitur quãdo ſcienter, & doloſè maximè ad vindictam id factum fuit: ſecus ſi per errorem vel culpã etiã latam, ſeu per incuriam, vel imperitiam id factũ fuerit quia tunc pœna decreti, quæ eſt pœna capitis, & cõfiſcationis bonorũ locum nõ haberet. ſed alia pœna mitior arbitraria locũ haberet. Pau. de Caſt.l.1.C.vbi ſen.vel clar.Dec conſ 9.Et pro tenui nu.2. & conſ.232.In effectu nu 7.ver.Et eodem & dixi ſupr.in §. Duello victus num.3.in verſi.& illud. Et etiam de iure communi res, & rerum quantitas, qualitas, pretium, & æſtimatio, quæ incendio dicuntur conſumptæ. probabuntur iuramento partis, quæ paſſa fuit incendium, contra illum qui poſuit dolo malo, vel poni mandauit incendium. per text.in cap.fin.vbi gloſſ.verſic.per teſtes. ibi, in intereſſe, quòd ſurgit ex maleficio probatur per iuſiurandum. extrà de his quæ vi metuſve cauſ.fiunt. & ibi Doctor.gloſſ.fi.in fi.in l.nummis.ff.de in lit.iur.per text.in l.ſemper.§ in hoc interdicto.ff.quòd vi aut clam.& per hanc l.ſi quando.C.

vnde vi.& per l.in actionibus, in ver.planè. vbi Bart.Bald. Pau.de Caſtr.Alex.Iaſ.& Dec.nu.13.verſ.decimò & vltimò not.ff.de in lit.iur.& dixi ſupr.§.Quinquageſimo amplia. nu.1.& in §.Furtum num.3.verſ furto.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus vel turbatus in poſſeſſione, etiam ſi ſit prædo ante omnia eſt ad eam, & ad fructus reſtituendus, & quid ſit de expenſis, ac damnis ob ſpolium paſſis.*

2 *Damna & expenſæ ob ſpoliũ paſſæ, iuramẽto damnũ paſſi probãtu.*

3 *Spolium quomodocunq; factum ſit, poterit in litem iurari per ſpoliatum.*

4 *Spoliatio facta cum licentia iudicis excuſatur à pœnis turbatæ poſſeſſionis.*

5 *Spoliator non tenetur ad pœna turbatæ poſſeſſionis, quando habebat titulum anteriorem ab eo ſpoliatus, & ſpoliator habere prætendunt titulum.*

6 *Spoliator ſi aliqua colorata cauſa excuſari poteſt à dolo, nõ tenetur.*

7 *Seculares ſtatuentes aliquid contra libertatem Eccleſiæ vel eccleſiaſticarum perſonarum, & eorum bona, ſunt excommunicati.*

8 *Statuta quæ ſunt contra libertatem eccleſiaſticam, vel diſponunt ſuper rebus Eccleſiæ, non valent.*

§. XLVII.

1 SPOLIATVS † poſſeſſione ſua, vel in ea turbatus, etiam ſi eſſet prædo, imprimis, & ante omnia eſt reſtituendus & in ea manutenendus antequã ſpoliãs, vel turbans audiatur in poſſeſſorio plenario vel in petitorio, & donec videatur quid iura velint l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg.Iul.de vi publ.c.1.& c.in literis. & per tot.tit.de reſtitu. ſpolia.l.1.§.qui à me.ff.de vi & vi arma.§.recuperãdæ inſti. de interd.Rip.l.naturaliter.§.nihil cõmune nu.16.verſ.ſtat igitur cũ ſeq.& ibi alij Doc.ff.de acq.poſ.Et nõ ſolũ ſpoliatus ſiue turbatus, ante oĩa eſt reſtituẽdus ad rem ſeu poſſeſſionẽ ſpoliatũ ſeu turbatam, verũ etiã ad fructus quos ſpoliator, ſeu turbator percepit, ſeu percipere potuit ex ipſa re, vel poſſeſſione.text.in c.grauis. & ibi Doc.not.de reſti.ſpo. Rip.d.§.nihil commune nume.50.verſi.ſextò amplia. Rot. decis.

deciſ.25.in rub.de ruſtr.ſpo.in nouis.Et vlterius etiã perem pta re ſpoliata mobili,vel ſe mouente,vel immobili,eſt reſti tuendus ſpoliatus,ſiue turbator ante oĩa ad æſtimationem dictæ rei,nõ obſtante exceptione cõpenſationis certa,ac liquida l.fi.C.de cõpen.Ripa d.§.nihil cõmune nu.48.verſ. amplia quartò. Et ne dum ad ipſam poſſeſſionẽ,& fructus ipſos,verũ etiã ad expenſas,damna, ac intereſſe paſſa ꝑ ſpo liatũ,ſiue perturbatũ propter ſpolium,vel turbationẽ debet ſpoliatus,ſiue turbatus imprimis, & ante oĩa reſtitui. Rip. d.§.nihil cõmune nu.50.ver ſextò amplia.tex.in c.accedẽs. el 2.& ibi Abb Panor.in pe.not.vt lit.nõ cont tex.ubi Doc. in d c.grauis.Et nõ ſolũ ſpoliatus,ſiue turbatus qui ꝑdidit poſſeſſionem ex ſpolio aut turbatione reſtitui debet in pri mis,& ante oĩa,ad damna,& impẽnſas factas poſt ſpoliũ,vel turbationẽ,verũ etiã ſpoliatus,vel turbatus,qui nõ perdidit poſſeſſionẽ,ſed illã incontinenti cõuocatis amicis,& armis recuperauit,& vim propulſauit.iuxta text.in l.1.§.vim vi.& in l.3.§.eũ igitur.ff.de vi & vi armar.debet imprimis, & ante oĩa reſtitui ad ipſas impẽſas factas in cõuocandis amicis & armis pro recuperatione dictæ poſſeſſionis & ſeu pro ſe manutenẽdo in ea ne ſpoliaretur, vbi erãt probabilis dubi tatio.& indicia ſpolij,vel turbationis futuræ;niſi cõuocatis amicis, & armis facta fuiſſet ipſa impenſa.Rip.d.verſ ſextò amplia d.l.ſi quis ad ſe fundũ. vbi Bar.ſecundũ vnũ intellectũ quẽ ibi Bar.dat.C.ad l.Iul.de vi pub.Et prædicta procedunt etiã contra ſpoliatorẽ, uel turbatorẽ qui ſpolium,uel turbationẽ ſuo nomine factum factamve ratificauit l.1.§. quoties.ff de vi & vi armat.c.cum ad ſedem. de reſti.ſpolia. Rip.d.§.nihil cõmune nu.51.verſ.ſeptimò amplia. Et item procedunt etiã contra ſpoliatorẽ uel turbatorem; etiam ſi offerret incontinẽti ſe probaturũ eius dominiũ, uel poſſeſſoriũ plenariũ,& antiquius:quia nõ debet audiri:niſi prius ultimus ſpoliatus,uel turbatus,imprimis,& ante omnia reſtituatur ad omnia prædicta.text.in c.literas.§.pen.& fi.de reſtitu.ſpolia.Inno in c.2.de cauſa poſſeſſion.& proprietat. gl.can.in ſum.11.q.1.& in c ſuper cauſa.11.q.5.Spec.tit.de pet.& poſſeſſ.§.fi.uer.14.Feli.c.fin.col.fin.de libel.oblatio. Ripa d.§.nihil commune nume.52.uerſ.octauo amplia.

2 ¶Et ipſa † damna, expenſæ, rerum, turbatarū, vel ſpoliatarū æſtimatio, quātitas, valor, & qualitas, & fructus rerum ſpoliatarū, vel turbatarū; & ipſorū fructuum quantitas, qualitas, & æſtimatio, & impenſæ, ac intereſſe, & damna intrinſeca, & extrinſeca paſſa per ſpoliatū, vel turbatum, & alia oīa ad quæ vt ſupra hoc. §. in prin. dixi, ꝙ ſpoliatus poſſeſſione, debet ipſe ſpoliatus, vel turbatus in primis, & ante oīa reſtitui; & alia omnia in quibus ſpoliator uel turbator debet condemnari, probabuntur ex ſolo iuramēto in litē præſtando per ſpoliatum, uel turbatum cōtra ſpoliatorē, ſiue turbatorē ſuum, ſeu eum qui ſpoliū, uel turbationē eius nomine factum factamve ratificauit. Et hoc procedit ſiue ſpoliatio, uel turbatio ipſa facta fuerit ꝑ uim, ſiue clam ſeu clandeſtinè, text. eſt in l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod ui aut clam. text. in c. fi. & ibi gl. ver. per teſtes. ibi, intereſſe qd ſurgit ex maleficio probatur per iuſiurandū. extr. de his quæ vi met. cau. fiunt. & in hac l. ſi quādo. ubi Iaſo. col. 8. nu. 44. uerſ. quęro ſucceſſiuè. in fi ibi, & clādeſtinitatis. C. unde ui. & dixi ſup. à in §. Primò itaque nu 6. uerſ. quartò amplia. Et procedunt præmiſſa contra omnem ſpoliatorē, ſiue turbatorem, ſiue fuerit turbatio, ſiue uiolentia expulſiua, ſiue ablatiua, ſiue turbatiua, ſiue cōpulſiua, ſiue inquietatiua, ſeu alia quæuis uiolētia, uel turbatio, quia iurari poterit in litē cōtra ipſum ſpoliatorem, uel turbantē, ut dixi ſupr. d. §. Primo itaq; amplia. in p. in.

3 Et ſiue per † vim, ſiue clam, ſpoliū, uel turbatio factum, uel facta fuerit, cōtra ſpoliantē, uel turbantē ui, uel clam poterit iurari in lit. tex. in d. l. ſem. p. §. in hoc interd. ff. quod ui, aut clam, & dixi ſupr. d. §. itaq; amplia & d. nu. 6. uer. quartò amplia. Et hæc procedūt ubi ſpolium, uel turbatio factum factave fuit, dolo malo; quia poterit iurari in litē d. l. in actionionibus. ubi tex. ibi, ob dolū. ff. de lit. iur. Et ubi fit ſpolium, uel turbatio per uim, dicitur ſemper adeſſe dolum in d. l. 2. § doli mali mentio. ibi, nam qui uim facit, dolo malo facit. ff. de ui & ui arm. D. Mar. Soc. Iun conſi. 18. Viſo col fin. nu. 53. uerſi nec etiā uol. 2. Et item dolus etiā abſque ui, præſumitur, in eo, qui nouam poſſeſſionem occupat, quam alias non poſſideret, etiam ſi diceret ꝙ ipſe ignorabat ab alio illā poſſideret, etiam ſi non

probaretur

probaretur ſcientia poſſeſſionis alienæ l.cũ quærebatur. C. vnde vi.Bal.conſi.52.Viſis duobus vol.5.Alexan.conſi.23. Viſo vol 6.Bart.& Ange.l.falſus.§.qui alienam.ff.de furt.

4 ¶Fallit tñ † quotieſcunq; ſpoliatio, vel turbatio facta fuerit cum licentia,vel authoritate iudicis, etiã nulla:quia talis licentia & authoritas iudicis data alicui ingrediẽdi in poſſeſſionẽ, excuſat à dolo & à pœnis turbatæ poſſeſſionis.Bald. conſ.58.Quidam eſt accuſatus vol.5.tex.in l.iuſtè poſſidet. vbi Bar.& Doc.ff.de acq.poſſeſ.l.in fi.ff.de abig.Ergo cum tunc nõ dicatur adeſſe dolum,nõ poterit de iure cõi iurari in litem contra turbantem,vel ſpoliantẽ, nec poterit iurari, de damno dato vigore ſtatuti cauentis quòd credatur iuramento damnum paſſi etiã ſi fuiſſet in culpa lata.text.cum gloſſ.communiter approbata in d l.in actionibus verſicu. ob dolum.& in verſic ob culpam.ff de in lit.iurand.

5 ¶Secundo fallit † quotieſcunq; ſpoliator, vel turbator poſſeſſionis,habebat titulum anteriorẽ,ac eodẽ authore,à quo ſpoliatus,vel turbatus prætendit habere titulũ,& idẽ ſpoliator,vel turbator habebat,nedum ipſum titulũ , verum etiã poſſeſſionẽ tẽpore anteriorẽ ex conſtituto vel præcario vel alio modo,quo caſu præfertur habẽs ipſum titulũ & poſſeſſionẽ anteriorẽ l.quoties.ubi text.& Doct.C.de rei uendic. l.ſi à te.§.ſi duobus.ff.de publici.Nã tunc ipſe ſpoliator nõ tenetur ad pœnã turbatæ poſſeſſionis.& non dicitur in dolo,nec poteſt cõtra eum de iure cõi in litẽ iurari, nec iurari de damno dato etiã uigore ſtatuti cauentis quòd credatur iuramento damnum paſſi.Bal.d.conſi.58.Quidam eſt accuſatus.iuncta l.1.in fi.ff.de abig & l.plagij.C.ad leg.Falci. de plagi.& junct.not.per Bart.in l.1.§.1.ſi quis teſtam.lib. eſſe iuſ.fue Ergo ceſſante dolo nõ poterit cõtra eum in litẽ iurari d.l.in actionibus.ibi , ob dolum.ff de in lit.iurand.

6 ¶Tertio fallit † quotieſcunque ſpoliator ſeu turbator ex aliqua cauſa iuſta vel iniuſta ſed colorata excuſari poſſet à dolo:puta, ſi ignorabat rem quam acquiſiuit à Sempronio poſſideri à Titio, & turbauit eundẽ Titium in poſſeſſione: nam tũc propter ipſum titulum excuſatur turbator à dolo, cũ quælibet cauſa etiã iniuſta dummodo ſit colorata excuſet à dolo d.l.1.in fi.ff.de abig.& d.l plagij.vbi Ang.per illũ

tex. l. Titio fundus vbi glo. ff. de cōdi. & dem. Bal. d. cōſi. 58. Quidam ver. prætereà vol. 5. Ergo non poterit contra eum de iure communi in litem iurari, nec iurari de damno dato vigore ſtatuti volentis credi iuramento damnũ paſſi, ſed teſtibus damna, fructus & intereſſe, & quantitas debēt probari. tex. d. l. in actionibus. Sic & inueſtitus ab aliquo de prædio, ſi illud ingrediatur non poteſt accuſari, ex quo non dicitur in dolo, nec culpa, & non tenetur ad aliquam pœnā criminalem, etiā quòd alius fuiſſet in poſſeſſione, ergo contra ipſum inueſtitum iurari in litem non poterit. Bal. conſi. 177. Ad euidentiam eſt num. 7. verſi. & primo vol. 3.

7 ¶Seculares ſtatuentes, † uel conſuetudinem, ſeu iuriſdictionem exercentes contra libertatem Eccleſiæ, ſeu contra perſonas Eccleſiæ, vel eius bona, ſunt excommunicati, & ſubiacent banno imperiali, & ipſa ſtatuta ac conſuetudines, non ualent c. Eccleſia S. Mariæ. de conſt. authen. caſſa. C. de ſac. ſanct. Eccle. Bal. conſi. 367. Venerabilis vol. 3. tot. tit. de immu. Eccle. & tot. tit. de for. compe. Ergo iurari poterit in litem contra principes ſeculares, & reſpublicas ſeculares, & alios iudices, & magiſtratus ſeculares, qui perſonas eccleſiaſticas condemnant in cauſis ciuilibus, vel criminalibus, vel ponunt in bannũ, vel exilium, vel alium actum iuriſdictionis cōtra eo, faciunt vel bona Eccleſiæ vſurpant, ſeu contra libertatē Eccleſiæ faciunt, vel aliũ exercent actũ, qui ſit contra libertatē eccleſiaſticā, & ex iuramento in litē præſtādo per ipſam perſonā eccleſiaſticā, contra ipſos principes, vel reſpub. & iudices, & alios probabuntur expenſæ, damna ac intereſſe eiuſdem perſonæ eccleſiaſticæ in quibus præmiſſi debēt condēnari. tex. in c. olim. de iniur. & dam. dat. Bald. d. cōſ. 367. Venerabilis c. ſi vbi Inn. Abb. & Doc. & ibi glo. ver. per teſtes. ibi, intereſſe quod ſurgit extra quod met. cauſ.

8 ¶Statuta, † vel conſuetudines, quòd homines ſeculares, vel cōmunia ſecularia, paſculentur cum eorũ beſtijs in bonis Eccleſiæ, vel ꝙ eccleſiaſtici hoſpitentur milites, aut ꝙ onerā ſoluant cũ ſecularibus, non valent, & ſunt contra libertatē Eccleſiæ tot. tit. de immu. eccl. nec pōt etiā acquiri ius paſculandi, nec aliud faciendi in bonis, vel rebus Eccleſiæ, per præſcriptionem, vel per conſuetudinē, niſi doceatur de

titulo,

titulo,ex quo cauſetur bona fides, maximè cum ſtatutum, ac conſuetudo laicorum ſuper bonis Eccleſiæ non valeat. Bal.d conſi.367.Venerabilis vol.3.arg.c.ad decimas. de re-ſtit.ſpol.in 6.& c.ſi diligenti. de præſc.& c.malæfidei.de re. iur.in 6.& d.c.Eccleſia S.Mariæ. & d.auth caſſa.Ergo poterit per perſonas eccleſiaſticas quæ præſunt ipſis Eccleſiis: puta,per Abbatē,vel præceptorē, vel cōmendatariū,aut rectorē,iurari in litē cōtra ipſos ſeculares,qui in bonis Eccleſiæ paſculari fecerunt, vel alia non facienda egerunt etiā vigore dictorū ſtatut.uel conſuetudinis, maximè ſi per uim, ſeu manu armata. & ſpretis præceptis ſuperiorū iuerunt ad paſculandū,& ex ipſo iuramēto probabunt damna,intereſſe,ac expēſæ exinde ſequutæ.Bal.d cōſ.367.Venerabilis. per totū,maximè in col.2.nu.5.uol.3.arg.l.ſemper.§.in hoc interdicto ff.quod ui aut clā.& huius l.ſi qn̄.C.und.ui. & gl. fi.in fi.in l.nūmis.ff.de in lit.iur.& gl.in c.ſi uer.per teſtes. ibi,intereſſe quod ſurgit ex maleficio.extra quòd met.cau. tex.in c.olim de iniur.& dam.dat.ubi Doct per illum tex.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſtando iuramento partis, ſuper damnis, expenſis,& alijs valet,& eius iuramento præmiſſa probabuntur.*

2 *Conuentio de ſtando dicto vnius tertis tantum valet, niſi probetur contrarium.*

3 *Reductio ad arbitrium boni viri peti poteſt, non obſtante pacto de ſtando partis iuramento, vbi prætenditur nulliter fuiſſe iuratum.*

4 *Iurandi facultas per partem alicui conceſſa non poteſt reuocari, niſi noua cauſa ſuperueniat.*

5 *Tutor vel curator conuentionem de ſtando iuramento partis, facere non poteſt.*

6 *Adminiſtratores rerum publicarum,& eccleſiarum non poſſunt facere pactum de ſtando iuramento partis.*

7 *Promittens ſtare iuramento Titij, non tenetur ſtare iuramento eius hæredis, niſi id expreſſe conuentum ſit.*

8 *Conuentio de ſtando iuramento partis non valet, quando eſt ſuſpitio de vſuraria prauitate.*

9 *Iurare debetis, cui ſimplici dicto ſtare partes conuenere, alias eius dictum non valet.*

10 *Licentia conceſſa alicui adminiſtrandi bona ad libitum, cum pacto*

de ſtando ſimplici dicto adminiſtratores, poteſt reuocari, etiam ſi iuramentum interueniſſet.

11 *Cuſtodire rem obligatus, ſi eam non cuſtodiat, & ipſa amittatur, vel deterioretur, poteſt contra eum in litem iurari.*

12 *Mulio, vel nauta ſi res vehens amiſit ſine dolo ſuo, non poteſt contra eum in litem iurari, ſed res teſtibus ſunt probandæ.*

13 *Iurari in litem poteſt contra omnem qui rem meam habuit, & eam exhibere tenetur, licèt eam amiſiſſe dicatur.*

14 *Mercator ſi ſuum librum rationum non exhibet, poteſt contra eum in litem iurari.*

15 *Dolus eſt omittere id, quod ex officio facere aſtringitur.*

16 *Iudex cogitur ipſa iuramenta in litem in caſibus permiſſis deferre, alias poteſt ab eo appellari.*

17 *Verbum licere denotat arbitrium boni viri legibus regulatum, ſicut verbum placet.*

§. XLVIII.

1 QVINQVAGESIMOPRIMO † amplia d. l. in actionibus d. ca. fi. & iſtam l ſi qñ & oia ſimilia iura, quib. cauetur poſſe in litē iurari, procedere ultra oēs caſus præmiſſos, etiā in oībus caſibus, quib. ex partium cōuentione fuit cōuentum, uel pactum initū de ſtando iuramento partis, ſuper damno emergenti, lucro ceſſante, expenſis, melioramentis, pretio rei, impenſis, intereſſe, uel aliis ſimilibus, uel diuerſis, quia tunc ualet ipſa conuentio, ac pactum & ex iuramento partis probabuntur oīa præmiſſa & alia prout in iuramento fuerit conuentum, etiā contra nō doloſum, nec culpoſum paciſcentē & eſt com. opi. ita dicit Iaſ. l. iuſiurandum quod ex conuentione col. 2. in fi. & 3. ubi etiam Alb & Bal per illum tex. ff de iureiur. Dyn. Bar. & Doc. in l. fi. ff. de prætor ſtipu. Fel ca. ſicut conſuetudo col. fi in fin. de prob. Soc. conſi. 90. Viſis quibuſdam col 3. nu. 12. in fin uerſi ſed his uol. 3 Bar. conſi. 168. Quidam habens bona communia. Bal. & Doc c. tuis de teſti. Bald. & Doct. in l. 1. ubi Cagn. nume. 108. uer. in eadē, dicit ꝙ hæc eſt cōmunis opi. & ibidem D Cam. Plauti. ſequitur. C. de ſent. quæ pro eo quod inte. profer. Bald. & Doctor. in l. iubemus. C. de iudic. Ioan. de

Imo.

Imo.in l.cuſtodias.ff de publ.iud.Io.Ana conſ.31. Præſuppoſito col.fi.Alex.conſ 47.Circa vol.1.& videtur text.in l. fi.C.de fideic.& in § fi.inſti.de fideic.hære.Et iſtam eſſe magis cõmunẽ opinionẽ inquit Alex.conſi.54.Circa id vol.2. Et hoc procedit non ſolũ in cõtractibus,verũ etiã in vltimis voluntatibus, quibus poteſt per teſtatorem diſponi, quòd de expenſis,& redditibus,& alijs ſtetur dicto tutoris,vel alterius,vt per Alex.d.conſ.54.circa id & in d.l.iuſiurandum ꝙ ex conuentione,& d.conſ.47.Limita tamen ut per Bart. d.conſ.168.Quidam & per Alex d.conſ 47.Sic etiam uide-
2 mus eſſe † com opin ualere conuentionẽ de ſtando dicto unius teſtis tantum,uel tertij:puta,Nicolai.Iaſ.d.l.iuſiurandum quod ex conuentione col.2.circa fi.nu.6.uer.nõ obſtat ſecundũ. Spec.in rit.de teſte,§.reſtat.in 24.fal.D.Anto. de Butr.& alij Doct.in ca.venieus de teſtib.Mod.l.1.§.fi.per illum tex.ff.de uerbo.oblig.Bart.& Doc.l.Theopompus.ff. de dote præleg.Fallit ubi probaretur contrarium,quia licèt ualeat conuentio de ſtando dicto,vel iuramento partis,uel tertij, tamen poteſt probari contrarium,maximè probando enormem læſionẽ,& eſt cõis opi.Alcia.l.1.§.eadẽ col.9. uer.ſed dubium.ff.de uerbo.oblig.Alex.conſi.47.Circa primum uol.1.Docto ca propoſuiſti de probatio.Caro.Ruin. conſi 54.Circa primum col.fi.uerſi.& conuentio uol.1.& faciunt dicta hic infrà per me in uer ſecundò fallit.
3 ¶Secundò fallit.† quotieſcunque pars contra quam eſt iuratum, uigore dictæ conuentionis, uel pacti de ſtando iuramento partis, vel de ſtando iuramento, vel dicto tertij, prætenderet nõ æquè ſed iniquè, vel nulliter fuiſſe iuratũ, tunc.n poterit peti reductio ad arbitriũ boni viri, id eſt,iudicis,& iudex poſſet etiam poſt ipſum iuramentum probata læſione taxare,& moderare illud,etiam ꝙ fuiſſet pactum factũ cum iuramento & ſub pœna ꝙ ſtaretur ipſi iuramento partis,vel tertij & quòd illud non poſſet taxari,nec moderari,nec peti reductio ad arbitrium boni viri, nec contra illud probari, & eſt com.opin.Iaſo.d.l.iuſiurandum quod ex conuentione col.1.in fin.,uer.,nec obſtat.quòd datur materia & col.2.in prin.uer.ſ.quia iuramentum & in fi.verſic. præterea non videtur bonum & 2 in prin.Alex.conſi 1`7.
Viſo .

Viſo col.pen.vol.2.Socin d conſi 90.Viſis col.3.argu.l.hæc venditio.ff.de contrah.emptio.& l ſi libertus.ff.de oper lib. ac l.in perſonam.§.generaliter.ff.de reg.iur.Rain.& alij l.ſi quis in conſcribendo.C de Epiſco & cler.iunctis nota . per Alcia.in l.1.§.eadem col.2.verſ.ſed dubium.in fi.ff.de verb. obli.Doc.in c.quintauallis. de iureiu.Bar.& alij l.ſi ſocietatem §.arbitrorum.nu.24.ver.quæro vtrum poſſit renuntiari.ff.pro ſocio Carol Ruin.conſ.54 Circa primum col.fin. vol.1.per text.in l.creditor.§.Lucius.ff mand.

2 ¶Tertiò fallit † vbi poſt dictũ pactum , vel conuentionem, ſuperueniſſet noua cauſa : puta,quia pars cui data fuit per pactum vel per conuentionem facultas iurandi fuiſſet effecta inimica vel infamis,ſeu prauæ, & malæ conditionis. nam tunc talis facultas conceſſa ad iurandum poſſet reuocari;& pars ipſa ſecundum conuenta non poſſet iurare.Iaſ. d.l.iuſiurandũ quod ex conuentione col pen.ver.ſecundo limita.ff de iureiur.Sed ſi noua cauſa nõ ſuperueniſſet,cõmunis eſt opinio , q ipſa facultas iurandi non poſſit reuocari.Iaſ.d.uer.ſecũdo limita. Alex.conſ.130.difficultas.circa fi.vol.1.Soci.conſ.90.Viſis col.3.vol.4.arg l.cum quis. & l.ſi cum Cornelius.ff.de ſolu.eſt tamen cautela,quòd iuretur præcedente iudicis taxatione , & præſente parte contraria:quia tunc non poterit peti reductio. Soci.d.conſ.90. quod intell go parte non reclamante debito tempore.

5 ¶Quartò † fallit in tutore, & curatore , qui talem conuentionem de ſtando iuramento partis,vel tertij facere nõ poteſt.Barto.l iuſiurandi gratiam.vbi alij Doct.ff.de iureiur. Iaſ.d.l.iuſiurandum quod ex conuentione col.2 in fi.ver. redeundo tamen.& col.3.in princ.ff.de iureiur.

6 ¶Quintò † fallit fauore eccleſiarum , hoſpitalium , ac piorum locorũ , & reipublicæ.ac vniuerſitatis, ciuitatis,oppidi, ac villæ;quia in eorum præiudicium fieri non poterunt pacta per prælatos,& rectores & capitula eccleſiarum , nec per miniſtros,& rectores hoſpitaliũ:& piorum locorũ, nec per decuriones,præſidentes,&.cõſiliarios, ac gubernatores ciuitatũ,oppidorũ,& villarum, de ſtando iuramento partis contrahentis,vel creditoris , aut tertij. Et ſi fiant talia pacta nõ valerẽt,nec poſſent allegari cõtra Eccleſiã,hoſpitale,pia

loca,

loca,nec rempublicã, nec uniuerſitatẽ,ciuitatũ, oppidorũ, ac uillarũ,cum etiã ſi fiant talia pacta per tutores, & curatores minorũ,uel ſurdorum,furioſorum,mentecaptorum, abſentũ,& aliorũ,nõ ualeant.Et eccleſia,hoſpitale,pia loca, ac reſpublica,ciuitatis, oppidi,ac uillæ gaudeant omnibus priuilegiis minorũ,& ſimiliũ,& ita fuit iudicatũ:ut inquit D.Nicol Euer.in loco 28 ibi,locus à pupillo ad rempublicam.in prín.& pro hac opinione faciunt nota.per me ſupr. nu.5.uer.Quartò fallit.iuncta l.orphanotrophos. cum ibi not.p Bal.& l.omnia priuilegia.C.de ſacroſ.eccl & c.1.& c. auditis de in integ.reſti.& l.rempublicam. cum ibi not.C. de iur.reipub.lib.11.& l.res publica C.ex quib.cauſ maior. & per eundem D.Nicol.Euerar in loco 30 ibi, locus à minoribus,ad furioſos,& in loco 31.ibi, locus à minoribus ad Eccleſiam,uel piam cauſam, & in loco 32.ibi, locus ab Eccleſia ad pia loca. Limita etiam in ultimis uoluntatibus ſecundum Bart.in conſi.168.Quidam habens bona communia col.fin.& Alexan.conſi.47.Circa primum uol.1.

7 ¶Sextò fallit † reſpectu hæredis:quia ſi promiſi ſtare dicto, uel iuramento Titij non tenetur ſtare iuramento eius hæredis niſi fuerit expreſsè conuentum de ſtando dicto, uel iuramento etiam hæredis,ut dixi ſuprà in §.Vigeſimoquartò nume 7.uerſic.fallit ſecundò in facultate.

8 ¶Septimò fallit † ubi tale pactum fuiſſet factũ in fraudem uſurarũ,ſeu eſſet ſuſpectũ de uſuraria prauitate: quia tunc non ualeret,nec poſſet iurari:puta, ſi mutuo tibi decẽ quæ promittis reddere in nundinis,& ſi nõ reddideris,promittis quindecim pro intereſſe ex nũc inter nos liquidato cũ iuramẽto. Bald l.rogaſti.§.ſi tibi col.2.uer.q d ergo ſi mutuo ubi alij Doc.ff.ſi cer.pe.Dec.& Doc.in l.1.ubi Dec.in 2.lec. nu.14.uer.circa ſecundũ in fi.& ibi Cag.nu.116.C.de ſent. quę pro eo ꝙ int.prof.& dixi ſup.i §.in dotis n.15.uer.ubi.

9 ¶Septimò fallit † ubi fuiſſet conuentum de ſtando ſimplici dicto partis,& non eſſet iuratum:quia non ualeret ex quo illud dictum debet proferri iuramento,& idem ſi fuiſſet etiam dictum de ſtando ſimplici dicto tertij: quia ille tertius debet iurare, alioquin non ualet eius dictum.Iaſo. d.l.iuſiurandum,quod ex conuentione colum.2.in fi.ver.

item

Item aduerte. & verſic.imò plus.ff.de iureiur.

10 ¶ Octauò † fallit in licentia,ac facultate conceſſa continuo, & perpetuo, vel ad tempus adminiſtrandi, & gubernandi, diſpenſandi,vendendi, donandi, ac permutandi, conceſſa in quā alicui,nedum extraneo,ſed etiā fratri,etiā cum clauſula de nō petendo ratione adminiſtrationis, & cū promiſſione de ſtando ſimplici dicto adminiſtratoris fratris ſui, vel extranei: quia talis facultas adminiſtrandi, & præmiſſa faciendi pōt reuocari cum quis non poſſit conſtitui procurator irreuocabilis. Car.Rui.conſ.54 Circa primū col.pen. nu.12.ver.Tertiò principaliter vol.1. Bart.l.cū præcario ff. de prec.& hoc procedit etiā ſi iuramentū interueniſſet glo. & Doc.in c.fi.§.fi.de proc.in 6.Carc.Rui d conſ.54.nu.12. Alex conſ 18.Viſis capitulis vol 2.Et nō obſtante ipſa promiſſione de ſtando dicto ipſius adminiſtratoris, & de non petendo rationē adminiſtrationis, etiam ſi promiſſio facta eſſet cū iuramento,& ſub pœna,ipſe adminiſtrator tenetur reddere rationē,ex quo intelligitur ſolum liberatus à ſcrupuloſa inquiſitione,& à culpa leuiſſima,& leui,ſed non cenſetur liberatus à culpa lata, nec à dolo vero, nec præſumpto,nec à reliquorum reſtitutione Et ſi librum rationum non exhibeat, & reliqua non reſtituat poterit contra eum iurari in litem non obſtante ipſa promiſſione etiam iurata, & pœna non attenta:quia locum non haberet pœna,ita dicit Car.Rui.d.conſi.54.Circa primum col.pen.& fi vol.1.

11 ¶ Quinquageſimoſecundò † amplia ꝙ poteſt iurari in litē contra omnem qui tenetur ad cuſtodiā rei,ſi rem illā non cuſtodiat,& res amittatur,vel non appareat, vel ſi apparet, reperiatur deteriorata,probando ex ipſo iuramento rerum qualitates,pretium,& æſtimationē,& rei deteriorationem, damna,ac intereſſe,& expenſas.nec creditur iuramento illius qui tenetur ad rei cuſtodiā,ſi dicat ſe rem ipſam abſque dolo,& culpa amiſiſſe,vbi nō probauerit amiſſionē,abſque dolo factam, & eſt com.opin.Cor.conſi.318.Pro vecturali vol.4.Bald.conſi.80.Principalis vol.3. Et vbi conſtat rem ipſam ſemel fuiſſe apud eum, qui modo eam nō exhibeat; præſumitur illam celaſſe dolo malo,& ſic poteſt cōtra eum in litē iurari. Bal.d.conſi.80.& Corne.d.conſi.318.Et ideo

mercator,

mercator,& omnis alius qui dederit Mulioni,vel nautę,vel a ij,rem aliquam : puta,capſam, vel valiſiam conducendam ad locū : puta,ad vrbem Mediolani,ſi illā nō conducat,nec reſtituat,poterit iurare in litē contra ipſum Mulionē, nautam,vel alium qui titulo conductionis,vel depoſiti,vel alio quouis titulo receperit apud ſe rem ipſam vehendā, vel ſeruandā,probando ex ipſo ſolo iuramento, rerum quantitates,& valorem; nec crederetur iuramēto Mulionis,nec nautæ,nec alterius qui recepit rem ipſam,ſuper amiſſione abſq; eius dolo & culpa facta, & eſt communis opin.Corne.conſi.318.Pro vecturali vol.4.Et ſi commentarienſis, & quilibet alios cuſtos archiuij,vel actorum, aut aliarum ſcripturarum,ſeu rerum,non exhibeat ſcripturas,ſeu res quas cōſtat ſe uel apud eum fuiſſe dicitur in dolo,nec creditur ei etiam ſi iuraret ſe eas amiſiſſe:imo præſumitur res ipſas occultaſſe ac ſubtraxiſſe,& poterit iurari in litem contra ipſum commentarienſem,vel cuſtodē, prout etiā contra tutorem probando ex ipſo iuramento valorem ſcripturarum & aliarum rerum,damna , ac intereſſe. Bald.d.conſi.80.Principalis cura vol.3.Corne.d.conſi.318.Pro vecturali vol.4.

12 ¶Fallit quotieſcunque † conſtaret ꝙ commentarienſis, vel mulio,nauta , vel alius cuſtos amiſiſſet res per eum habitas in cuſtodiā,vel ad uehendū,abſq; dolo ſuo malo:quia tunc etiā ſi fuiſſet in culpa etiā lata,vel leui,aut leuiſſima, & etiā in caſibus in quibus teneretur,nō poſſet iurari in litē contra eum,ſed deberent teſtibus res,& rerum quātitates,& intereſſe probari.Corn.d.cōſ.318.col.fi per tex.in d l.in actionibus & ibi gl.& Doc.ff.de in lit.iur.Tamen ubi nō probarentur per partē res,ac intereſſe, poſſet iudex ex ſuo officio ſe de eis informare,& ea æſtimare. Cor.d.conſ.318 Pro uecturali col.fi.arg.l.ſi quod ex Pamphilia vbi Bar.ff.de leg.2.

13 ¶Quinquageſimotertiò † amplia poſſe iurari in litem contra omnem , qui quouis titulo bonæ fidei, uel ſtricti iuris, uel quouis pacto,uel etiā ſine titulo , habuerit rem meam, ſeu aliā rem,quā teneatur reſtituere,uel edere,aut exhibere nam conſtito ꝙ res illa ſemel fuerit apud ſe , res illa eadem etiam nunc , præſumitur apud ſe extare, etiam quòd iuret illam abſque ſui dolo amiſiſſe,& præſumitur illā celare , ac

contractare,

contractare,& ſic eſſe in dolo: ergo ſi illā non reſtituit, vel nō edit, vbi tenetur edere iure actionis, vel non exhibet ad iudicis mandatū,dicitur in dolo,& poteſt cōtra eū in litem iurari ſup damnis,expenſis,ac intereſſe,& quātitate,& qualitate,ac pretio rerum.Corn.d.cōſi.318.Pro vecturali. per totum uol.4.Bal.d.conſ.80.Principalis cura.uol.3.Carol. Ruin.conſ.54.Circa primum col.pen.nu.13.in fi.ibi:quia præſumuntur uol.1.facit l.qui reſtituere.ff.de rei vend & l.ſi de poſſeſſione.C.de probat.& intellige ſecundum not. per Bart.& Doct.in d.l.ſi de poſſeſſione.C de probatio.
14 ¶Quinquageſimoquarto amplia,† q; etiam contra mercatores,& noſtri temporis, & alios poſſit iurari in litem,ſi nō exhibent eorū librū rationū,cum etiā ipſi teneantur,ſicuti quilibet adminiſtrator conficere librū rationum, & attenta generali cōſuetudine illū cōficiendi, cenſetur tacitè hoc eis mandatū,vt ipſum librū rationum conficiant, ad cuius æditionē, & exhibitionē videntur aſtringi poſſe iure actionis dicti mandati ſaltē taciti. Ergo ſi illū nō edant,pōt contra eos in litē iurari,nec eis crederetur,ſi dicerēt ſe illū non feciſſet,vel factū amiſiſſe, ita dicit Mag.Benuenutus Straccha in tract.de mercatura.in 2.par.ſub rub.de ſtatu mercatorū nu.68.verſi.denique in reddenda. vbi allegat Petr.de Vbal.in tract.de duob.fratrib.in par.12.nu.7.& l.dolus.ff. mand.ca.cum etenim.de re iud.Bal.conſ.153.vol 3.Rom. conſi.413.Quo ad primū Dec.cōſ.110.Vere vt puto nu.7.
15 cum ſeq vbi dicitur,† quòd dolus eſt omittere id quod ex officio facere aſtringitur,& cum mercatore cenſetur mandatum, quod conficiat librum ſecundum conſuetudinem l.vel vniuerſorū.ff.de pig.act.l.fi.ff.& C.de fideiuſ.Et quòd mercatores teneantur edere librum rationum, & rationes ſuas priuatas, etiam ad fundandam intentionem actoris, vel agentis contra eos, ſub prætextu, q; cum eis contraxerit,vel mercatus, ſeu negotiatus fuerit vel aliquid eis dederit, ex quo videtur eis tacitè mandatum vt conficiant librum rationum ſecundū cōſuetudinem. voluit Bart.in l.1. nu.5.verſ.poſſumus.& ibi Alex.& ita voluerunt ibidem.Iacob.But.Alber.Salic.Angel.& Flor.C.de edend.& hæc eſt communis opinio, vt dicit Mag.Dom.Ioan.Bologninus,
Bononiæ

Bononiæ patritius, Iureconſultus, celeberrimus, ac legalis philoſophię theſaurus, præceptor meus colendiſſimus. in d. l. 1. nu. 82. verſi. aliud exemplum, C. de edend. vbi inquit, ꝙ eſt communis opin. ꝙ tam ipſi mercatores teneantur edere rationes ſuas priuatas, quàm quod hæc opinio communis de mercatoribus vt teneantur edere, & ſit bonum exem plū ad tex. in d. l. 1. ver. ex cauſa. C. de eden. & hanc eſſe com mu. opin. dicit Soc. conſ. 162. Conſiderata. nu. 16. ver. prima quia vol. 2. & Doct. d. l. 1. num. 19. ver. retenta, C. de edend. & in ca. 1. nu. 17. verſ. ſed apud Doct. & ibi alij Doct. de prob.
16 ¶ Quinquageſimoquintò, † & vltimò amplia hanc l. ſi quan do, C. vnde vi. & d. l. in actionibus, & d. ca. fi. Et omnia iurā dantia facultatem alicui iurandi in litem, vel in ſupplemen tum probationis, ac etiam omnia ſtatuta diſponentia, ꝙ credatur iuramento damnum paſſi, vel creditoris, aut alterius, vt procedant, quòd iudex ipſe neceſſitetur, ac cogatur dicta iuramenta deferre, alioquin. ꝙ ab eo poſſit appel lari. Fulg. & Alex. l. nummis, per illum tex. ver. nō oporteat arguēdo à cōtrario ſenſu. ff. de in lit. iur. Ang. Fulg. & Alex. in l. videamus. §. deferre. per illū tex. ff. de in lit. iur. D. Franc. Duarenus d. l. in actionibus in glo. verſ. licuit enim. ff. de in lit. iur. Bart. & Doct. in l. admonēdi col. fi. de iureiur. Et hæc eſt cōmunis opin. licèt Iaſ. in d. l. nummis num. 1. & Pau. de Caſt. in d. §. deferre nu. 4. velint liberum, ſeu arbitrariū eſſe iudici deferre dicta iuramenta, & ideo ſi nolit deferre non poſſe ab eo appellari. per text. in d. l. videamus. §. iurare ver. ſed an iudex vbi Bar. & per text. in d. l. in actionibus verſ. li cuit enim ei à principio nec deferre. Sed tu non recedas ab ipſa cōmuni opin. per tex. in l. qui reſtituere. ibi, eum qui do lo fecerit, quominus poſſideret, condemnandū eſſe quanti aduerſarius in litē iurauerit. ff. de rei vendic. Nec obſt. text. in d. l. in actionibus ver. licuit enim à principio, nec deferre.
17 & in ver. licebit, quia reſpondetur, quòd † verbum, licere, denotat arbitrium boni viri, iuribus, ac legibus regulatum: ſicuti verbum placet l. Thais. §. ſorore. ff. de fideic. libr. Et mi nus obſt. d. verſi. ſed an iudex cum ibi not. per Bart. vbi dicitur eſſe in arbitrio iudicis deferre iuramentum: quia dicitur, ꝙ ſi eſt in arbitrio iudicis, ergo iudex debet regulare

Plot. tractat. de in lit. iur. HH eius

eius arbitrium, ſecundum leges, iura, æquitatem, ac ſtatuta, & ſic qualitate facti; & perſonarum deferre debet iuramentum vbi eſt deferendũ, & non deferre vbi nõ eſt deferendũ, alioquin poterit ab eo appellari. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. conſtante nu. 36. Felic. quoniã frequenter. §. porrò col. 11. vt lit. nõ conteſt. Nam & omnis probatio quæ fit teſtibus eſt in arbitrio iudicis, an cõcludat, vel non l. 3. ibi, tu magis ſcire potes. ff. de teſti. Dec. conſi. 650. In cauſa vt vulgò dicitur charitatis Nonariæ col. 1. Et tamen ſi æquè non arbitratur iudex, poterit appellari ab eo. tot. tit. ff. & C. de appellat. Et vbi iudex etiã in his quæ ſunt cõmiſſa in eius arbitrio, non facit, quod debet, tenetur in ſindicatu, niſi probet cauſam iuſtam, ob quam motus fuerit in contrariũ. Bar. l. Lucius. in fi. ff. de his qui notan. inf. Imò iudex, & arbiter, ac arbitrator, qui in præmiſſis, vel in aliis malè iudicanda fecerit litem ſuã, tenetur, & põt contra eum in litem iurari, tam reſpectu iuramenti, in litem affectionis, quàm veritatis. Iaſ. d. l. in actionibus col. ante pe. nu. 35. ver. item adde. & nu. 36. ver. idem poteſt. ff. de in litiur. Et probata in præmiſſis, vel in aliis cõcuſſione, vel compulſione, aut violentia, aut iniuſtitia doloſa iudicis, vel officialis, probabitur quãtitas rerũ, quas officialis per cõcuſſionẽ, aut compulſionẽ, vel violentiam, vel iniuſtitiã receperit, ex iuramento partis cõtra eum in litem præſtando. Paris de Put. in tract. ſindic. ver. contra officialis in ſindicatu. & ver. probatio in ſindicatu. & q̃ iudex neceſſitetur deferre ipſa iuramenta eſt text. hic in hac l. ſi quando. in fi. verſi. condemnare oportet. C. vnde vi. & appellatione interpoſita erit cognitio iudicis ad quem, an iuramentum ſit deferendum, vel ne. l. 1 ff. nil. no. appellatio. penden. Sententia tamen lata per iudicem contra eum qui iurauit tranſit in rem iudicatã, niſi ab ea appelletur, & per iudicem appellationis reuocetur. l. nam & poſtea. §. ſi damnetur, & ibi gl. & Doc. ff. de iureiuran. l. admonẽdi. vbi Rip. nu. 28. ver. ſed ſi. ff. de iureiu. & ibi Iaſ. in rep. in pe. no.

S V M M A R I V M.

1 *Iurari non poteſt in contractibus, nec in actibus voluntarijs, in feſto introducto in honorem Dei, & iuramentum non valet, nec contrauenjens dicitur periurus.*

2 *Minorum puberum contractus ſi die feſto fiant, non confirmantur ex iuramento, idem eſt in contractibus mulierum.*

3 *Iudici prius conſtare debet de delicto aliter, quàm per iuramentum partis, antequam in litem ſuper damnis & intereſſe iuretur.*

4 *Statutum quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, quo modo ſit intelligendum.*

5 *Statutum quod ſi furtum factum fuerit, & neſcitur à quo, communitas teneatur ad emendationem damni, quomodo intelligatur.*

6 *Iudici ante omnia conſtare debet de maleficio de quo inquirere vult, aliter, quam per denuntiationem miniſtralis.*

7 *Perſona certa & indiuidua maleficium committens debet ante omnia per teſtes conſtare, ne contra eam iurari poſſit in litem.*

8 *Statutum vel decretum, quòd credatur iuramento ſolius officialis, vel damnum paſſi non valent, vt ex eo probari poſſit delictum, vel perſona delinquens, niſi in modicis.*

9 *Regi vel principi aliquid contra eius ſubditum aſſerenti an ſit credendum ſine iuramento.*

10 *Statutum vel conſuetudo, quòd credatur ſcripturæ mercatoris pro ſe non valet, niſi in modicis.*

11 *Iura, quòd credatur habenti vnum teſtem pro ſe cum iuramento, in ſupplementum probationis, quomodo intelligantur.*

12 *Cauſa magna an dicatur, ſi agatur de poſſeſſione etiam magnæ rei, & non de proprietate.*

13 *Iurari in litem non poteſt propter culpam latam alicuius ſolam.*

14 *Dolus verus in quibus præſumatur.*

15 *Leges pro delicto corporalem pœnam ſtatuentes intelliguntur vbi delicta dolo malo fuerint perpetrata.*

16 *Iurari poteſt in litem in actione tutelæ, vel curæ non ſolum ob dolum malum ſed etiam ob latam culpam, idem eſt in omni pia cauſa, vel reip.*

17 *Iurari non poteſt in litem contra tertium, qui pro doloſo tenetur, & an contra fideiuſſorem tutoris qui inuentarium non fecit.*

18 *Fideiuſſor, qui ſe etiam principalem conſtituit, non poteſt carcerari, licet principalis debitor de iure carceri mancipari poſſet.*

19 *Fideiuſſor ſi de iudicato ſoluendo promiſerit contra eum iurari poteris in litem pro dolo principalis.*

20 *Iurari non poteſt in litem contra hæredes defuncti doloſi, licèt poſſet contra defunctum, idem eſt in tertijs poſſeſſoribus bonorum doloſi.*

21 *Lite cum defuncto in actionibus bonæ fidei conteſtata, iuratur in litem contra hæredes, ſecus in actionibus ſtricti iuris.*

22 *Leges, quòd credatur iuramento alicuius, intelliguntur, niſi probetur contrarium, niſi ſtatutum, vel lex hoc prohibeat, & quomodo contrarium probetur.*

23 *Probatio quæ fit per rei euidentiã nunq̃ intelligitur excluſa à lege.*

24 *Contrarium probatur, per negatiuam coarctatam loco & tempore.*

25 *Poſitiones quibus non reſpondetur, ſi habitæ ſint pro confeſſis ex forma ſtatutorum, tamen poteſt contrarium probari per illum qui habetur pro confeſſo etiam contra latam ſententiam vigore poſitionum habitarum pro confeſſis.*

26 *Statutum quòd credatur iuramento alicuius, intelligitur ſemper in ſubſidium & in defectum probationum.*

27 *Iurari non poteſt in litem contra operarios alieno nomine operantes, ſi mandantes nominentur, niſi ipſi ex proprio delicto conueniantur, vel eis facta fuiſſet inhibitio iudicialis; vel illicitum actum maximè clandeſtinè feciſſet, vel fuiſſent in dolo vel in culpa.*

28 *Clandeſtinitas operatur, quòd non parcitur illis, quibus aliàs parceretur ob iuris, vel facti ignorantiam.*

29 *Titulus excuſat à clandeſtinitate præſumpta & à mala fide.*

§. XLIX.

AD laudem ſanctiſſimæ matris Dei virginis Mariæ reginæ cœlorum, cui hoc opuſculum meũ dicã, ac dico. Et cuius ſacræ Conceptionis feſti vigilia, celebratur hodie dum hæc ſcribo anno Chriſti 1555. Operæ pretium eſt, poſteà quã ſuperius vidimus ampliationes huius l. ſi qñ. C. vnde vi. & aliorum iuriũ ſimiliũ, vt videamus modo eorundẽ iurium limitationes. Et perpetuo notabis, ꝙ ipſum feſtũ ſacratiſſimæ, & immaculatæ Conceptionis, ex ordine Sixti quarti Ponti. Max. cum ſumma veneratione debet celebrari ſum. Ang. verſ. feriæ. ibi, feſtum immaculatæ Conceptionis.

1 Ergo † in feſto dictæ Cõceptionis glorioſæ, & in alio feſto introducto in honorẽ Dei, nõ poterit iurari etiã in cõtractibus, vel aliis actibus, ẽt voluntariis. niſi ſint pro neceſſitate, & ſi iuretur nõ valet iuramentum, & cõtractus, & actus ſic iuratus nõ habet vir̃tutes iuramẽti, & iurãs cõtrauenien do

non diceretur periurus. Lanfr. Orian. in c. quoniam contrà falſam circa fi. prin. nu. 50. & 51. de prob. Thom. Fer. caut. 3. incip. cõmuniter. Et hæc not. pro contractibus † minorum
2 puberum, qui ſi fiant in die feſto, nõ confirmantur ex iuramento vigore authenticæ ſacram. pub. C. ſi aduerſus venditionem. Et contractus mulierum non confirmantur iuramento, vbi fiant in die feſto extrà cap. cum contingat. de iureiur. Et cum in dominio Mediolani donationes fieri nõ poſſint niſi donans, ac donatarius iurent ad formam decreti, ſub rubrica de donationibus, ſi fiant donationes in die feſto non valet iuramentum vt ſupra dixi: ergo non valebit donatio quæ ſine iuramento ſtare non poteſt, cum paria ſint nõ iurare, vel minus ritè, & nolle iurare l. quoties. ff. qui ſatiſdare cog. quamuis de iure communi omnes contractus, & actus voluntariæ iuriſdictionis fieri poſſint in die feſto, & ſic facti teneant, peccant tamen notarij ac contrahentes l. 2. & l. actus. C. de ferijs vbi text. & Docto.

¶Primò itaque limita hanc l. ſi quando. C. vnde vi. & totum tit. ff. & C. de in lit. iur. & omnia iura, ac ſtatuta volentia credi iuramento alicuius, non procedere quando eſſet iuratum in die feſto in honorem Dei, vel glorioſiſſimæ virginis eius matris Mariæ, vel Sanctorum, vt dixi ſuprà, n. 762. verſic. Ad laudem l. dies feſtos & per tot. titu. C. de ferijs tot. titulum extr. de ferijs. Lanfr. Oria d. ca. quoniam contra falſam in princi. nume. 50. & 51. de prob. Tho. Ferrar. caut. 3. incip. communiter.

3 ¶Secundò limita † d. l. ſi quando. C. vnde vi. & d. ca. ſi quod met. cauſa & totum titu. ff. & C. de in lit. iur. & l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi, aut clam, & omnia iura communia, ac ſtatuta dantia facultatem iurandi in litem, pro damno dato, vel contumacia, aut mora doloſa, vel pro furto, aut rapina, ſeu robaria, vel pro alio delicto, non procedere niſi prius conſtet iudici, & ex actis alter quàm per iuramentum partis, vel actoris, aut accuſatoris, ſeu camparij, vel ſaltuarij, per teſtes, vel rei euidentiam oculis iudicis viſitantis ſubiectam, vel per acta plenè, ac liquido de damno dato, vel robaria, & rapina, ſeu furto commiſſis, vel de mora doloſa, ſeu contumacia, vel de alio delicto commiſſo.

Et ſic prius,& aliter,quàm per iuramentũ debet prius probari de præmiſſis,hoc eſt præmiſſa fuiſſe facta,uel perpetrata,& hoc probato ſuper quantitate rerum, & æſtimatione damnorum,ac intereſſe erit ſtandum iuramento partis,vel actoris;aut accuſatoris,camparij, uel ſaltuarij contra delinquentem,vel doloſum.Grat.conſi.10.Et ſi cauſa nu.7.cum ſeq.& nu.12.vol.2.& eſt tex.in hac l.ſi quando.ibi , ſi quando uis in iudicio fuerit patefacta & ibi,glo uerſi ideſt liquidè probata ubi Sali.& alij.C.unde ui.ad idem text.in cap. ſi ibi,uerum poſtquam de uiolentia per teſtes,& de amiſſis rebus per ipſius conſtiterit ſacramentum extrà de his quæ ui,metuſ.cau.ſi Iaſ.l.fi.num.7.uerſic.extrà gloſſ.ibi.nec obſt. fundamentum & ibi Ro ff.de in lit.iur.Bart.d.l.ſi quando col.pe uer.ex hoc,quod dicit & ibi Iaſ.col.1.in fi.nu.8.uer. ſecundò nota.C.unde ui.Bar.l 1.§.& parui nu.3.uer.iſta gl. eſt.ff.quod ui aut clam text.in l.1.§.itē illud.ff.ad Silan.& teſte Grat.in d.conſi.10.Et ſi cauſa nu.7.cum ſeq.& nu.12. uol.2.licet furta,& alia delicta quæ ſunt ſui natura, difficilis probationis,probentur per coniecturas, & ſemiplenam probationem; tamen hoc non habet locum quando illo, uel illis delictis probatis concederetur q̃ ſtaretur dicto partis cum iuramento, quod eſt ſpecialiſſimum:quia illa pars eſſet teſtis in cauſa propria contra l nullus C.de teſti.item alias duo teſtes requiruntur, vnus ſufficit l.ubi ff.de teſti. Et ideo eſt rationabile ꝙ iſto caſu lex nō contentetur probatione delicti per coniecturas quantũ ad effectū præſtādi iuramentũ in litē,ſed debet delictũ:puta,furtum, aut damnũ,plenè,& liquidò, & apertiſſimè probari:alioquin nō poterit in litē iurari ſuper quātitate reiũ,damnorũ,& intereſſe; nec ſuper aliis arg.l.eum qui ff.de iureiur maximè cum iſta l.ſi quando.C unde ui loquatur per modum conditionis,ibi,ſi patefacta erit,& ubi probatio per modum cōditionis requiritur, tunc probatio per coniecturas, & per iuris præſumptiones, et in his quæ ſunt difficilis probationis,& aliter probari nō poſſunt,nō admittitur,tex.cũ ibi not.per Bar.in l.Lucius.ff.de condi.& dem.& ita conſuluit Grat.d. conſ.10.Et ſi cauſa num.7.cum ſeq.& nume.12 uol.2.magnificus D.Catel.Cotta in mem.uerſi.lex quæ loquitur, &

vide ea quæ dixi ſuprà.§. 1.num.30.verſic.not.& num.31. verſic.ſecundum.& num.33.vel ſic nam iſtud.

4 §Sic etiã † ſtante ſtatuto,quo caueatur, ꝙ de damno dato ſtetur ſacramento damnũ paſſi, ſeu ꝙ credatur iuramento damnum paſſi,vel camparij,aut ſaltuarij,aut miniſtralis ad hoc deputati, vel alterius intelligitur ꝙ ſtetur ſacramento damnum paſſi, ſeu alterius ex præmiſſis quò ad æſtimationem damni, non autem quò ad damnum, nec poterit per ipſum iuramentũ probari,ꝙ damnum ipſum ſit datum. Et ſtatutum ipſum intelligitur dummodo aliter quam per iuramentũ conſtet damnũ eſſe datũ, & conſtet de corpore, ſeu ſubſtãtia damni,& cõſtito prius aliter quàm per ipſum iuramentũ damnũ eſſe datum,intelliguntur ſtatuta ꝙ poſteà, tunc credatur ipſi iuramẽto quò ad æſtimationẽ damni, & ideò damnũ paſſus agens vigore dictorum ſtatutorũ debet prius aliter quam per ipſum iuramentũ probare per teſtes,vel per loci viſitationẽ damnũ eſſe datũ, & tunc hoc probato poſteà crederetur eius iuramento ſu.p quantitatẽ, & æſtimatione,& quãtitate damni,alioquin nõ crederetur eius iuramento ſu.p æſtimatione,& quãtitate damni.Bar.l. diuus Adrianus.ff.de teſtam.milit.per illũ textũ Hippol.de Marſ.ſing.338.Extant.& in pract.crimi.in §.principiũ nu.6. ver.& adeò.& nu.19.Dec.conſ.83.In cauſa col.2.num.13. verſ.ſecundò ex alio.& ver.& primò quia.& conſ.669.Viſo. in fi.& conſi.410.In cauſa col.2.nu 6.verſ.quia ad hoc reſpondetur. Bar.hic in hac l.ſi quando col.pen.nu.3.verſ.ex hoc apparet.& ibi Iaſ.col.6.nu.36.ver.& iſtã. Iafredus Lanfranc.concl.469. Quando. Crauet.conſi.211.col.1.Abb.& Doct.omnes d.c.fi.per illum text.quod met.cau.& faciunt pro hac opi.iura & authoritates,quæ,ac quas ſuperius deduxi hoc.§.nu.3.verſ.ſecundò limita. Et iſtud procedit etiã ſi ſtatutum in principio, & in rubrica loqueretur ſimpliciter de damno, vt difficultas probandi damnum tolleretur: quia intelligitur ſolum reſpectu æſtimationis damni, non autẽ reſpectu damni quod prius aliter quàm per iuramentum probari debet eſſe datum, vbi ſtatutum poſteà limitatiuè loqueretur, ꝙ crederetur vſque ad talem ſummam æſtimationis,Dec.conſ.83.In cauſa col.2.verſ.licet ſtatutũ.

Sed præmiſſa limita non procedere quotieſcunq; ſtatuta li quido dicerent prout dicit ſtatutum ciuitatis Nouariæ, ac Papiæ credi debere iuramēto accuſatoris de dāno & quantitate damni, tunc enim ex ſolo iuramento probaretur nō ſolum damni quantitas, ſed etiā damnū quod fuerit datū, cum ſtatutū ſit lex. Craue. conſi. 96. Et ſi col. 2. verſ. ſed iſtá.

5 ¶Statuto † quoque ſi caueatur ꝙ ſi factum fuerit furtum ſcholari, vel alij, vel damnum datum alicui, vel rapina, ſeu robaria cōmiſſa, ꝙ vicinia, vel vniuerſitas, ſeu communitas, teneatur ad emendationem præmiſſorum, & ad res ablatas declarandas iuramento ſcholaris, vel alterius paſſi præmiſſa, intelligitur ꝙ prius aliter quàm per iuramentum debeat probari furtum, rapina, vel robaria, ſeu damnū fuiſſe factum antequàm poſſit deueniri ad ſacramentū ſuper rerum quantitate vigore dicti ſtatuti. Bar. hic; in hac l. ſi quan do nu. 3. verſi. ex hoc apparet. & ibi Iaſo. & Doct. C. vnde vi. Deci. conſi. 669. Viſo. in fin. Hippo. dict. ſingul. 358. Extant. Bart. d. l. diuus. ff. de teſt. milit. Decretum etiam Mediolani ſub rubri. de iure & priuilegio fiſci. §. omnium. volens pro crimine læſæ maieſtatis, homicidij, & alijs delictis, bona ipſo iure cenſeri confiſcata, intelligitur ſi ex legitimis probationibus conſtabit de delictis commiſſis; adeo quòd etiam Duci Mediolani dicenti ea fuiſſe commiſſa, non crederetur. Deci. dict. conſi. 410. In cauſa nume. 6. cum ſeq.

6 ¶Debet etiā conſtare † iudici ante omnia delictū eſſe commiſſum de quo vult inquirere, & procedere, nec ſufficit illud conſtare iudici per denuntiationem maleficij factam per ſaltuariū vel miniſtralem ad hoc deputatum: quia debet iudex cadauer, & omne aliud damnum, vel maleficium factum viſitare Hippo. de Marſi. in pract. crim. §. principium num. 19. verſic. aduertas. Anto. de Butr. in ca. veſtra col. 39. de cohab. clerico. & mul. dominus Nicola. Millus in repert. verb. inquiſitio. in 2. not. Blanc. l. fi. nume. 18. ff. de quæſt.

7 ¶Secundò † limitantur iſta l. ſi quando. C. vnde vi. & d. c. ſi. quod met. cauſ. & omnia iura mūdi ac ſtatuta volētia poſſe iurari in litē per aliquem, vel diſponētia credi debere iuramento paſſi damnum, aut violentiā, ſeu dolū, vel fraudem, aut aliud maleficiū, vel moram doloſam, aut clandeſtinita-

 tem,

tem, aut diſponentia credi debere iuramento camparij, vel ſaltuarij, vel alterius officialis procedere ſolum, vbi conſtat de perſona certa, & indiuidua quæ damnum dederit, ſeu violentiam cõmiſerit, vel dolum, aut maleficium, vel aliud ex præmiſſis fecerit, quia tũc poſtquàm prius probatũ eſſet damnum eſſe datũ, aut violentiã fuiſſe cõmiſſam, vel aliud delictũ fuiſſe perpetratũ, & etiã probatũ fuerit de perſona, ſeu perſonis, certis, quæ ipſa damna, vel delicta cõmiſerint ratione odij eorum doli, ac delicti, poterit contra ipſas perſonas delinquentes, vel damnũ dantes vel aliter doloſos iurari in litẽ ſuper quantitate rerũ, per furtum, vel rapinã ſeu violentiã ſubtractarum, ac ſuper intereſſe, & expenſis, alioquin ſi non probetur per teſtes, aliter quàm per iuramentũ de delicto facto, & damno dato, & de perſonis certis, & indiuiduis, ſeu de animalibus certis quæ damnum dederint, vel delictum commiſerint non poterit iurari in litem contra aliquẽ, nec aliquid ex iuramẽto præmiſſorum probari. text. in l. ſcientiã, §. cum ſtramenta. & ibi Flor. ff. ad l. Aquil. & ratione dubij omnes debent abſolui, vbi non conſtat in ſpecie quis deliquerit, aut damnũ dederit l. itẽ Mella ſcribit, & ibi glo. ver. ſed & ſi ſeruũ plures. ibi, ſed quid ſi vnus. & ibi Doct. ff. ad leg. Aquil. l. abſentẽ. ff. de pœn. l. ſancimus. C. de pœn. quia non ſequitur eſt damnum datum vel delictum cõmiſſum. Ergo fuit Titius qui illud fecit, vel eius animal, uel fuit alius, quem accuſator, vel actor accuſat, ſed debet actor uel accuſator probare aliter quàm per iuramentum de perſona, ſeu perſonis certis & indiuiduis, vel animalibus certis quæ damnum dederint, vel delictum cõmiſerint, & hoc probato ſtabitur poſtea dicto iuramẽto ſuper quantitate, & æſtimatione damni, rerum, ac intereſſe, textus hic in l. ſi quando. C. vnde vi. & in d. c. ſi. quod metus cauſ. Bar. dict. l. ſi quando col. pen. verſic. ex hoc quod dicit ſpeciale in odium delinquentis. & ibi alij Doc. C. vnde vi. l. 1. §. item illud vbi Doct. per illum tex. ff. ad Sillania. tex. in l. qui accuſare. C. de edend. & in l. merito. ff. pro ſoc. Et ita debnet reſtringi iura oĩa ac ſtatuta volentia credi iuramento actoris, vel accuſatoris, aut damnum ſeu violentiam paſſi, vel iuramento comparij, vel ſaltuarij, vel alterius, vt reſtringantur

quòd

quòd credi nõ debeat eorum iuramento quòd damna, vel delicta ſint commiſſa, nec quòd tales & tales perſonæ, vel talia animalia talis ea fecerint, alioquin eſſet abſurdũ credi debere iuramento ipſorum in præmiſſis, & contra ius diuinum quo cautum eſt quòd in ore duorum, & non vnius ſtet omne verbum. Fel.c.in omni negotio col.1.nu.2.verſ. in tex.ibi, in omni. per illum text.de teſtib.Dec.d.conſi.83. In cauſa col.2.ver.& primò. & ver & licet. Et pro hac opi. faciunt ea quæ hic dicam inferius.ver Et quod.

8 ¶Et quod † plus eſt dico, ꝙ omnis lex, & omne decretũ, & omne ſtatutũ etiã ſi cõderentur ab Imperatore, Rege, principe, Duce, & qualibet vniuerſitate quibus caueretur credi debere iuramẽto actoris, vel accuſatoris, vel camparij, ſeu ſaltuarij, & alterius officialis, vel iuramẽto damnnm paſſi, vel alterius in propria eius cauſa, vel aliena, ꝙ nõ valerẽt, & nõ poſſent allegari, maximè vt ex dicto iuramento probari poſſet delictũ eſſe cõmiſſum, vel damnum datum, & vt ex eodẽ iuramento, poſſet probari perſona, quęnam ſit quę deliquerit vel damnum dederit, ſeu cuiuſnam fuerit animal, quod damnum dederit, hæc.n. non poſſent pobari ex ipſo ſolo iuramento vnius, etiam ꝙ lex.decretum, & ſtatutum, ita expreſsè diſponerẽt, & vbi hoc diſponerent nõ valerent: cum de iure diuino in ore duorum vel trium, & nõ unius ſtare debeat omne uerbum, adeo ꝙ etiam Imperator non poſſet diſpónere, ꝙ crederetur iuramento unius tantũ in præiudiciũ alterius.Rom.ſing.715.An Papa.& ibi ſequitur D.Ioan. Bapt.Caſtellioneus in apoſt.ad Rom.tex.in canon indicas Hermanum 3.q.19.Fel.c.conſtitutus col.7.num.16.uerſ & pro hac limita.de reſcrip.& in c.ſicut.circa prin.ver.& hoc eſt adeo verum.de ſent.excom.& in c.cum olim col.10.in fi.de re iud.maximè: quia ipſa lex decretum, ac ſtatutum eſſent contra dictum ius diuinum & inuitarent ad delinquendum, & iurandum falſum, & eſſet lex indiſcreta, & ſtatutum ac decretum indiſcretum, & ſine ratione, & contra naturalem æquitatem, & modeſtiam & contra canon.erit autem lex.10 diſtinct.& contra ca.in omni negotio. & ca. licet vniuerſis.de teſtib.& contra ius diuinum, quod vult in ore duorum, & non in ore vnius ſtare omne verbum: vt

habetur nu.21.& Deut.17.& apud ſanctũ Ioannẽ in ſacro Euangelio cap.8.Et item eſſet contra ius canonicum text. in d.c.in omni.& c.licèt vniuerſis de teſti.& contra ius ciuile l.iuſiurandi.& l.ſolam & l.omnibus.C.de teſtib.Nam
9 etiam † de iure non debet credi Regi, nec alicui Principi, nec Duci, ſi atteſtetur per eius iuramentum, vel literas, aut priuilegium, quòd aliquis eius ſubditus, vel extraneus fuerit ſibi rebellis, vel proditor, & propterea ꝙ feudum, vel bona eius velit confiſcari. And. de Iſer. ca.1. in prin. ad fi. in tit. quo tempore miles. Dec.conſi.410.In cauſa col.2.num.9. ver.tertio principaliter & col.3.num.10.verſic.quod Regi. Card.conſi.128.alias conſi.154.In quæſt.quæ vertitur.Fel. c.cum à nobis col.2.nu.3.verſ.tertiò not de teſti.Soc.conſi.127.In præſenti vol.2.& decretum antiquum Mediolani quo diſponebatur eſſe credendum Duci Mediolani ſi aſſereret aliquem ſuum ſubditum, fuiſſe ſibi rebellem, fuit declaratum per Senatum non valere, tanquam decretum conditum contra ius diuinum: vt in propria cauſa Duci crederetur contra naturalem æquitatem, & modeſtiam: ut in ſpecie dixit Illuſt.D.Aegidi.Boſſius Senator Mediolani in eius opere. & Illuſtris D.Ioan.Baptiſta Schitius etiam Senator optimus, & dominij Mediolani Regens apud Sereniſſ. Phylippum Regem Angliæ, Ducem Mediolani in eius conſilio Edito in fauorem Illuſtris D.Comitis Camilli Caſtilionei in caſu duelli, & hoc idem ſentit Dec.d.conſi.410.In cauſa col.2.uerſicu.tertiò principaliter & Card.dict.conſi.128. alias 154.In quæſtione quæ uertitur inter And.Fel.d.c.cũ à nobis col 2.num.3.uerſi tertiò.not.de teſtib.Et ſtatutum
10 † ac conſuetudo, quòd credatur omni ſcripturæ mercatoris pro ſe, non valet, ex quo eſſet ſtatutum indiſcretum, & conſuetudo indiſcreta inducens mercatorem ad conficiendum falſum, maximè ſi uelit credi etiam in magnis quantitatibus, quia non ualet ſtatutum, nec conſuetudo, vt credatur libris mercatoris in magnis quãtitatib. Fel.c.ſicut conſuetudo col.3 nu.8.verſ.limita ſecundo de prob. Iaſ.l.quædam.§.nummularios col.2.nu.5.verſ.limita prædictã.ff.de edend. Abb.c.bonæ el 2.ad fi. de poſtulat.prælat.Bal.l.unic. col.4.de con.Hypp.ſing.453.liber ibi & ſubdunt Iaſ.& alij

Mod.

Mod.omnes in l.admonendi.ff.de iureiur.Curt.& Mod.in tract.de conſuetu.D.Io.Bap.Cacialup.& Mod.in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.Ergo multominus diſponi poteſt per ſtatutū,vt credatur damnū paſſo,vel accuſatori,ſeu campario,vel ſaltuario,tam reſpectu perſonarum , vel animalium, quæ nam ſint,quę damnum fecerint,vel delictum commiſerint,quā reſpectu damni,quod fuerit factū, & delicti,quod fuerit commiſſum. Et talia ſtatuta non valerent ex quo eſſent contra ius diuinum,canonicum,& ciuile, & contra naturalem æquitatem,vt dixi ſuprà.Et iſtud nota cōtra ſtatutum ciuitatis Nouariæ ſub rub.Ne quis ingrediatur in alienam vineā,ortum, pratum vel poſſeſſionē.quo cauetur credi debere iuramento accuſatoris de introitu , & damno , & quantitate damni , & de dominio,& poſſeſſione rei de qua fiet accuſatio,& in qua damnū datū fuerit,& ſimiliter ſtatutum ipſum vult credi campario, & illi ad quem vtilitas fructuum pertinet,& filiis eorum maioribus annorū 14.iurantibus eis,vel altero eorum. Et ſic ſtatutum ipſum vult credi iuramento vnius tantum,tam reſpectu perſonarum,ſeu animalium dantium damnum,quænā fuerint quæ illud dederint,quàm reſpectu damni dati, ideſt ꝙ damnū fuerit datū, quàm etiam reſpectu quantitatis damni,& dominij,ac poſſeſſionis rei in qua damnum datum dicatur.Ergo ſtatutum ipſum etiā ſi eſſet conditū ab Imperatore, vel alio ſupremo principe,ſuperiorē non recognoſcente,nō valet, nec poteſt allegari:ergo multominus allegari poterit,vbi ſit conditum ſolum ab ipſa ciuitate Nouariæ,licèt ſit comprehenſa in pace conſtantiæ, vel ab alia ciuitate : prout , eſt ciuitas Papiæ, quæ habet ſtatutum vt credi debeat iuramento accuſatoris reſpectu etiā perſonarum dantium damnū,ex quo eſt cōtra ius diuinum,ꝙ credatur iuramento vnius tantum , & iſtud non pōt diſponi, nec ſtatui etiam à ſupremo principe:puta ab Imperatore,ex quo non poteſt tollere ius Diuinū.Ro.d. ſing.707.An Papa,vel Imperator vbi pro hoc allegat tex.in ca.indicas Hermanum 5.q.9.vbi Nicola.Papa dicit nos vni parti ad diſcrimen alterius credere proculdubio non poſſumus.Et ſequitur Fel.d.c.conſtitutus & d.ca.cum olim & d. cā.ſicut & certè non licet alicui Chriſtiano,& minus crucis

Chriſti inimico, vt cauſæ ſuæ vnius tantum teſtimonium fidem imponat in alterius præiudiciũ, ex quo ſecundũ ius Diuinũ in ore duorum, vel triũ, & non vnus, ſtat omne verbũ ita dicit tex. in c. licèt vniuerſis de teſtib per text. nu. 21. & Deut. 17. & S. Ioan. Euang. ca. 8. & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Filius Dei viui verus mundi Saluator, iſtud etiam diſpoſuit, dum dixit, ſi peccauerit in te frater tuus adhibe tecum vnum, vel duos teſtes, vt in ore duorũ, vel trium ſtet omne verbum vt habetur in ſacro Euang. S. Ioan. c. 8. & ſancti Matthæi c. 18. & Sancti Lucæ c. 17. & eſt text. in d. cap. in omni & Numeri c. 35. & Deutero. ca. 17. Et nulli dubium quòd in omnibus, & etiam deciſionibus cauſarum poteſt allegari ius diuinum, imò illud ius præferendũ eſt aliis, cum nulla lex valeat contra ius diuinum. Abbas Panor. d. ca. in omni col. 1. nu. 1. verſi. not. ſecundò per illum text. de teſtib. ca. ſunt quidam 25. q. 1. Et optimè facit dictum illud Chriſti omnipotentis, Quare & vos tranſgredimini mandata Dei, propter traditiones patrum veſtrorum, Matth. ca. 15.

¶ Sed ſaluando dictum ſtatutum ciuitatis Nouariæ, de quo dixi ſuprà verſi. Et præmiſſa, & omnia alia ſtatuta, vel decreta diſponentia credi debere iuramẽto, uel libris mercatoris, uel damnum paſſi, uel accuſatoris, ſeu creditoris, aut datiarij, uel ſaltuarij, ſeu camparij, uel alterius, dic quòd reſtringuntur ipſa ſtatuta, & intelliguntur ſolum vbi agitur de modico præiudicio, ſeu de ſumma, uel quantitate modica, uel non magna ſecundũ qualitatẽ negotij, & perſonarum: quia tunc ualent ipſa ſtatuta, etiam quòd diſponant quòd credatur iuramento damnum paſſi, tam reſpectu damni, quã eius æſtimationis, quàm etiã reſpectu perſonarũ, ſeu animaliũ, quænam fuerint in ſpecie quæ damnũ dederint, quã etiã reſpectu aliorum, ubi tamen ipſa ſtatuta expreſsè ita diſponerẽt, prout diſponit ſtatutum vrbis Nouariæ, ac Papiæ, & in hoc ponderanda ſunt uerba ſtatutorũ, quæ in paruis quantitatibus ualent, cum non ſit uериſimile aliquem velle iurare falſum in modicis quantitatibus, uel ſummis, uel ubi tractatur de modico partis iurantis commodo, & modico partis contra quã iuratur incõmodo: nam tunc credi deberet ipſi iuramento, uel libris, prout ſtatuta & decreta dicent, &

vbi

vbi ſimpliciter,& indiſtinctè ſtatuta, ac decreta loquerētur credi debere iuramento præmiſſorū deberēt reſtringi quo ad quantitatē ſummā,& cauſam modicā,ſeu nō magnā nō aūt intelligi quò ad ſummā magnā:quia tunc nō ualerent ipſa ſtatuta,ac decreta tanq̄ indiſcreta,& ſine rōne, & contra ius diuinū,maximè cum inducerent ad delinquendum. Fel.d.c.ſicut conſuetudo col.3.nu.8.ver.limita ſecundò de prob.Bal.l.unic.circa prin.C de confe.Abb.in c.Bonæ el 2. col.ſi de poſtul.præl.Catial.& Mod in l cunctos populos. C.de ſum.trini.Sic etiā uidemus q̄ licèt ſit ſtatututū de iure diuino q̄ habenti unū teſtē pro ſe credatur cū eius iuramento in ſupplementū probationis iuxt.uerbū Dñi,ſi peccauerit in te frater tuus,&c.adhibe tecum unū,vel duos teſtes,&c.ut in ore duorū,uel triū ſtet omne verbū,& ſic cōputatur dictū partis actoris,uel accuſatoris, pro vno teſte, & cū alio plene probat, ut habetur Num.35.& Deut.17.& apud S Io.Euang.c.8.text.ubi Abb.in ca.in omni negotio. de teſtib.l.admonendi ubi Bart.nu.57.uer.idem aduerte q̄ 11 Azo.ff.de iureiur.Tamen omnia † iura,ac leges oēs quibus diſponitur q̄ credatur habenti unū teſtē pro ſe,uel habenti aliā ſemiplenā probationē pro ſe cum iuramento in ſupplementū probationis,intelliguntur in paruis, non aūt in magnis cauſis,nec in magnis quantitatibus etiā ciuilibus, ad ſimilitudinem cauſarū criminaliū, in quibus nō pōt iurari in ſupplementū etiā per habentē vnum teſtē,uel aliam ſemiplenam probationē,& ſecundum qualitatē perſonarum,dicetur cauſa magna,vel parua.l.admonendi ubi gloſ.uerbo exacto in fi.& ibi Bar nu.53.uer.item dicit gloſ.non recurritur ad delationē & nu.54.uerſic.ſed eſt aduertendum ; & num.57.uerſi.hoc præmiſſo.ibi, item aduerte.& ibi Iaſ.D. 12 Cato Saccus,D.Fran.Cur.& alij.ff.de iureiur.Credo † tñ q̄ ubi ageretur ſolum de contentione poſſeſſionis etiam magnæ rei,& non de eius proprietate,q̄ non eſſet magna cauſa,& poſſet iurari in ſupplementum,uel in litem ad formā iuris cōmunis,ſeu ſtatutorum.Bart.d.l.admonendi nu.55. uerſic.aduerte hoc.ff.de iureiur.Et item ſi cauſa ſit magni ponderis,tñ ſi illud ſuper quo vertitur cauſæ dubietas,non facit magnum præiudicium ueritati:quia remanet ſaluum

ius

ius parti, contra quam iuratur ad probandum ſi habet iu-ſtitiam, poterit iurari non attento quòd cauſa dicatur ma-gna.exempla vide per Bart.& Doct.in d.l.admonendi, vbi Bart.nume.56.verſi.item eſt aduertendum, & vide text.& Doctor.in c.ex inſinuatione.de procur.
11 ¶ Fallit † quando ille contra quē petitur iurari, fuit ex eius dolo malo cauſa talis inimicitiæ: puta, quia Titius vim, aut metum intulit Sempronio, vel Sempronium ſpoliauit, aut vulnerauit, vel alium dolum, aut delictum commiſit Titius contra Sempronium cuius occaſione ſit orta inimicitia inter Titium, & Sempronium: nam tunc conſtito prius per teſtes de vi vel metu, aut ſpolio: vel vulnere, ſeu dolo, vel alio delicto commiſſo per Titium contra Sempronium ſtabitur iuramento in litem præſtādo per Semproniū contra ipſum Titium ſuper rerum, damnorum, expenſarum ac intereſſe quantitate pretio, & æſtimatione, licet orta ſit inimicitia capitalis inter Titiū, & Semproniū, & hoc quia eſt imputandum Titio ex cuius dolo vel delicto, ſeu facto prouenit ipſa inimicitia, de cuius dolo, vel delicto vi, vel metu conſtare prius debet per teſtes text. eſt hic in hac l ſi quando. C. vnde vi. & in d. c fin. quod met. cauſ. & in l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. ꝙ vi, aut clam, & in §. pœna aūt ver. æſtimauerit. inſti. de iniur. l. 1. §. cum quis. vbi Bart. ff. de quæſt.
12 ¶ Spurius † non eſt teſtis omni exceptione maior in cauſa aliena, quia habēs eum pro teſte, nō poterit iurare in ſupplementum probationis: ergo ipſe ſpurius, non poterit pro
 ſe iurare

ſe iurare in litem de iure cōmuni.& ſtante ſtatuto,q̃ credatur iuramento damnū paſſi,vel ſaltuarij,ſeu creditoris, vel alterius ſpurius nō poterit iurare vigore dicti ſtatuti,& eius iuramento non erit credendū. Hip.d.ſin.273. Notiſſimum l.admonendi.vbi D.Io.Bap Catialup.nu.112.ver.vigeſimo quinto fallit. & nu.113.verſ.uigeſimoſexto fallit.& ibi alij Doct.omnes.ff.de iureiur.cum ſpurius cenſeatur infamis. Bal.l.1.C.de iur.au.an.Azo in ſum.C.de nat.lib.& idē procedit in naturali, ſeu baſtardo; cum etiam ipſe ſit infamis ſaltem de facto Bal d.l.1.C.de iur.au.an.Azo in ſum.C.de nat.lib.Iaſ.conſ.154.In cauſa col.6 uol.2.Ergo ſpurius, uel naturalis nō poterit iurare in litē,nec in ſupplementū probationis,nec aliud iuramentū præſtare uigore prædictorū iuriū,uel ſtatutorū, ut dixi ſupr.hoc.§ nu.1 uerſi.ſeptimò principaliter.& prædicta procedunt etiā in ſpurio legitimatò.Hipp.d.ſing.273.Notiſſimum. quia ut inquit text.in c.ſi gēs Anglorū.56.diſt.Baſtardi prompti ſunt ad omnia deteriora,nōn in bello fortes,non in fide ſtabiles,nec in morib. continentes.Plures tū ſpurij,ſeu naturales excelluerunt inter quos fuit diuus Petrus Lombar.ſententiarū Magiſter in urbe Nouariæ ex damnato coitu procreatus, & tamen eſt Theologorum princeps,unde limitantur pręmiſſa nō procedere in ſpurio,uel naturali,qui probaretur eſſe bonæ cōditionis,& famæ,nec in ſpurio, aut naturali effecto religioſo,nec ī ſpurio,uel naturale nobili, & magnæ cōditionis,& excellētiæ; puta,in ſpurio,uel naturali filio Regū,uel Principū, & ſimiliū;quia talis ex dicto ſuo faciet ſemiplenā probationem,adeò,q̃ producenti eum in teſtem poterit deferri iuramentum in litē,ergo ipſe ſpurius poterit pro ſe iurare in litē, & in ſupplementū. Hip.d ſing.273.Notiſſimum.

13 ¶ Concubinarij ſunt turpes perſonæ, ac infames, ergo non poſſunt eſſe teſtes c.teſtimoniū. ubi Abb.& Feli.col.5. uerſ.& ex iſtis. de teſti.nec poſſunt iurare in litem, nec in ſupplementum probationis uigore iuris cōis, nec ſtatuti uolentis credi iuramento damnum paſſi, uel ſaltuarij, aut creditoris,uel alterius,& ſi inſtituantur hæredes, fratre præterito poterit teſtamentum impugnari. Crauet.conſi.229. Quidam nu.12.uol.2.Dec.conſ.530.Viſo.arg.c.nemo & c.

dicat.

dicat.32.q.3.& c.teſtimonium. vbi text.& Doct.de teſtib. iunctis his quæ dixi ſuprà hoc.§.num.1.verſi.ſeptimò principaliter.facit ca.nemo.32.q.4.& ibi Docto.

14¶Blaſphematores † ſunt infames,quia ſi offendēs Maieſtati Principis mortalis eſt infamis l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſtat.quantomagis offendens Maieſtati diuinæ debet eſſe infamis.§ gazaros. ſub rub.de ſtat.& cōſuet.contra lib.Ecc. Alex.conſi 233.Ponderatis nu.2.vol.6.ca.vergentis.de hæret.cap.ſi apud.23.q.5.& blaſphemator non eſt teſtis omni exceptione maior. Rip.in l.admonendi nu.180.ver.item in blaſphematore.ff.de iur.Fel.in c.2.in fi.de excep.Ergo blaſphematores nō poterunt iurare in litē,nec in ſupplementū probationis de iure cōi,nec poterūt iurare,nec accuſare vigore ſtatuti volentis credi iuramēto damnum paſſi,vel creditoris, aut alterius.vt dixi ſuprà hoc.§.nu.1.verſ.ſeptimò principaliter. facit ca.teſtimonium.de teſti.vbi text.& Fel. Anch.conſ.407.Plura ex prædictis.Fel.d.c.2.in fi.de excep.

15¶Vſurarius † eſt infamis l.improbum. vbi Bar.Pau.de Caſt. & alij,per illum tex.C.de infam.Mattheſi.no.49.incip.not. ergo;pro alio non eſt teſtis omni exceptione maior,& non poterit pro ſe iurare in litem,nec in ſupplementū probationis,& nō poterit iurare vigore ſtatuti volentis credi debere iuramento damnū paſſi,uel creditoris, aut ſaltuarij,vel alterius.Hipp.d.ſin.273.Notiſſimū.Bal.& Doc.in l.qui accuſare.C.de eden.Mod.d.l.admonēdi.ff de iur.& amplia. † ꝙ ſi

16 omnis exiſtens in peccato mortali continuatō non poteſt accuſare, nec iurare, vt ei credatur,cum non ſit ei credendum Felin.d.ca.2.col.fin.nume.10.verſic.exiſtens.de exce.

17¶Pauper † non eſt teſtis omni exceptione maior. Spec.in tit.de teſte.§ 1.uer.item,ꝙ eſt pauper.Alexan.conſ.15.Viſo vol.3.ergo non poterit iurare in litem, nec in ſupplementum probationis, nec poterit iurare vigore ſtatuti uolentis credi iuramento damnum paſſi,vel creditoris, aut alterius. Pariſ.conſi.164.Illuſtriſſima col.2.nu.2.uol.4.iunctis his quæ dixi ſuprà hoc.§.nu.1.uerſ.ſeptimò principaliter. Fallit ubi ſtatutum diceret credi debere iuramēto maſſarij, uel famuli,aut camparij,& ſimilium nam cum iſti cōmuniter ſint pauperes uidetur uoluiſſe ſtatutum, quòd etiam

pauperum iuramento credi debeat. Hipp.ſing. 1. Fallit ſecundo vbi ex conſuetudine fuit conſuetum credi debere iuramento pauperis, quia tunc ſtari debet tali conſuetudini ſic interpretanti ſtatutum ipſum l.minimè.ff.de legi.

18 ¶ Octauò principaliter † limita hanc l.ſi quando.C.vnde vi. & d.c.ſi.quod met.cauſ.& totum tit.ff.& C.de in lit.iur.& omnia iura, ac ſtatuta volentia credi debere iuramento creditoris, vel ſaltuarij, aut damnum paſſi, vel alterius non procedere quotieſcunq; iudex ex officio, vel ad partis inſtantiam, vellet ſeſe informare de conditione volentis iurare, an ſit omni exceptione maior, & ſic poſſit iurare, an verò ſit infamis, vel patiatur aliquam exceptionem de qua ſuprà, vel aliam, de qua per Spec.in tit.de accuſatore. & ſic non poſſit iurare, quia ſicuti iudex poteſt etiam ex officio ſe informare de conditione teſtis, ita etiam poteſt ſe informare de conditione præmiſſorũ, & aliorum iurare volentium in litem, vel aliud iuramentum præſtare, cum ſint loco teſtium, & eos quos iudex viderit non poſſe iurare, maximè infames, poterit etiã ex officio repellere à teſtimonio iuramento, & ab accuſatione. Ripa l.4.§.hoc aũt iudiciũ nu.64. ver.5.fallit. & nu.65.verſi.& iſtud.& num.66.ver.Latius.ff. de damn.infect.Bal & Doct.in l quos prohibet. per illum text.ff.de poſtul.Inn.D Ant.& Abb.in c.intimauit., de teſt. gl.in l.1.ver.de nominibus.ff de mag con & in l.3.verſi.inimicitiæ.ff.de teſt.& in auth.de teſt.§.1.ver.officij cauſam. de teſt.Bal.l.nec quicquã.§.obſeruare. in vltima charta.ff. de offi.proconſul.Soc.conſ.136.Præſtantiſſime nu.4 verſi. ſic etiã vol.1.c.1.vbi Feli.per illũ tex.de accuſ.tex.cũ gl.in c. innotuit. de elect.& ibi no.Sic etiã iudex pro eruenda veritate volẽtis etiã ex officio præmiſſos, & alios iurare volẽtes in litẽ, vel in ſupplementũ probationis, vel aliud iuramentũ præſtare pro ſe, vel aliis, interrogare de cauſis eorũ ſcientię & rõnibus quibus mouentur ad iurandũ, etiã eos interrogare de circunſtantis, & aliis. prout teſtes, & cõſtituti interrogantur.& vbi ex interrogationibus & reſponſionibus factis iudex videat, iuramentũ præſtandũ eſſ. calumnioſum, vel nõ verum, aut ſuſpectũ, vel iurare uolentẽ non eſſe informatũ, uel alium pati defectũ, iudex non debet deferre d. iuramentum,

tum,

tum,& iuramẽto tali tũc nõ erit credendũ etiã ꝙ lex,uel ſta tutũ dicat debere ſtari iuramẽto præmiſſorũ:quia intelligi tur ſemper ſi ita iudici videatur iuſtũ, vel æquum.text vbi Doc.in l.vbicunq;.ff de interrog.act.Ripa d.§.hoc aũt iudi cium nu.69.& ibi Alex.& alij per tex.in d.l.vbicunq;.D.Io. Pet.de Fer.in for.lib.reſponſionis rei.in glo.ver.iuſiurandi nu.14.ver.rurſum cõſueuit.per Ang.de Peru.& Io.de Imo. in l.qui bona.§.qui dãni.ꝑ illũ tex ff.de damn.infe.Soc.d. ver.ſic ẽt.& pro hac opinione faciũt not.ꝑ Bar.in l.1.col.3. nu.9.ver.ſecundò quæro. vbi Iaſ col.6.nu.9.verſi.primò ꝙ in nuntiatione ff.de oper.nou.nun.& in l.ſolã.vbi Bald.& Doc.per illum tex.C.de teſti.Et vbi talis interrogatus eſſet varius,vel vacillans,vel contrarius,vel aliũ patiatur defectũ adeo ꝙ pro alio nõ eſſet teſtis omni exceptione maior,non deberet credi eius iuramento:quia ſi in hoc caſu nõ crede-retur teſtibus l.eos.ff.de fal.Ergo multomagis credi nõ de-bebit ipſi iurare volenti pro ſe, nec pro alio Bal.l.qui accu-ſare col.1.ver.aduertatis.C.de edend.Ang.in l.qui reſtitue-re.per illũ text.& gl.ibi.ff.de rei vend.& in l.qui vas.per illũ text.ff de furt.Cotta mem.verſ.ſtatuto ciuitatis Mediolani cautũ ibi,ſextò.& hoc procedit indubitãter in iurare volen te in ſui fauorẽ,qui poterit interrogari etiã ꝙ eius iuramen

19 to ſtandũ eſſet:ſed ille cuius † iuramẽto ſtandũ eſt pro alio, puta ſaltuarius,vel camparius vbi ex forma iuris, vel ſtatuti ſtandũ eſt eius iuramẽto nõ poterit interrogari, ſed ſtandũ eſt eius iuramento vbi cõtrariũ nõ probatur.Ang.d.§.qui damni.ſed tu dicas ꝙ quilibet cuius iuramẽto ſit ſtandũ in cauſa propria,vel aliena,ꝙ põt interrogari de cauſis ſciẽtię, & rationibus quibus mouetur ad iurandũ, ad euitandum periuria.per d.l.vbicunq;. & per not.per prac.Papie.d.ver. rurſum cõſueuit.& ꝑ ea quę ſuperius dixi,& quia licèt iura velint credi teſtibus, toto tit.ff.& C.de teſtib.& patet in ſa-cra ſcriptura qua dicit, in ore duorũ,vel triũ ſtat oẽ verbũ.

20 Tamen tales † teſtes poſſunt,& debẽt à iudice interrogari de cauſis ſcientiæ,& rõnibus eorũ teſtimonij, ac de alijs cir cunſtãtiis, quibus ſi rectè nõ reſpondẽt nõ eſt credendũ:vt patet in teſtibus Sanctæ Suſannæ l.ſolã vbi tex.Bal.& Doc. C.de teſt.Ergo multomagis Partes, ac Saltuarij, & damnũ

paſſi,

paſſi,& alii quorum iuramento ſtari debet in cauſa propria; uel aliena ex forma legis, uel ſtatuti poſſunt interrogari ut ſuprà dixi, cum & ipſi fungantur teſtium officio, & patiantur omnes exceptiones, quas patiuntur teſtes.Bald.d.l. qui accuſare col.1.uer.aduertatis.C.de eden.Et hoc maxi-
21 mè procedit † ex quo omnis lex, & omne ſtatutum, ac decretum uolens credi iuramento accuſatoris,uel actoris,aut creditoris,aut ſaltuariis, uel libris mercatoris, ſeu teſtib.intelligitur ſemper accedente conſenſu iudicis, & ſi ita iudici uiſum fuerit,cum omnis probatio ſit arbitraria iudici:ergò iudex poterit interrogare,& ſeſe informare.Hipp.ſing.458. Liber.Bald.l.unica colum.3.de confeſ.Abb.cap.bonæ el.1. de poſtul.præla.Bar.l.Lucius.ff de his qui no.infa.tex.in l. in actionibus.uer.ſed iudex.& uer.item & ſi iuratum. & in l.uideamus § ſed an iudex. & § item uidendum.ff.de in lit. iur.& tex.in hac l.ſi quando.C.unde ui.fa.text.in l.3.ibi,tu magis ſcire pòt.ff.de teſta.ſi enim iudex æque non arbitretur eſſe dandum iuramentum,uel non dandum,poterit appellari, ut dixi ſuprà in §.Quinquageſimo primò num.16.
22 ¶Nonò principaliter † limita hanc l.ſi quando.C.unde vi. & d cap.fin.quòd met.cauſ.& tot.tit.ff.& C.de in lit.iur.& omnia iura,ac ſtatuta,decreta quibus caueatur credi debere iuramento damnũ paſſi uel creditoris, aut ſaltuarij, uel alterius in propria,uel aliena cauſa non procedere,quando iuramentum contineret nõ ueriſimilia,uel eſſet calumnioſum, uel immoderatum:quia tunc non eſt dandũ tali iuramẽto.Ang.d.l.qui reſtituere nu.3.ff de rei uend.& cõſ.164. Dominus uitalis. Nam etiam teſtibus non ueriſimilia deponentibus non eſt credendum in cauſa aliena: ergo minus credendum erit præmiſſis in cauſa propria, & aliena.c.nulli ubi gloſſ.uerſic.ueriſimiliter, & ibi Doct.de ele.in 6.Soci. conſ.194.Subtiliter col.1.uerſ.tertia uol.2.Crau.conſ.249. In cauſa nu.8.cum ſeq.Bart.l.1.ff.quemad.teſt.aper.Pariſ. conſ.83.Potuit nu.24.cum ſeq.vol.1.Bald.l.Arethuſa col.1. de ſta.ho.c.licet vbi Fel.& Dec.de proba.Abb.c.quia ueriſimile.ad ſi per ilum text.de præſump.Iaſ l.ſi extraneus. in 4.
23 not.ff.de cõdict.ob ca.Decimò limita † hanc l.ſi quãdo.C. vnde ui, & d.c.fin.quod met.cau.& tot.tit.ff.& C.de in lit.

iur.

jur.& omnia alia iura, & ſtatuta volentia credi iuramento damnū paſſi,vel ſaltuarij, aut alterius nō procedere quādo accuſatus,vel reus conuentus exciperet,ꝙ nollet ꝙ iuraretur,ſed peteret,quòd iudex accedat,uel mittat æſtimatores ſupra locum,& ꝙ ex inſpectione iudicetur damnum , tunc enim non auditur actor,vel accuſator, nec alius volens iu-
24 rare:quia † probatio per euidentiam facti ex loci viſitatione ſuffocat alias probationes, & nunquam intelligitur excluſa,& dicit̃ ſuperlatiua probatio,quæ præfertur cuicunq; generi probationum. Ripa l.damnum num.7.verſi.quartò declara.ff.de dam.inf.Bal.l.cōtra negantem in fi.C.ad leg. Aquil.Alex.l.qui bona.§.qui damni col.4.ver.Bal.etiā in l. contra.per illum tex.ff.de dam.infe.Bertac.rep.verſ.ſtatuta de damnis.ibi,ſtatutum ꝙ ſtetur.Bal.l.1.C.ſi ad lib.per tex. in l.ſi irruptione.ff.fi.regun.& §.fi.inſtit.de grad.Iaſ.in l.1. nu.10.in fi.ver.circa aliud ff.de ope.nou.nun.Et hoc procedit,qñ actor,vel accuſator proponeret magnum fuiſſe damnum,alioquin ſi proponeret paruū damnū:puta, quia peterentur tantū ſolidi 40 imperalium , vel alia minor ſumma pro damni emēdatione,& plus expenderet̃ in loci viſitatione,& damni æſtimatione, q̃ importaret quātitas petita pro damni emēdatione,tunc nō poſſet peti æſtimatio, nec fieri viſitatio,ſed ſtari deberet ipſi iuramēto.Ripa d verſ.quartò declara facit tex.in l.mediterraneæ.& ibi Bart.& Ang.C.de an.& trib.lib.10.Fallit qñ ex dolo rei cōuenti eſſet difficultas probationis:puta,quia res nō extant,vel non apparent, vel oculis nō poſſunt demonſtrari,tunc enim non pōt peti æſtimatio,ſed poſſet iurari in litē,tex.in d.l.in actionibus ver.planè vbi Bar.col.fi.ver.intelligo & ibi.Bal.ver.planè.& Iaſ.nume.17.& alij.ff de in lit.iur.Iaſo.conſi.111.vol 1.
25 ¶ Vndecimò limita † totum tit.ff.& C.de in lit.iur.& hanc l.ſi quando.C.unde ui & d.c.fi.quod met.cau.& oīa iura, ac ſtatuta diſponentia aliquē poſſe in litem iurare etiā per iuramentum ueritatis uel affectionis,uel iurare de intereſſe ſuo,vt vltra duplū veræ, & cōis æſtimationis in caſib.certis nō fiat condemnatio,& eſt com.opi.l.unic.ubi tex.uer. dupli,& ibi gl.uer.contractibus.& Bar.col.8.uer.ſumus expediti.& Io.Fab.col.4.& Petr.Rebuf.in glo.1.uerſic.prout
nu.89.

nu 89.& ex hoc. & in glo.ver.contractibus nu.4.ver.ex gl. & Dec.nu 69 & mag.D.Cam.Pæzon.Plau in glo.verſ.dupli.nu.25.& ibi alij Doc.cõiter per illum text.C.de ſen.quæ pro eo qđ int:Alex.& Iaſ.in l.videamus.§.deferre col.11.ff. de in lit iur.& licèt tex.in d l.videamus.§ iurare. dicat poſſe in infinitum iurare: tamen iudex debet taxare vt ipſum duplum cõis, & veræ æſtimationis non excedat. vt dicunt Doct.in d l.1.C.de ſent.quæ pro eo quod int.profe per illũ tex.quia ſi non põt id quod intereſt duplũ excedere qñ verè probatum eſt.vt eſt tex.in d.l.1.à fortiori qñ non eſt probatum, niſi per iuramentum.Rebuf d.verſi & ex hoc.& l. qui reſtituere ff de rei vend.quæ dicit ſine taxatione in infinitũ poſſe iurari,reſtringitur vt non excedat ipſum duplũ per d l.1.vt dicit Rebuf.in d.l.1.in glo.1.verſi.prout nu.92. verſi.nec obſt.& num.97.verſi nec me.vbi alij Docto.

26 ¶ Duodecimò † limita non poſſe iurare in litem, coram arbitratore ſecundum Gratum in conſ.10.Et ſi.vol.2.& D. Io.Baptiſtam de S.Blaſio in tracta.quæſtionum arbitralium in q.49.nume 90.Sed teneo quòd etiam coram arbitratore poſſit deferri iuramentũ in litem veritatis.Pariſius conſ.76. Ad reſolutionem nu.14.cum ſeq.vol.1.per c.quintauallis. de iureiurand.& ibi Docto.

27 ¶ Tertiodecimò † limita, quòd iuramentum in litem debet præſtari per partem principalem adeò, quòd per procuratorem præſtari non poteſt l.admonendi.vbi Rom.& Iacobus Petri de Pholomeis nu.293.ver.ſed vnum.& Catia. lup.num 293.verſ.ſed vnum.ff de iur.c.ſi vero.el 2.de ſent. excom.Iaſ.l.vulgò.ff.de in lit.iur.Sed ubi eſſet procurator cum ſpeciali mandato poſſet iurare.Alex.d.l.vulgò.

28 ¶ Quartodecimò † limita ꝙ licèt in litem quis iurare poſſet quòd tamen non cogitur iurare in litem,ſed põt ſi uult dicere quòd uult teſtibus uel inſtrumentis ſuum intereſſe, uel ius ſuum probare.tex.in l.1.& in l.is qui.C.de in lit.iur. Ang.Aret.in rub.inſt.de actio.col.2.uerſ.tertiò.in tit.& eſt com.opinio Alex.l.fi de in lit.iur.Soci.conſi.146 Viſo col. pe.& fi.uol.1.cum enim ſit conceptus titulus abſque uerbo per gerundium in actiua ſignificatione ff & C.de in lit.iur. ipſum gerundium non importat neceſſitatẽ.Are.d.uer.3.

Pur.& Mod.ſub.C.de eden.maximè cum quilibet poſſit renunciare fauori ſuo,& ſic facultati iurãdi ſibi cõceſſę à iure.
29 Sic † & decretum Mediolani volens fieri compromiſſum inter agnatos,ſed ꝙ deciſa per ſententiã vel contractũ non veniant in compromiſſis intelligitur niſi producens ſententiam, vel contractum vellet quòd ipſa deciſa venirent in compromiſſis: quia tunc etiam de eis debet cõpromiſſum fieri ex quo poteſt fauori ſuo renuntiare etiam inuito altero. Alex.conſi.254.Abundè col.fin.verſ.nec obſt.vol.6.
¶Decimoquintò limita tit ff.& C.de in lit.iur.& iura,& ſtatuta volentia poſſe in litem iurari ob dolum, procedere in dolo vero,non autẽ in dolo præſumpto:quia ex dolo præſumpto nõ poteſt deferri iuramentũ in litem ne cõcurrant duo ſpecialia, ꝙ actori credatur in propria cauſa contra l. nullus ff de teſti.item ꝙ præſumatur dolus contra l meritò ff.pro ſoc.ita dicit Cotta mem verb.iuramentum. Bart. in l.tutor qui repertorium col.pen.verſ.venio ad tertiũ ff. de admi.tut.Corne.conſi 81.Quanquam col.3.in fi.& ſeq. vol.4.Iaſ.conſi.174.Spectabilis col.fi.ver.2.principaliter in fi.vol.2.& hoc maximè verũ eſſet caſu quo dolus præſumptus præſumptiuè probaretur:iuxta not.per Fel.in c.ſi aũt col.1.de reſcript ita dicit Cotta d.uer.iuramentum.& quomodo cognoſcatur dolus uerus, à dolo præſumpto uide Bart.in l.ꝙ Nerua.in 4.q.ff.depo Ang in l.ex conſenſu.§. ſi ff de app.Alex.conſ.103.Videtur num.59.uer.& licèt ad-
31 uerſus uol.1.Fel d.c.ſi autẽ & dicitur † dolus uerus.& non præſumptus quando de eo apparet ex iudiciis manifeſtis l. dolum.C de dol.Alex.d ver.nam differentia.& propter dolum uerum põt iurari in litem.Alex.d.uer.& licèt.& d.uer. nam differentia.Dolus autem præſumptus eſt quãdo de eo indicia nõ ſunt ita manifeſta,ſeu præſumptiones non ſunt ita manifeſtæ, adeo ꝙ omnino dolũ non cõcludunt,Alex. d.uer.nam differentia.Et ita teneo nõ poſſe iurari in litem ob dolũ præſumptũ,intelligẽdo de dolo præſumpto,quãdo de eo nõ conſtat,niſi per indicia leuia:ut ſentit Alex.d.uer. nam differẽtia.ſed ubi indicia nõ ſunt leuia,ſed urgentia teneo poſſe iurari in litẽ ob dolũ præſumptũ ſicuti ob dolũ verũ.Soc.cõſ.213.Cõſiliis.Bal.conſ.119.Statuto uol.2.Bal

Curt.& Duare.d.l.in actionib.& vide ſuprà, nu 68 verſ.45. amplia & probatur:quia ille qui non facit id quod ſcit, vel ſcire debet,ſe teneri ratione officij ſibi iniuncti: puta,ſi eſt tutor,vel adminiſtrator, & nō facit inuentarium & librum rationum eſt in dolo præſumpto & non vero. Bart.d.l.tutor qui repertorium nu.20.col.4.verſ venio ad ſecundam. Alex.d.conſi.103.Videtur nu.20.verſ.nā differentia vol.1. Et item dicitur dolus præſumptus & non verus, ſi quis nō vult reſtituere, vel ſoluere illud quod poteſt, & etiam ſcit vel ſcire debet ſe reſtituere,vel ſoluere debere. Alex.d.verſi. nam differentia l.ſi procuratorē.§.dolo & l.dolus.ff.mandat.ac etiā dicitur dolus præſumptus, & non verus,vbi iudicis præcepto quis non paret l.non poteſt dolo.ff.de reg. iur.Alex.d.verſic.nam differentia. Et licèt præmiſſi dicantur eſſe in dolo præſumpto & non vero.Ba: d l.quod Nerua.in 4.quæſt ff.depoſi.Bald l.in l pignus col fin C.de pignor actio.Alex.d.verſi.nam differētia. Tamen poteſt contra præmiſſos qui ſunt in dolo præſumptos ob ipſum dolū præſumptum licèt non conſtet de dolo vero iurari in litē: vt eſt tex.in d l.tutor qui repertorium.ff.de adminiſt.tut. & in l.qui reſtituere.ff.de rei vendic.Et vbicunque lex, vel ſtatutum dolum præſumit, vel dicit in dolo aliquem videri,poteſt contra eum in litem iurari text.in d l.tutor qui repertorium in princ.verſi.videtur & ibi glo.verſic.videtur iuncto text.in ver.ex iureiurando.ff.de adminiſt tut.

32 ¶Sextodecimò † limita tot.tit.ff.& C.de in lit iurand.& hāc l.ſi quando.C.vnde vi. & omnia iura, ac ſtatuta volentia poſſe iurari in litem,vel de damno dato, vel poſſe aliquem accuſari, vel contra eum agi, non procedere vbi ageretur contra illum qui in agro alieno ſolum vuas comediſſet, & de eis nihil exportaſſet,vel ſpicas poſt terga metentium relictas collegiſſet, & in eis falcem non miſiſſet:nam talis etiā ſi teſtibus conuinceretur nō tenetur ad aliquam pœnam, nec poteſt contra eum iurari,nec agi ad aliquid etiam ſi ſtatutum præmiſſa fieri prohiberet ex quo prædicta fieri poſſunt de iure diuino:vt habetur Deutero.ca.23.vbi à domino dicitur,ingreſſus vineā proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit,foras autē ne afferas tecum:ſi intraueris

ſegetē amici tui,franges ſpicas,& manu conteres,falce autē non m ·res, & ita Chriſtus patiebatur diſcipulos ſuos intrare fundum alterius,& in eo comedere ſpicas,nec eos increpabat,quia non exportabant.Matth ca.7.& 12.Marc c.2.& Luc.c.6.& ita dicit Rip.in d.l damnum nu 3.ver.iuxta.ff.de dam.infec.Gand.tract maleſi.tit.de pœn.D.Bertho.Chaſſ. conſ.1.nu. 21.& 32.in 5 part D.Iafre Lanfran.concluſ.97. Cōmedens l.qui occidit.§.ſi quis alienū & ibi Flor ff.ad l. Aquil.c.1.vbi glo verſ phas.diſt.1.facit c.fi.de pac tenen.& eius violat.vbi tex.in d.c.fi.dicit licere cuicunq; tranſeunti impunè equū ſuum paſcere ex herba quantū propinquius ſecundū viā ſtans cōplecti potuerit ad refectionē equi ſui.

33 ¶Decimoſeptimò † limita iura omnia, & ſtatuta volentia aliquem poſſe iurare in litem, vel accuſare, vel agere, aut iurare in damno dato,aut poſſeſſione turbata, non procedere contra pauperes,& alios qui paſcunt capras,ſeu pecora,vel alia animalia in paſcuis publicis, prout erat prius ſtatutum,vel conſuetum.Nam contra tales non poteſt iurari in litem,nec agi de damno, nec poſſunt etiam teſtibus accuſari etiam ꝙ fieret ſtatutum ꝙ accuſarentur:quia tale ſtatutum nouum, eſſet iniquum, & non valeret ſi ſtatutum nouum contra antiquū ſtatutū,ſeu contra antiquam conſuetudinem prohiberet capras,pecora, & alia animalia minuta duci ad paſcua publica, & permitteret ad ea duci animalia aratoria, & ſic boues: quia tale ſtatutum nouū eſſet iniquum,& non valeret,ex quo de vſu paſcuorū, & nemoris reipublicæ tantū debet habere pauper pro ſua neceſſitate,quantū diues. Et ſi valeret ipſum ſtatutū nouū, non ita haberet vſum pauper, qui non haberet niſi tres capras, vel pecora,quantū diues,qui haberet plures boues:ergo ipſum nouū ſtatutū tanquā factū in perniciem & odiū particularium,& contra antiquā conſuetudinē ſeu antiquū ſtatutū, etiā ꝙ fieret à maiore parte conſilij,& populi vno ſuo contradicente.nō valeret & ita cōſuluit Rip.in lib.1.Reſpo.ſub rub de legib.in reſpon.22.in c.incip.iniqua lex eſt per not. per Alb.de Roſ.in l.in tantum.§.vniuerſitatis.ff.de rerū diuiſio cum in paſcuis debeat attendi antiqua conſuetudo l.1.C.de paſcuis pub.& per Dec.lib.10.Dec.cōſ.550.Iuridicam, ubi

Nam

Nam cuilibet de populo competit ius depaſcendi animalia ſua cuiuſcunq; generis in paſcuis publicis, cum ſint omnibus communia l.in tantum.§.vniuerſitatis.ff.de rerum diuiſio.l.1.cum ſeq.C.de paſcuis pub.& prin.Cæpol.rub.de ſer.ſub rub.de ſer.iuris paſcendi l.ciuibus.ff.de lega.1 Fallit reſpectu conſentientium ipſi ſtatuto,ac etiam reſpectu nō appellantium ab eo: quia quoad eos valeret, quoad alios non valeret. Ripa d.reſpon.2.Fallit etiam quando ſtatutū nouum eſſet generale contra omnes diuites, & pauperes, vt animalia magna, vel parua cuiuſcunq; generis non mittant ad paſcua publica niſi ſoluatur penſio vniuerſitati: quia tunc valeret ipſum ſtatutum nouū contra antiquum etiam ſi eſſet factum ſolum à minore parte conſilij, & non per capita domorum. Iaſ conſi.71 Ordinatio vol.2.

34 ¶Decimooctauò † prædicta iura,ac ſtatuta limitantur procedere qn̄ perſonæ iurare volentes eſſent habiles ad iurandum: puta,maiores,vel puberes, & non impuberes,ac ſani mente,& nō furioſi. Et domini,aut poſſeſſores loci damni dati, vel ꝙ vtilitas fructuū ad eum ſpectaret,alioquin iurari nō poſſet per eos in litē,nec in ſupplementū, nec de damno dato. Iaſ.d.l.in actionibus col 7.verſic.quarto requiritur.ff.de in lit.iur.& eſt text.in l.videamus.ff.de in lit iur.

¶Decimononò.limita iura oīa, ac ſtatuta volentia in litem poſſe iurari,vel credi iuramento damnū paſſi nō procedere contra illū qui cauſam, vel inſtrumentum ſic faciendi etiā nullum habuiſſet ab agente,vel alio:nam tunc contra eum non poſſet iurari cum videatur ceſſare dolus text.in d.l in actionibus & ibi Doct.ff.de in lit.iur.Corn.conſ.205.Videtur num.5.vol.2.facit l.1.in fin.ff.de abig.& l.igitur.§.1.ff. de lib.ca.& fa.not.ſuprà in §.ſpoliatus num.6.verſic.tertio fallit & in §.ad laudem num.13.uerſic.tertiò limita.

35 ¶Vigeſimò etiam † limita omnia iura uolentia poſſe iurari in litem,& omnia ſtatuta diſponētia credi debere iuramento damnum paſſi non procedere contra eum qui cum uia publica eſſet dirupta ingreſſus fuit per fundum uicini etiā cū animalibus ciuiliter trāſeundo cū minori damno prout fieri potuit:quia cōtra talem nō poteſt agi ad pœnā de ingreſſu, nec iurari l.per agrū ubi Bald.& Barb.in apoſtil.ad

Bald.

Bal.C.de ſer.& aqua.Bal.& Ang.l.ſi quis cum uia.ff.quemad.ſeruit.amit.Bertach.reper.uerſ.via.& verſ.tranſitus.

36 ¶ Vigeſimoprimò † limita iura omnia, & ſtatuta præſtantia facultatem iurandi in litem ob damnum datum, vel delictum commiſſum, aut dolum commiſſum, non procedere cōtra damnificantem, vbi damnum datum, vel delictum commiſſum, ſeu dolus adhibitus, habet admixtam culpam damnificati: quia non poteſt iurari cōtra damnificantem, & ipſe damnificans non tenetur ad emendationem damni. Crau.conſ.119.Quæritur nu.11.Soc.conſi.156.Pro fundamento col.fi.vol.1.D.Petr.Paul.Pariſ.conſi.158.vol.4.damnum enim quod quis ſua culpa ſentit ſibi, & nō alij debet imputare l.ſi fideiuſſor.ff.mand.l.ſi merces.§.culpæ.ff.locati l.inter ōēs.§.pe.ff.de fur.l.1.§.vſq; adeò.ff.de iniur.l.3.§.ſi quis volentem.ff. de lib.hom.exhi.Hyppolit.ſingu.350.damnum. Craue.conſi.202.Non videtur volu.2.Soc.l.Iulianus col.11.verſ.comprobatur.ff.de condit.& demonſtr.

37 ¶ Vigeſimoſecundò † limita omnia iura, ac ſtatuta volentia poſſe in litem iurari, uel agi, uel iurari de damno dato, non procedere contra illum qui etiam in fundo, vel territorio alieno, incidit ligna, vel animalia pauit, vbi erat cōſuetudo, vel poſſeſſio, uel ſtatutum ſic faciendi: quia ualet talis conſuetudo ſeu ſtatutum, & ſic facientes non poſſunt accuſari. Pariſius cōſ.17.In præſenti nu.30.col.5.in fi.& 6. in princ.vol.1.Abb.Panor.ca.dilecti.vbi glo.1.& allij Doct. de arbitr.Dec.conſi.550.Iuridicam.in princ.Crau.conſi.4. præſupponitur nu.4.cum ſeq.Bar.l.nō ſolū.§.ſed ut probari nu.2.verſ.idem dico.ff.de oper.nou.nunci.D.Iaſon Mainus conſ.150.nu.2.vol.1.Calca.conſi.49.Contra cōmune. Soc.cōſ.15.In cauſa vol.3.tex.& Doc.in l.1.& 2.C.de paſ. pub.vel pri.lib.10.D.Roch.Cur.trac.de conſue.fol.46.verſ. quarta ſit concluſio.ibi, ex præmiſſa concluſione, & rōne. arg.l.uenditor.ff.com.pręd.& l.3.§.fi.ff.de teſti.ſa.gl.in ca. cū venerabilis. de cōſue.Et ibi Doc.fallit ubi paſcua nō eſſent pro oībus ſufficientia, ſed eſſent neceſſaria, & ſolū ſufficientia pro dominis, vel habentibus titulum, & eorum beſtijs, tunc enim facta per eos prohibitione vel inhibitione ipſi præferuntur. Et ipſum ſtatutum, ac conſuetudo etiam

vetuſtiſſima cuius initij memoria non eſſet in cōtrarium: tunc nō attenditur,& cōtrauenietes poſſunt accuſari. Rochus d.uer. lex præmiſſa cōcluſione. Abb.d.c. dilecti. Afflic. deciſ.290. Quidā baro. Pariſ.conſi.27. In præſenti nu.143. ver.& ad vnū vol.1. Cæp.trac.de ſer.ruſt.præd.ti.de meſſe. & vind.c.20.per tex.in c.ſuggeſtū.de dec.& in c.quid per. de verb.ſig.& in l.venditor.ff.com prædio.& in l.ædem C. loc.& fa dictū quinque virginum prudentū. Matth ca. 25.

38 ¶ Vigeſimotertiò limita † omnia iura, ac ſtatuta volentia poſſe in litem iurari, vel credi iuramento damnum paſſi, aut poſſeſſoris non procedere; vbi conſtaret volentem iurare eſſe turbatorem, vel ſpoliatorem poſſeſſionis alienæ, vel quòd eſſet poſſeſſor doloſus, vel ſpoliator etiam nō violentus, vel quòd haberet poſſeſſionem à iure damnatam,& eius occaſione, uel ex cauſa ab ea dependente uellet iurare: quia tunc non auditur, ex quo omnia iura, ac ſtatuta, quæ loquuntur in fauorem poſſeſſorum nō intelliguntur de poſſeſſore alienæ poſſeſſionis, nec de turbatore poſſeſſionis, ſed tantum de legitimo poſſeſſore. Afflic.deciſ.403. Catholica nu.6.Bal.conſ.463.Statutum uol.4.& tex.in l. improba.C.de acq.poſſ.& in l.ſi qua loca.ubi gloſ.& Doc. C.de fun.& ſal.rei do libr.10.& in l.authoritatem.C.Vnde ui & in l.uis.ubi tex.& Bal.C.de prob.Sic etiam regula cancellariæ, qua dicitur, ꝙ poſſeſſor triennalis cum tit.ſaltem colorato, uel præſumpto,& abſque ſimoniaco ingreſſu nō poſſit moleſtari, non procedit in fauorem poſſeſſoris triennalis uioleti. Gome.ſuper d.regula q.11.ca.placuit.16.q.6. Et capitula pacis de reſtituendis poſſeſſoribus, intelliguntur de illis qui iuſtè poſſidebant, maximè cum titulo,& nō de poſſeſſoribus uiolentis, nec doloſis. Afflict.d.deciſ.403. Catholica. Pariſ.conſi.24.Præſupponitur uol.1. Decretum

39 † etiam Mediolani, ꝙ poſſeſſio, ſeu quaſi defuncti continuetur in hæredem, intelligitur de poſſeſſione ciuili,& naturali, quā defunctus habebat eius nōie proprio, non autē de poſſeſsione quā defunctus habebat nōie alieno: puta, in rebus commodatis, uel depoſitis aut locatis defuncto, nec in rebus quas defunctus conſtituit ſe poſsidere nōie alterius D.And.Tiraq.in tract.le mort ſaiſit le vif.in 3.par.in 2.

Hiſt ... & 4.

& 4.declaratione. Bal l.1 col.2 verſ.quæro an ſit.C ſi de mo.poſ.Iaſ.conſ.147. Circa uol 2.Curt.Iun.conſ.108.Circa.& conſ.110.Pro habenda.Imo conſ.16.Viſo. Et hæc intelligo quantum ſit contra ueros poſſeſſores, uel dominos,ſed reſpectu præiudicij tertij hæres petens continuationem etiam pro rebus ipſis uidetur audiẽdus.Tiraq.in d.4. declaratione.arg.l ſi C.de fur.& l.& non tantum.ff.de petitio.hæred.unde poſſeſſor non legitimus contra dominũ, uel uerum poſſeſſorem iurare non poterit, contra tertium autem ſic,niſi per illam poſſeſſionẽ minus legitimè adempram eſſet effectus non omni exceptione maior,per nota. ſuprà in §.ſeptimò principaliter num.1.

40 ¶ Vigeſimoquartò limita, † ut in litem iurari non poſſit, nec iurari de damno dato nec agi pro alia cauſa, & ſi feratur ſententia õ ualet.quãdo eſt lapſa inſtantia iuris communis,uel ſtatuti quando tempus præfigitur inſtantiæ,ſeu cauſæ: ſecus ſi præfigitur iudici: quia tunc præmiſſa fieri poſſunt.& eſt communis opinio.Dec.conſ.550.Iuridicam. Pariſius conſi.158.Si ius volum.4.

41 ¶ Vigeſimoquintò † limita omnia iura communia, & ſtatuta volentia poſſe agi; vel iurari de damno dato, vel credi debere iuramento damnum paſſi, non procedere contra eum qui non dedit damnum,ſed rem vtilem pro ſe,vel pro poſſeſſore,vel pro alio fecit, etiam contra voluntatem veri poſſeſſoris,puta,quia ſiluam cæduam cædit, vel agrũ arauit,aut ſeminauit,vel fructus maturos collegit:quia cõtra talem nõ competit actio nec accuſatio damni dati, ſed poſſeſſionis turbatæ:ſecus ſi ſilua non erat cædua,vel fructus nõ maturi fuerunt collecti:quia tunc diceretur damnum datum & pro eo poſſet iurari.Bald.conſi 436.Statuto cõmunis Papiæ col.2.verſ.in contrarium vol.5.& conſi.436.Statuto vol.3.& cõſ.144.Præſuppoſito vol.5.Laur. Calch.conſi.100 Quòd veniat colum.2.num.4.verſi.quoniam.text.& Doctor.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi oliua.ff.ad leg.Aquil & in l.nam & ramos.ff.q vi aut clam.D.Mar. Socin.Iun conſil.146.In cauſa numer.20.cum ſequen.vol.1. Sic & actio,& accuſatio damni dati,& ſtatutum quòd credatur iuramento damnum paſſi, non habet locum

contra eum,qui tanquã poſſeſſor percepit fructus. Bal.tit. de pace Conſt.in glo.uer.ſine fructibus. Calch.d.conſ.100. Ioan.Bertac.in repert.uer.ſtatuta de damnis.ibi, ſtatutum
42 de damno non habet locum.Damnũ † enim dicitur quan do eſt patrimonij diminutio,cum rei corruptione,quo caſu iura , ac ſtatuta uolentia credi iuramento damnũ paſsi, uel uniuerſitatem teneri pro damno dato,non habent locum quando eſt diminutio patrimonij cum rei amotione, & contractatione de loco ad locum:puta,quando quis incidit ligna,& exportauit,uel collegit fructus maturos , uel immaturos,& eos exportauit, tunc enim non dicitur dam num,ſed furtum . Et iura,& ſtatuta ꝙ credatur iuramento damnũ paſsi,uel ꝙ uniuerſitas teneatur pro damno dato, non habent locũ in tali caſu:quia non poterit uigore dicti ſtatuti iurari contra ipſum exportantẽ, uel contractantem, ſeu amouentem res,& uniuerſitas tunc vigore dicti ſtatuti non tenetur, niſi ſtatuta aliter expreſsè diſponant etiã con tra contractantẽ,uel amouentẽ . & etiã in caſu amotionis
43 rerũ,alioquin † ſtatuta loquentia de damno nõ procedũt in furto,& ſtatuta loquentia in furto,nõ procedũt in dam no dato : quia damnũ eſt cum rei corruptione, furtũ verò cum rei amotione,& contractatione,& eſt com.opi.tex.& ibi not.Bal.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.oliuam.ff.ad leg.Aquil. Dec.conſ.83.In cauſa col.2.uer.quartò ad prædictũ. Alex. & Ro.l. . .ff.de damno.infect.Grat.cõſ.154.Viſis uol.2.Bal. Alex & Iaſ.l.1.§.fi.ff.ſi quis iuſd.non obtem.Et licet uigore dicti ſtatuti non poſsit agi nec iurari ubi interuenit rerum amotio ex quo eſt furtum poterit tamen iurari de iure cõmuni.ut dixi ſupra in §.primò itaq; nu.5.uerſi.tertiò.
44 ¶ Vigeſimoſextò † limita omnia iura communia , & omnia ſtatuta quibus diſponitur ut poſsit iurare in litem , uel credi debeat iuramẽto damnum paſsi,uel ſaltuarij, aut officialis uel alterius, non procedere quotieſcunque libellus, uel petitio aut accuſatio , ſeu inquiſitio ſuper quibus procederetur eſſet ineptus,ſeu inepta;puta,ſine anno,uel menſe,uel loco delicti,ſeu damni dati, ſeu cõmiſsi cohærentiato:quia annus, menſis , & locus cohærentiatus damni uel delicti cõmiſſi debent exprimi,alioquin non ualet proceſſus,

ſus, nec poteſt iurari, nec ſequi ex eo aliqua condemnatio. tex. in l. libellorum & ibi Bar. & Doc. ff. de accuſa. Dec. conſi. 83. In cauſa col. 1. nu. 2. & col. 2. ver. ſecundò reſpōdetur. & col. fi. uer. nec obſtat. Alex. cōſ. 91. In cauſa col. 2. uer. ſed ita vol. 6. Carol. Ruin. conſi. 10. Viſo volu. 5. Bar. l. 2. §. ſi publico. ff. de adu. glo. & Doct. in c. 2. de libel. oblat. Dec. l. edi-
45 ta nu. 38. C. de eden. Et ineptitudo, † ac nullitas libelli, ſeu accuſationis, aut petitionis non poteſt tolli, nec purgari etiam quòd in iuramento, vel probationibus locus, & tempus exprimerentur, vel alia exprimerentur, aut fierent quæ facta non fuerunt in libello, nec accuſatione. Dec. d. conſi. 83. In cauſa col. 1. uer. nec iſta. & col. 2. verſ. 2. reſpōdetur. Bal. l. 1. in fi. ff. de iuriſdict. omniū iudic. & in l. 1. in fi. C. de
46 pig. act. Et quòd plus † eſt non ſolum annus, & menſis, ac locus debet exprimi d. l. libellorum. verum etiam debet exprimi dies delicti, uel damni dati, ſeu commiſſis, vel contractus facti, uel confeſſionis, ſeu proteſtationis factæ vel alterius dicti, uel negotij celebrati, ſi reus petat diem exprimi, ne ſibi tollatur defenſio in probando cōtrarium, maximè ſi petat exprimi diem, vt poſſit de falſo redarguere, & hoc procedit in omnibus cauſis, tam ciuilibus, quàm criminalibus etiam, ꝙ iuramento alicuius ſtari deberet. Iaſ. l. arbitraria. §. ſi quis Epheſi. ff. de eo, quod cert. loc. Crem. ſing. 100. Statuto. Iaſ Lanfranc. conclu. 280. in accuſatio. Bart. d. l. libellorū. & in l. is qui reus. ff. de publ. iud. Excuſatur tamen actor vel pars ſi dicat ſe diem ignorare. Nic. Milus. in rep. uerſ. libellus etiam. Quod ego non admitto niſi ſit lapſum tantum tēpus, adeo, quod veriſimiliter de die potuit actor, vel pars obliuiſci. nam ſi ſuſpectus eſt teſtis ergo, & pars quæ, ſeu qui dicit non recordari de aliquo vbi veriſimiliter poteſt recordari. Cor. cōſ. 56. Videtur col. fi. ver. reſtat vol. 1. Crau. conſ. 9. Accuſatur nu. 9. Et idem corruit accuſatio, & non poteſt iurari vigore dictorum iurium, & ſtatutorum, vbi dicitur in accuſatione, ꝙ damnum vel delictum ſit culpa datum uel factum, quia dici debet, ꝙ dolo malo damnum, vel delictum fuit cōmiſſum, niſi lex, vel ſtatutum expreſſe dicat etiam ob culpam in illo caſu poſſe iurari. Dec. d. conſi. 83. In cauſa. & hoc idem procedit vbi accuſatio eſ-

ſet incerta,& nō concludens pacta. ſi diceretur in ea datum fuiſſe damnum,& non exprimeretur perſona cui,nec in cu ius bonis datum fuerit damnum: nam tunc non poſſet agi,vel iurari vigore dictorum iurium,& ſtatutorum,maxime ſi in accuſatione dictum fuiſſet, damnum fuiſſe datum iuxta bona accuſatoris:nam tunc videtur, ꝙ in bonis accuſatoris damnum non ſit datum & ſic non poſſet iurari. Dec.d conſi.83.In cauſa col.1.verſi.& ideo.Et item non valet accuſatio vbi non eſt ſcriptus locus porrectæ accuſationis. Barto.conſi.228.Catherina. Item ſi accuſatus dicat damnum datum in toto fundo etiam coherentiato poteſt dicere accuſatus ſe eſſe incertum, & neſcire vbi ſit fundus cum illis coherentijs,& petere illum ſibi oſtendi ad oculū, & interim iurari non poteſt,nec procedi. Et idē excipi pōt in ciuilibus per reum contra libellū actoris. Bart.l.1.col.3. nu.11.ver.quæro ſi reus dicit.ff.de eden.pract.Papi.in for. lib.act.real.in glo.ver.cui coherent.nu 6.Et idem crederem vbi diceretur damnum datum in parte fundi certi, vt peti poſſit demonſtrari illam partem ad oculū maximè vbi non fuiſſet dictum à qua parte fundi eſſet illa pars l.quæ de tota.§.incertè.ff.de rei vendi.l.3.§ incertam & l.locus.ff.de. acqui.poſſ.iunctis no.per Bar.in d.ver.quæro ſi reus dicit

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem debet præſtari in tempore probatorio aliàs non valet.*

2 *Iuramentum in litem debet à iudice parti deferri, non ſponte à parte præſtari,alias non valet.*

3 *Iurare quis non poteſt in litem niſi prius probet ſe eſſe talem, qualem ſe eſſe aſſerit, ſi id à reo negetur.*

4 *Fori quæſtio vbi incidit,non poteſt decidi iuramento damnū paſſi.*

5 *Contrarius ſibi in litem non iurat, vel qui non habet veram informationem, aut in iuramento eſſet error.*

6 *Iurare non poteſt qui non eſt veriſimiliter informatus.*

7 *Iurari in litem non poteſt, niſi citata parte ad videnddum iurari.*

8 *Iudex ex officio non poteſt deferre iuramentum in litē non petenti.*

9 *Vniuerſitas non tenetur de damno dato,nec contra eā iurari poteſt, niſi homines ad ſonum campanæ congregati damnum dederint.*

10 *Iuramentum non defertur illi contra quem eſt iuris præſumptio.*

Iurari

11 *Iurari non poteſt contra facientem opus ſibi vtile in ſuo, licèt vicino noceat.*

12 *Iurare in litem non poteſt dominus qui rem damnificatam ſcienter ſine proteſtatione acceptat.*

13 *Iurare non poteſt accuſator, qui alleget poſſeſſionem, quæ fuiſſet iure facultatis.*

14 *Iurare nõ poteſt in litem is qui librũ rationũ cõficere tenebatur, & nõ confecit, contra illũ, quid id etiã facere tenebatur, & nõ fecit.*

15 *Furtum non fit hæreditati iacenti, nec pro eo agi poteſt poſt aditam hæreditatem, nec in litem iurari, fallit vt ibi.*

16 *Delictum nocturnum an per teſtes probari ita poſſit, vt valeat iuramentum in litem vel in ſupplementum probationis deferri.*

17 *Teſtes deponentes de actu nocturno, an & quando probent.*

18 *Iurari in litem an poſſit contra forenſem, vigore ſtatuti, ſi is forum declinet.*

19 *Iuramento hæredis ſi ſtandum ſit ex forma ſtatuti, an ſtari debeat etiam iuramento hæredis.*

20 *Statutum volens poſſeſſionem defuncti continuari in hæredem, an procedat in hærede hæredis.*

21 *Priuilegium conceſſum Titio, & hæredi ſuo intelligitur tantum de primò hærede, fallit vt ibi.*

22 *Poſſeſſio defuncti vigore ſtatuti prædicti an continuari dicatur in ſubſtituto pupillari, vulgari, vel alias directo, vel fideicommiſſario vniuerſali, vt iurare poſſint.*

23 *Statutum, quòd ſtetur iuramento hæredis, intelligitur de habili, & capaci, vero & perpetuo.*

§. LI.

1 VIGESIMOSEPTIMO limita † oĩa iura cõia, ac etiã oĩa ſtatuta volentia aliquẽ poſſe in litẽ iurare, uel credi iuramẽto damnũ paſſi, uel ſaltuarij, ſeu cãparij, uel creditoris, aut alterius, uel diſponẽtia aliquẽ poſſe iurare in ſupplementũ probationis procedere qñ talia iuramenta præſtarentur in tẽpore probatorio cũ ſuccedant loco probationis: ſecus ſi præſtarentur ante litem conteſtatam, & ſic in tẽpore quo probationes fieri nõ poſſent, uel præſtarentur poſt terminũ probatoriũ, quia non ualerent

dicta, iuramenta, & nihil probarent, & ex eis non poſſet ſequi condemnatio ita dicit D. Aymo. Crauet. conſ. 196. Et ſi abundè col. 1. & Dec. conſi. 83. In cauſa col. 2. verſ. ſecundò reſpondetur. Et ſi iuretur poſt ſententiam non valet. Bald. conſi. 119. Statuto col. 2. & 3. vol. 2. & eſt cōmu. opin. quòd iuramentum in ſupplementū probationis debet peti antę concluſionem in cauſa in termino probatorio partis volentis iurare, ergo idem in iuramento in litem cum ſit loco probationis. Ruin. conſi. 35. Quòd ſententia nu. 1. vol. 5. l. admonendi vbi Iaſ. in 2. lect. num. 318. & 319. ff. de iur. Hippol. ſing. 170. Animaduertant poteſt tamen iudex prædicta iuramenta ante concluſionem cauſæ â parte petita, poſt concluſionem cauſæ deferre. Iaſ. d. l. admonendi in 2. lect. nu. 318. ver. tertio & principaliter. ibi, quid autē in iudice.

2 ¶ Vigeſimooctauò † limita iura, ac ſtatuta omnia volentia aliquem poſſe iurare in litem, vel in ſupplementum, vel credi debere iuramēto damnū paſſi, vel creditoris, aut camparij, ſeu alterius procedere vbi iuramentum ipſum præſtatur iudice illud deferente; ſecus ſi præſtetur ſponte, ex arbitrio partis actoris, vel accuſatoris, aut camparij, vel alterius, quia nihil valet tale iuramentū. Crauett. d. conſi. 196. Et ſi abundè col. 1. nu. 2. ver. 2. conſidero. Soc. conſi. 120. Etiā in præſenti col. 3. ver. quinto fortius vol. 1. Bar. cōſ. 97. In quęſtione prædicta in fin. text. in l. videamus. §. deferre. ff. de in lit. iur. Soc. conſ. 120. Cum in præſenti col. 3. verſi. 5. fortius vol. 1. Et iudex acceptando iuramentum videtur deferre. Crauet. d. conſi. 196. col. 2. verſ. in hoc. Bal. conſ. 325. Proponitur verſi. quoniam vol. 2. & in conſi. 374. Quæritur in fi. vol. 2. Aliqui tamen volunt, quòd vbi ex forma legis, aut ſtatuti, vel pacti ſtandum ſit iuramento alicuius, quòd nō ſit neceſſaria iudicis delatio. Crauet. d. verſic. in hoc. Bal. d. l. admonendi & Alex. in l. ait prætor in princ. ff. de iur. Soci. conſi. 89. Dubium circa fin. vol. 3. Sed quòd requiratur iudicis delatio, vel acceptatio eſt verior op. per text. in dict. §. deferre. Ruin. d. conſi. 35. Quod ſententia num. 6. vol. 5.

3 ¶ Vigeſimononò limita † omnia iura communia, & ſtatuta volentia poſſe iurari in litem, vel credi iuramento domini, aut poſſeſſoris, ſeu damnū paſſi, aut creditoris, ſeu campa-

rij,

rij,vel publicani,ſeu datiarij,vel ſaltuarij,ſeu ceſſionarij,vel miniſtralis,ſeu officialis,vel alterius, nō procedere quando accuſatus,vel reus conuentus negaret iurare volentem eſſe talem prout ſe eſſe aſſerit, ideſt, negaret eum eſſe dominū, poſſeſſorem,damnum paſſum,creditorem, camparium,publicanum,datiarium,ſaltuariū ceſſionarium, miniſtralem, ſeu officialem,hæredem,vel talem,prout ſe eſſe aſſerit,tunc enim non auditur actor,vel accuſator, nec alius iurare volens,niſi prius per teſtes,vel inſtrumenta,& aliter quàm per iuramentum probaret ſe eſſe talem qualem ſe eſſe aſſerit,& ſic ſe eſſe dominum,poſſeſſorem,damnum paſſum,creditorem,camparium,publicanum,datiarium,ſaltuarium,ceſſionarium miniſtralem,officialem,uel talem qualē ſe eſſe aſſerit: quia vbi negatur qualitas quæ dat iuriſdictionem, vel negatur iuriſdictio, vel negatur cauſa, & qualitas quæ dat facultatē iurandi debet ipſa iuriſdictio,ſeu qualitas,& cauſa in primis, & ante omnia probari per teſtes,vel per inſtrumentum adeo, quòd non poteſt probari per ipſum iuramentum. Crauet.conſi.196.Et ſi abundè per tot.maximè in col.2.nu.3.uerſ.tertio conſidero.Io.And.in c.Romana de foro cōpe.in 6.& ibi alij Doct.Rom.ſing.259.Aliud conceſſum.Rip.l.damnū col.2.in fi.uer.ſecundò adduco.ff.de dam.infect.Alex.l.fi.ff.de in lit.iur.Bal.in addit.Spec.in tit. de iur.cal.uerſi pone, ꝙ ex forma ſtatuti.Io.Bertach.in re. per.uer.ſtatuta de damnis & uerſ.ſtatutum,quòd ſtetur iuramento damnū paſſi intelligitur etiam ibi, item intelligitur,ꝙ accuſator probet iuriſdictionem, uel dominū ſuum aliter quam per iuramentum & uerſi.agens & uerſi.gabellarius.Dec.conſ.83.In cauſa col.pen.uer.quintò reſponderi poteſt.Alex.conſ.41.Viſis col.2.nu.5.uer.nam qn̄ uol.4. Dec.conſ.61.& pro tenui col.1.uerſi.unde ille.Spec.in tit. de actore in prin.ver.item qui dicit ſe hæredē.Card.cōſ.72. Singulatim ad ſingula dubia in uerſic.dubium & ubi ſtatutum uult poſſe iurari pro damno dato in bonis alterius, uel alienis, debet aliter quàm per iuramentum probari ille qualitas,quòd bona eſſent alterius,uel aliena:puta, accuſatoris.Dec.d.uerſ.quintò reſponderi poteſt. Et ſi accuſatus, uel reus cōuentus,neget damnū datum, uel delictū cōmiſ-

ſum

ſum fuiſſe datum, uel commiſſum in iuriſdictione iudicis ſub quo conuenitur, uel in camparitia camparij, uel ſaltuarij, accuſantis, aut notificantis, ſed dicat locum damni dati, uel commiſſi delicti eſſe locum alterius iuriſdictionis, & diſtrictus, & alterius camparitiæ, debet aliter quàm per iuramentũ probari per actorẽ, uel damnũ paſſum, uel per accuſatorem, ſeu camparium, & per alium, ꝙ locus damni dati ſeu delicti commiſſi ſit de iuriſdictione iudicis ſub quo fit iudicium, & de camparitia camparij, & ſimilium, etiã ꝙ ex forma iuris cõmunis, uel ſtatutorũ eſſet ſtandum eorum iuramento, quia etiã, eſſet ſtandũ iuramento damnũ paſſi, uel camparij, ſeu alterius præmiſſa non poterunt probari ex ipſo iuramento. Crau. d. conſ. 196. Et ſi abundè. Et ubi-
4 cunq; incidit quæſtio fori talis quæſtio non poteſt decidi iuramento damnũ paſſi, nec alterius etiã, ꝙ eorum iuramento ex forma iuris cõis, & ſtatutorum eſſet ſtandũ. Rip. d. l. damnũ col. 1. in fi. uer. 2. adduco. ff. de dam. infect. Alex. & Doc. l. fi. ff. de in lit. iur. Alex. conſ. 35. Viſo col. fin. uol. 4. Io. And. c. Romana de foro cõpet. in 6. & in ſimili, uidemus ꝙ licet iura cõmunia deferant iuramentum in ſupplementum probationis habenti pro ſe unum teſtem, uel aliam ſemiplenam probationem, tamen ubi agitur de probando dominium, uel iuriſdictionẽ uel diſtrictũ, mandatum, uel ceſſionem, uel commiſsionem non poteſt deferri dictum iuramentũ habenti pro ſe unũ teſtem, uel aliã ſemiplenam probat. Iaſ. d. l. admonendi nu. 112. uerſi. & ex iſta & ibi Cacial. nu. 119. & 120. & alij. ff. de iur. Bald. l. non ſolum. § qui alieno. ff. de procur. Sic & ſtatutũ ciuitatis Nouariæ. Papię, & aliorum locorum uolens credi iuramento damnũ paſsi, tam reſpectu damni, quàm ejus quantitatis & perſonarum dantium damnum non habet locum contra forenſem, ad conueniendũ eum in loco ſtatuti, ubi alias conueniri non poſſet, & ſic cõtra forenſem ad conueniendũ eum in loco ſtatuti nõ poterit uigore dicti ſtatuti iurari. Ro. d. ſin. 255. Aliud conceſſum. Io. And & alij in d. cap. Romana de foro comp. in 6. Rip. d. l. damnum col. 2. in fi. uer. ſecundo adduco. Io. Bertac. in reper uer. ſtatutorũ extenſio. ibi, ſtatutum ꝙ credatur iuramento iniuriati non ligat forenſem accu-
ſatum,

ſatum, & declinantem forum. Io. Andr. in d. c. Romana, de for. cōp. Sic & licèt nihil poſſit opponi ex forma ſtatuti cōtra inſtrumentum publicum, vel actum rogatū per notariū matriculatum, vel contra duas vel tres ſententias conformes quibus ſtari debet, poteſt tamē opponi exceptio, quòd non eſt inſtrumentum publicum, nec notarius ſaltem matriculatus, & ſic ei credi nō debet niſi prius hoc probetur. Bar. l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam & in l. diuus. per illū text. ff. de teſta. milit. & agens tanquam talis ſemper debet probare ſe eſſe talē, alioquin ſuccumbit. Dec. cōſ. 222. Viſo. & omnis qualitas requiſita à lege, vel ſtatuto debet prius probari. Bartol. l. 1. § ait prætor. ff. ne quid in flumin. publi.

5 ¶ Trigeſimò, limita † omnia iura, ac ſtatuta dantia facultatem iurandi in litem, vel in ſupplementū probationis, aut volentia credi iuramento damnum paſſi, vel ſaltuarij, vel camparij, ſeu alterius non procedere vbi ex actis conſtaret, quòd accuſator, vel actor, vel alius iurare volens eſſet contrarius ſibi, etiam ſi eſſet clauſula omni meliori modo: puta quia in accuſatione dixiſſet damnum datū vno loco, vel modo, & in actis dixiſſet alio modo, vel loco. Alex. cōſi. 91. In cauſa, & lite col. fi. ver. prætereà dictus vol. 6. textus in l. 1. vbi Iaſo. & Docto. C. de furt. l. eos. ff. de fal. Alex. conſi. 110. Attentis vol. 5. Et item dicta iura, ac ſtatuta non procedunt ubi ex actis, vel ex iuramento conſtaret, quòd iurans non habet veridicam informationem: puta, ſi iuraſſet pro eo: quia ab vno dici audiuerit, vel de credulitate. Alex. d. conſi. 91. In cauſa colum. 2. uerſic. confirmatur vol. 6. vel eſſet talis qui neſciret veritatem. glo. Bar. & Doct. in l. maritus. ff. de quæſt Soc. tract. fallen. uerſi. iuramentum in ſupplementum. Et item non eſt ſtandum dicto iuramento ubi ex dicto petentis damnum emendari, uel alterius, vel aliter in contrarium appareret, vel probaretur, iniquum eſſe iuramentum, vel eſſet in eo error. Alex. d. conſi. 91. In cauſa col. fi. nu. 8. vol. 6. Soc. conſi. 55. Præſtantiſſime col. pen. ver. ſecundò quia vol 1. Alc. trac. præſum. reg. 11. in præſum. 31. ca. ſollicitudinem. de appel. & in ca. nec tamen. de iur. in 6.

6 ¶ Trigeſimoprimè limita † omnia iura volentia aliquem poſſe iurare in litem, vel in ſupplementū, & omnia ſtatuta

volentia

volentia credi debere iuramento damnum paſſi, vel creditoris,aut ſaltuarij,ſeu hæredis, vel alterius non procedere quando iurare volens non eſt veriſimiliter informatus. gloſſ.Bart.& Bald.l.in bonæ fidei.C.de rebus credi.& iur. Affliđ.deciſio.169.in dict.Carol.Ruin.conſ.35.Quòd ſententia nume.10.volum.5.Docto.in l.admonendi.ff.de iur. Grat.conſi.10.Et ſi volum.2.maximè vbi vellet iurare de auditu, vel credulitate, & iura, vel ſtatuta velint iurari de veritate. Imol.conſi.147.In cauſa col.2.verſic.nec dicat, nec auditur iurare volens etiam ſi diceret ſe ſcire per famam glo.& Bal.d.l.in bonæ fidei.Affli.d.deciſ.169.nu.2.

7 ¶Trigeſimoſecundò limita † etiam iura, ac ſtatuta prædicta non procedere quando pars nõ fuiſſet citata ad videndum iurari: nam tunc non poſſet per præmiſſos iurari. Soc.tract.fallen.verſi.iuramentum.ibi, fallit trigeſimoocta uò.Bal.in tit.de cont.inueſt.col.3.in fin.Ang.l.certum.§.ſi quis abſentem.ff.de confeſ.Sed quòd citatio non requiratur voluit Alex.conſi.130.Difficultas uol.1.ſed prima opi. eſt verior, & cõis, cum citatio ſit de iure diuino, quæ non poteſt tolli. clem.paſtor.de re iudi.cum iſtud iuramentum ſuccedat loco probationis,& iuramẽti teſtium, & q̃n teſtes iurant pars debet citari l.iuſiurandi. vbi Doct.C.de teſti.

8 ¶Trigeſimotertiò limita † quoque prædicta iura, ac ſtatuta volentia poſſe iurari in litem, vel in ſupplementũ probationis, aut de damno dato, vel aliud iuramentum præſtari, non procedere ubi pars non petijt ſibi deferri ipſum iuramentum:nam tunc iudex non poteſt dictum iuramentum ex ſuo officio deferre non petenti.Bart.d.l.admonendi.circa fi.& ibi Iaſ.in 2.lect.num.316.uerſi.2.quęrit.ff.de iur.dicit quòd hæc eſt communis opin.& hanc eſſe com. opin.dicit Capitius deciſio.35.In cauſa & Ruin.conſi.35. Quòd ſententia nume.4.uol.5.Et uſque ad concluſionem in cauſa peti poſſunt ipſa iuramenta per partem ſibi deferri,poſt autem non & eſt commu.opi.Iaſo d.l.admonendi. in 2.lect.nu.318.uer.3.principaliter poteſt tamẽ iudex ipſa iuramenta à parte ante concluſionem cauſæ petita deferre poſt concluſionẽ cauſæ.Iaſ.d.nu.318.in fi.uer.q̃d in iudice.

9 ¶Trigeſimoquartò limita † etiam præmiſſa iura, ac ſtatuta

non

non procedere vbi ageretur contra vniuerſitatem & in petitione diceretur, quòd homines, vel omnes homines talis oppidi, dederunt damnum, vel cõmiſerunt delictum: nam non ſequitur homines, vel omnes homines oppidi fecerũt: ergo tenetur vniuerſitas niſi præmiſſo ſono campanæ, & communicato conſilio oppidi illud fecerint quia vbi non interuenit ſonus campanæ, & conſilium ipſum agi debet ſolum contra illos particulares, & non contra vniuerſitatem. Alex. conſi. 47. In cauſa nu. 10. vol. 6. Pariſius conſ. 27. In præſenti nu. 102. vol. 1. & conſ. 21. Omne vol. 4. Bar. l. aut facta. §. nonnunquã col. fi. verſi. vlterius quæro. ff. de pœn. Ruin. conſi. 107. Viſo nu. 4. vol. 5. Fallit ubi Sindicus fatetur in iudicio factum à communitate: quia tunc prȩiudicat communitati. Dec. conſi. 221. Non patitur.

10 ¶ Trigeſimoquintò limita † omnia iura, ac ſtatuta uolentia credi iuramento damnum paſſi etiam reſpectu poſſeſſionis, non procedere ubi filius, uel alius conſanguineus ſine titulo eſſet in poſſeſſione, & uellet iurare contra matrem, uel alium conſanguineum habentem titulum, etiam non exiſtentem in poſſeſſione: quia ille iurare uolens prȩſumitur eſſe in poſſeſſione iure amicitiȩ, & familiaritatis, uel ſanguinis, & nomine matris, uel conſanguinei cuius eſt titulus, & talis cuius eſt titulus non diceretur damnum dare, nec ſpoliare, nec poſſet contra eum iurari l. qui iure familiaritatis ubi tex. Bart. Paul. de Caſtr. & alij. ff. de acquir. poſſeſ. Pariſius conſi. 98. Quoniam col. pen. uol. 2. cum illi contra quem eſt iuris præſumptio nõ deferatur iuramentum. Iaſo. in §. ſed iſtæ nu. 92. uerſic. 2 & notabilius inſti. de act. Bar. in l. inter. §. rectè col. fi. ff. de furt.

11 ¶ Trigeſimoſextò † limita etiam iura præmiſſa, ac ſtatuta non procedere contra eum qui facit ſuper ſuo aliquod opus, quod ſibi, uel alij ſit utile etiam modicè, etiam ꝙ alteri tertio noceat & afferat damnum nam contra talem non poteſt iurari in litem, nec agi de damno ex quo ille qui facit ſuper ſuo præſumitur facere, ut ſibi, uel alij proſit cum animo non nocendi uicino, licèt noceat, & in eo non præſumitur dolus: ſecus ſi nulli prodeſt, & noceat uicino, quia tunc ſuper ſuo fieri non poteſt, ex quo præſumitur dolus.

Alciat.

Alciat.regul.3.præſump.in præſumpt.23.l fluminum.§.fi. cum l.ſeq.ff.de damn.infec. Ripa l.quominus col.5.& 6 ff. de flum.Cæp.tract.de ſer vrb.præ.in tit.de ſolo, ſeu area. ibi, ſecundò fallit. facit l.nullus.ff.de regu.iur.Dec.conſi.221.Non patitur num.5.verſic.eſt ergo col 7.

12 ¶ Trigimoſeptimò limita † prædicta iura ac ſtatuta non procedere quādo damnificās domino ſcienti,& acceptanti rem damnificatā reſtituit nullo proteſtatione facta per dominū:nā tūc dominus nō pōt agere, nec iurare pro dāno dato: ſecus ſi dominus ignorabat, vel fuerit proteſtatus. Bar.l.3.§.ſi reddita.in fi.nu.3 ff.cōmod.& in l.ſi circa fi ff. de eo quod cert.loc.Imo.c.per tuas de dōn int.vir & vxo.

13 ¶ Trigeſimooctauò † limita iura, ac ſtatuta prædicta non procedere quando actor,vel accuſator allegaret poſſeſſionem quæ fuiſſet,& eſſet iure facultatis:puta,ſi Gaudentius accuſaret Agabium vel ageret cōtra eum quia nō vadit ad eius furnū,nec molendinū.nam non procedit actio,nec libellus,nec accuſatio, nec iuramentū etiā ſi ꝑ mille annos fuiſſet:quia in hoc nō cadit præſcriptio,& ēt dominus, vel feudatarius non pōt cogere ſubditos,vt eant ad ſuū molendinū,uel furnum,& alium non ædificent Iac.de S.Geor.in inueſt.feu.verſi.& cum molendinis col.2.num 5.verſi.ſed quæro Iaſ.l.quominus.& ibi Rip.nu.131.& 132 ff de flum.

14 ¶ Trigeſimononò † limita etiam iura omnia, & ſtatuta volentia poſſe iurari in litem non procedere in eo qui tenebatur ſcribere codicem rationum, & non ſcripſit, nec in eo qui abſque iuramento noluit affirmare, vel dicere aliquid: nam talis non poterit iurare in litem contra alium qui de eodē negotio librum rationum nō cōfecerit: puta, ſocius mercaturæ qui non confecit libr.rationū vel alium librum ad ſocietatem pertinentem non exhibet: nam talis ſocius nō poterit iurare in litem propter hoc contra alium ſocium eiuſdē mercaturæ,qui librum rationum nō confecerit,vel confectum non exhibet,nec cōtra alium ſuper negotio, ac puncto ꝙ & quē etiam ſine iuramento ipſe affirmare noluit: vt patet ex dicto Ciceronis in oratione pro Roſcio Comædo, contra Fanniam Chæream. Quòd ſi ille ſuas proferret tabulas proferret ſuas quoq; Roſcius.Quod

in co-

in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? quaſi dicat quòd talis non ſit audiendus; & pro lege M. Tullij in eius orationibus, poteſt allegari vbi non reperitur lex diuina, nec humana in contrarium: facit l. Cicero ff. de pœn. & pro iſta opin. facit l. in arenam. C. de inoffi. teſt. & l. viro atque vxore. ff. ſol. matr.

15 ¶ Trigeſimononò limita † oĩa iura, ac ſtatuta volentia credi iuramẽto domini, vel poſſeſſoris paſſi damnũ vel furtũ, vel punientia ingredientẽ rem alterius, aut ponentia pœnã furti, vel robariæ, ſeu vis bonorũ raptorum, non procedere ubi damnũ, uel furtũ aut robaria, aut uis bonorũ raptorũ uel ingreſſus factũ, uel factus, ſeu facta eſſet in bonis hæreditatis iacentis ante aditã hæreditatẽ, uel poſt, ſed ante apprehẽſam ipſorũ bonorũ poſſeſſionẽ, tũc hæres nec fiſcus, licèt poſtea fuerit adita hæreditas, & apprehẽſa per hæredẽ hæreditatis poſſeſsio, non poterit agere de furto, nec robaria, nec de dãno dato, nec iurare uigore prædictorũ iuriũ, & ſtatutorũ, nec erit locus pœnis ipſorũ iurium, & ſtatutorum, ex quo tũc hæres nõ erat dominus, nec poſſeſſor. Bar. l. ſi ex re. § ſi ff de ſtip. ſer. & in l. hæres. la vltima. ff. de acq. hær. per tex. in l. 3. §. hęc verba. ff. de neg. geſt. & in tot. tit. ff. de cri. exp. hære. Berta. in rep. ver hæreditas iacens non dicitur eſſe alicuius. & ver. ſtatuta de damnis. cũ furtũ ſit cõtractatio rei alienæ inuito domino, & rei, quæ eſt ſine domino, nõ ſit furtũ, & hęreditas cum non poſſit habere animũ poſsidẽdi, nõ dicitur habere poſſeſsionẽ, nec dominiũ, ſed tũc agi debet ex crimine expilatæ hæreditatis, pro quo eſt pœna arbitraria, & pro quo poteſt iurari in litẽ l. 1. & 2. & fin. ff. de crim. expila. hære. l. 1. §. Scęuola. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fuer. Cicero in epiſtola ad Trebatiũ incip. Illuſeras. Fallit in dñio Mediolani, in quo eſt decretũ ꝙ defuncto poſſeſſore poſſeſsio non uacet, ſed ſit & intelligatur continuata immediatè in hęreditate, & in hæredẽ, quò ad omnem effectũ etiã recuperandę ipſius poſſeſsionis: quia tunc ex ipſa ſola poſſeſsione ficta ab ipſo decreto, competit hæredi etiam quòd realiter, & vere nunquam fuerit in poſſeſſione remedium recuperandę poſſeſsionis. & capit. reintegranda. 3. q. 1. ac omne remedium ſpolij, & reſtitutionis, & ciui

poterit

poterit iurare,& erit locus pœnis prædictis, & alij pœnis puta l. non eſt dubium.C.de lega.etiam φ poſſeſſio fuiſſet apprehenſa per tertium poſt mortem defuncti ante hæreditatem aditam, & ante poſſeſſionem per hæredem realiter apprehenſam, ex quo decretū ipſum expreſsè uult quo ad omnem effectum etiam recuperandæ cenſeri continuationem factam. Pariſ.conſi.41.Optimum uol.1.Dec.conſi.84.Excellentiſſimi.& conſi.467.Benè.Iaſ.conſi.85.Quando uol.3.& conſi.146.Præſuppoſito uol.4.Bal.& Ripa in rub.de cau.poſ.& prop.& Bal.in ca.item cum quis.de reſti. ſpo.Soc.l.rem φ nobis nu.13.ff.de acq.poſ.Tiraq.in tract. Le mort ſaiſit le vif.in 3.decla.5.par.num.18.uer.intellige. & in 4.decla.6.part.prin.nu.4.uer.uerum.facit l.1.cum ibi not.per Mod.ff.de lega.1. Vbi tamen decretum, uel ſtatutū diceret poſſeſſionem defuncti continuari in hæredem, & non diceret expreſsè, etiā reſpectu recuperandæ ipſius poſſeſſionis ex ipſa ficta poſſeſſione, non competeret hæredi, qui nunquam fuit in reali,& actuali poſſeſſione poſt mortem defuncti, remedium recuperandæ, nec ſpolij, nec ca.redintegrandæ.3.q.1.& eſt com.opin.ita dicit Alex.in l.in ſuis colum.3.uer.ubi autem.ff.de lib.& poſth.Tiraq.in d.4.declar.nu.2.uer.atque.Iaſ.l.ſi ſorori.C.de iur.delib.cum hæredi qui nunquam fuit in actuali poſſeſſione nō competat remedium recuperandæ, nec reintegrādæ poſſeſſionis.Bal. auth.defuncto.C.ad Tert.Alex.conſi.37.uol.1.& cōſi.225. vol.2.Fallit quādo defunctus ante eius mortē fuiſſet ſpoliatus, uel cecidiſſet à poſſeſſione; quia tunc cū defuncto competiſſet remedium recuperandæ poſſeſſionis,& reſtitutionis ſpolij.& d.c.reintegranda.3.q.1.Competent etiam hæredi,& alij ſucceſſori dicta remedia recuperandæ, & reintegrandæ poſſeſſionis, & reſtitutionis ſpolij.Cag.l.hæredem eius nu.22.uerſ.hinc eſt.ff.de reg.iuris.tex.in l.1.§.hoc interdictū hæredi.ff.de vi.& ui arma.Gratus conſ.70.Ex multitudinem nu.12.cum ſeq.uol.2.Tiraquellus in d.4.declarat.in fi.nu.8.uerſ.ſi tamen.glo.& Doct.in c.ad ſedem.uer. interdictū.de reſtit.ſpolia.text.in c.ſignificauerunt.ubi gl. uer.ea ratione.& Imol.& Panor.in 3.not.& Ant.de Butr. col.3.uer.glo.1.tangit.de teſtib.Fallit etiam quando colonus

nus defuncti perſeuerauit in poſſeſſione nomine hæredis; nam tunc licèt hæres non apprehendiſſet poſſeſſionē realē tamen eidē hæredi cōpetit remediū ſpolij,& turbationis,& recuperandæ: Afflict.deciſ.167.Gabriel l.qui vniuerſas.§. quòd per colonum.ubi Alex.& alij per illum text.ff.de acquir.poſſeſ.Et ſtante ſtatuto,ꝙ poſſeſſio defuncti cōtinuetur in hæredē,hæres qui vigore d.ſtatuti poſſidet, ſi turbetur in ipſa poſſeſſione, poteſt ad eam tutandā intentare remedium retinende poſſeſſionis & eſt cōmu.opi.Tiraq.in trac.Le mort ſaiſiſt le viſ.in 1.decla.6.par.nu.1.ver.1.decla. Ioan.Fab.in §.ſumma.in fi.& in §.retinendæ col.3.ver.ſed quæritur,inſt.de interd.& in §.ſui autem col.1.in fin.inſti. de hær.quali.& dif.Rui.conſ.18.Primò col.fi.vol.1.Et vlterius idem hæres licèt poſſideat uigore d.ſtatuti.& interdictū adipiſcendæ poſſeſſionis nō detur ei qui poſſidet,poterit intentare interdictū adipiſcendæ poſſeſſionis ex interdicto quorū bonorum,vel ex l.fi.C.de edict.diui Adrian.tol. ſeu ex alio remedio : vt ſcilicet hæres qui eſt in ipſa poſſeſſione ficta vigore d.ſtatuti petat ſe mitti in poſſeſſionem realem,naturalem,& corporalem. Tiraq.in d.trac.Le mort ſaiſit le viſ.in 2.decla.6.part.nu.1.verſi.2.declara.Bald.in rub.de cauſ.poſ.& prop.col.pe.ver.quæro.& in c.cum quis de reſt.ſpol.Iaſ.in l fi.col.4.ver.ſic in ſimili.& ibi Dec.col.8. verſic.& eodem modo.C.de edict.diui Adria.tol.Deci.conſi.84.Excellentiſſimi & conſi.467.bene Affl.deci.299.Rex. Paul.de Caſt.Alex.& Iaſ.in l.ſi ſorori.C.de iur.delib.Alex. d.l.cum hæredes ff.de acq.poſſ.& d.l.in ſuis. & ipſa remedia retinendæ reſpectu poſſeſsionis ciuilis fictæ ab ipſo ſtatuto,& adipiſcendæ reſpectu poſſeſſionis naturalis, ſeu detentionis quæ ſit apud tertium poſſunt ſimul intentari. Tiraq.d.tract.Le mort ſaiſit le viſ.in 3.declara.6.par.

16 ¶ Quadrageſimò † limita omnia iura communia, & ſtatuta volentia iurari in litē,vel credi iuramēto damnum, aut violentiā,vel aliud delictum paſſi,vel camparij, aut alterius procedere;quādo agitur de probādo actū,vel negotium geſtum de die:puta,quia per teſtes probetur violētia cōmiſſa de die:nā tūc ſuper rerū quantitate ſtabitur iuramēto damnum paſſi.tex.hic in l.ſi quando.C.vnde vi.& in c.ſi quòd

met.cauſ. Sed ſi ageretur de probando actum, vel delictum cõmiſſum de nocte per teſtes, qui deponerent noctis tempore luna nõ lucẽte, & abſque lumine, ſe cognouiſſe delinquentes, vel doloſè cõtrahentes, vel alios contrahentes, vel aliud faciẽtes, vel aliquid dicẽtes de nocte: tunc tales teſtes in ciuilibus, & criminalibus nõ probarẽt. ſed eſſent de falſo ſuſpecti naturali ratione, cũ de nocte non poſſit videri, nec cognoſci. Et idẽ vbi ꝙ luna luceret, vel nõ luceret nihil deponerent, & dicerent ſe cognouiſſe. & probaretur per computum dierũ, ꝙ luna nõ lucebat: quia tales teſtes nõ probarent, vt cõſuluit D. Oldrad. de Ponte Laudenſis verũ lumen iuris, vt refert Iaſ. in l. non minorẽ col. 1. verſ. itẽ aduerte. in fi. C. de trãnſ. Bald. & Ang. l. ſi cum exceptionẽ. §. in hac. ff. ꝙ met. cauſ. Iaſ. in l. ſi non ſpeciali nu. 10. verſ. nota etiã. C. de teſtam. Feli. c ſicut col. 4. de re iud. Ergo cũ per ipſos teſtes deponentes de delicto nocturno, vel actu doloſo nocturno, non probaretur de delicto principali, nec de dolo principali, ex quo teſtes deponẽtes ſe cognouiſſe de nocte nihil probant, nõ poſſe iurari in litẽ, nec in ſupplementũ probationis, nec iurari de damno dato ꝑ damnũ paſſum, nec per aliũ cuius iuramento eſſet ſtandũ ex forma iuris cõis, vel ſtatutorũ, vt dixi ſupr. in §. ad laudẽ nu. 3. verſ. ſecũdò limita. Bal. l. qui accuſare col. 1. ver. aduertatis. C. de eden. Et cũ

17 teſtes † deponentes de actu nocturno nõ probent ſi dicũt ſe de nocte cognouiſſe. Ergo multominus probabũt Campãrius, Miniſtralis, Saltuarius, & alius officialis, & damnum paſſus, quorum iuramẽto ex forma iuris, & ſtatutorum eſſet ſtandum pro plena probatione tam reſpectu delicti: puta, damnum dati, quàm eius quantitatis, & perſonarũ, quæ nam fuerint quæ deliquerint: quia in hoc caſu nõ erit ſtandum eorũ iuramento, etiã ſi dicerẽt ſe de nocte cognouiſſe, ex quo ſi ita deponerent etiã tanquã teſtes in cauſa aliena non eſſent teſtes omni exceptione maiores, & eorũ iuramento non crederetur, cum ſint ſuſpecti de falſo, vt ſuprà dixi. Ergo non crederetur, etiam in eorum cauſa propria, nec aliena. Bal. d. l. qui accuſare. verſi. aduertatis. C. de eden. Fallit primò, quando facta experientia, ex medicorum iudicio, conſtaret quòd talis eſſet eius naturæ, quòd de nocte

optimè videret etiam abſque ſplendere lunę, & ignis, prout, teſte Suetonio Tranquillo erat Tiberius Cæſar, tunc. n. tali deponenti de uiſu in nocte, crederetur, ſicuti crederetur vbi deponeret de actu & viſu in die ex quo tunc ceſſat in eo ratio obſcuritatis nocti. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. Fallit ſecundò quando teſtes. & alij præmiſſi, & cæteri iurare volentes dicerent ſe cognouiſſe de nocte: quia luna lucebat, vel aderat lumen ignis, vel candelæ, ſeu lucernæ: quia tunc eis crederetur niſi probaretur in contrarium, quòd luna non lucebat nec aderat lumen, nec ignis, nec candelæ, nec lucernæ. Iaſon. & Doct. d. l. non minorem. C. de tranſact. & d. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta Dec. conſi. 163. In cauſa matrimoniali colum. 3. verſic. ſecundò non obſtat. Thom. Gram. conſi. 58. In cauſa.

¶Fallit tertiò, quando teſtes, & alij præmiſſi, & cæteri iurare volentes dixiſſent ſe cognouiſſe de nocte: quia erant valdè propinqui, tunc enim quamuis luna non luceret, & ſtellæ ſplendiores, & alia lumina ignis non lucerent non obſtantibus id ſalſi cenſendi ſunt prædicti, cum abſque his ſæpè contingat noctes eſſe clariores, & ita cõſuluerunt Mag D. Hiero. Cardanus Patritius Mediolani, & Mag. D. Philip. Zaphirus ſanguine, & moribus patritius Nouariæ, Phiſici acutiſſimi. Imò tales probarent, niſi contra eos probaretur noctem illam fuiſſe obſcurã, & ipſos diſtaſſe per vnã baleſtratam, vel per aliã loci diſtantiã prout probauit ipſe Oldr. Bened. de Vadis in apoſt. ad Fran. Are. in d. l. non minorem per Bald. & Ang. d. §. in hac. Bal. l. Arethuſa. in 1. lect. ff. de ſtatu hom. Mag. D. Barſvolta, in conſil. incip. Ex duobus. Et iſtud ego arbitror collocandum iudicis arbitrio, qui ubi teſtes, & alij iurare volẽtes ſint bonæ famæ, & nõ probetur nox illa tenebroſa, & inuicẽ non diſcordãt, & diſtantia loci non probetur magna poterit eis credere etiã quòd ſine lumine lunæ, & ignis, dixiſſent propè ſtantes ſe vidiſſe, & cognouiſſe, maximè vbi ex aeris nocturni reflexione, & ex eiuſdẽ aeris tenuitate, quę maximè viget tempore Autumni, & ex colore albo veſtium, uel parietũ alborũ propinquorum, vel ex niue, & ex cognitione & familiaritate perſonarũ vel ex admonitione precedente facta, ut aduerterent ad cognoſcen-

dum tales teſtes & alij qui dicerent ſeſe de nocte cognouiſſe affirmarent ex rationibus prædictis, vel aliqua ex eis ſeſe de nocte cognouiſſe, vt habetur in proſpectiua cōmuni, & à Vitellione lib.2.Propoſitione 55.Ariſtot.lib.3.Metheo rorum c.4.& in lib.de ſenſu,& ſenſibili. Fallit quartò,quan do teſtes, vel alij iurare uolentes dicerent ſe cognouiſſe de nocte ad uocem, & quod habent notas uoces: quia tunc facerent indicium ad torturam. Iaſo.d.l.non minorem nu me.5.C.de tranſactionibus.

18 §Quadrageſimoſecundò † limita omnia ſtatuta,priuilegia, & iura volentia credi iuramēto iniuriati,vel damnum paſſi, ſeu ſaltuarij,vel camparij,ſeu datiarij,vel alterius, tam reſpe ctu iniuriæ illatæ, q̄ damni dati,ſeu delicti cōmiſſi,& perſonarū,quæ præmiſſa fecerint, nō procedere cōtra forenſem, qui negaret,& ſe iniuriā intuliſſe, damnum dediſſe,& delictum cōmiſiſſe,& propterea declinaret forum ſub prętextu ꝙ non poſſet conueniri in loco ipſorum ſtatutorū iurium, & priuilegiorū: nam tunc non ſufficit ipſum iuramentum præſtari contra Forenſem, ad probandum iniuriam illatā, vel damnum datum, ſeu delictum commiſſum, ſed debet per teſtes iſtud probari: quia ipſa ſtatuta, iura, ac priuilegio, intelliguntur de ſtando ipſi iuramento pro probatione,quando agitur iudicium coram eo,quem conſtat eſſe iu dicem: puta inter ſubditos ipſi iudici,& ſtatutis, iuribus,ac priuilegijs, non aūt quando agitur iudiciū corā iudice quē non cōſtat eſſe iudicē: puta,ſi agatur cōtra Forenſem,quia ad firmandum ipſam iuriſdictionem, non poteſt præſtari di ctum iuramentum:puta,ad probandū,damnū datū,vel deli ctum cōmiſſum,vel iniuriam illatā,& per talē perſonā, ſeu de his primo debet conſtare ſecundum formam iuris com munis per teſtes. Et hoc probato ſtabitur iuramento ipſi contra Forenſem ſuper æſtimatione tantum. Ioan.Andre. in ca.Romana colum 1.verſic.& ſciendum. de foro com. in 6.in nouella. Et ibi,Gemin.& Franc.per Rom.ſing.255. aliud Ripa l.damnum colum.2.verſic.ſecundo adduco.ff. de damno infe.Mod.l.cunctos populos.C.de Summa Trinitate Socin.conſi.120.Cum in præſenti numer.13.vol.1. ando[illegible] Bertach.in reperto.verſicu.ſtatutorum. ibi, ſtatutum,

tutum. quòd credatur iuramento iniuriati.

19 ¶ Quadrageſimoquartò † limita ſtatuta omnia diſponentia credi debere iuramento hæredis, uel hæredē poſſe iurare, vbi ipſa ſtatuta loquerētur in caſibus, in quibus de iure cōi iuramēto hæredis non debet ſtari, vel in caſibus in quibus de iure cōi hæres non pōt iurare, procedere in primo hærede non aūt in hærede hæredis, nec in alio ſecūdo hęre-

20 de, ſicuti in ſimili videmus, † quod ſtatutum, & decretum uolens poſſeſſionem defuncti, cōtinuari in hæredē, cum ſit cōtra ius cōmune, procedere in primo hærede, non aūt in hęrede heredis nec in alio ſecūdo hęrede. D. Andr. Tiraq. in tract. Le mort ſaiſit le vif. in 5. declar. 2. part. nu. 1. verſ. quintò declara. & nu. 2. verſ. & certè. Alex. conſi. 37. In cauſa ver. item prætereà & fortius vol. 1. & conſ. 87. In cauſa vol. 3. D. Carol Cot. in mem. ver. decreto Mediol. & in ver. executores teſtamēti col. 1. uer. item facit. & uer. hæredis appellatione D. Ant. Rub. Alex. conſi. 121. D. Io. col. 2. ver. ſed in caſu. per text. in l. boues. §. hoc ſermone. & ibi Barto. & D. Andr.

21 Tiraq. & Alciat. ff. de verb. ſignifi. Sic & priuilegium † conceſſum Gaudentio & hęredi ſuo intelligitur tantum de primo hærede, non etiam de cæteris. Bart. l. 1. col. 2. uer. ſi verò quæratur. ff. de conſtitu. princ. Fel. in ca. 2. col. 2. uer. ſi princeps dat. de treug. & pace. Tiraq in d. 5. declar. num. 6. ver. & quod etiam. per text in l. antiquitas. C. de vſuf. Fallit vbi primus hæres fuiſſet incapax ad ſuccedendum: puta, deportatus, uel ex ordine fratrum minorum obſeruantiæ S. Franciſci, tunc enim ſequens primus hæres poſſet iurare. & cenſetur continuatus in poſſeſſionē defuncti vigore dictorum ſtatutorum, ac ſi neminē ante ſe habuiſſet ex quo ipſe cenſetur primus, & proximior. Tiraq in d. 5. declaratio. 2. par. nu. 6. ver. nec illud. & nu 27 ver. ego tamen D. Bened. in repet. c. Rainu. in uerſ. mortuo itaque teſtatore num. 72. de teſta. D Barth. Caſſan. in commentariis conſuetudinum Burgundiæ tit. des ſucceſſions §. 1. uerſicu. heritier habile col. 1. uerſic. aduerte. & hoc per text. in l. ſi qua pœna ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & in l. ſi poſt mortem. §. liberi. ff. de bonor. poſſeſ. contra tab. & per not. per Bald. in l. ſi quis prioris. §. talem. de ſecund. nupt.

22 Limita etiam ſtatuta volentia credi iuramento hæredis in caſibus, in quibus de iure communi credi non debet, & ſtatuta ac decreta volentia poſſeſſionem defuncti continuari in hæredem, etiam in caſibus in quibus reſtitutio fit ipſo iure, nō procedere in ſubſtituto etiam pupillari, & vulgari, vel aliàs directo, cum non ſit primus hæres, ſed ſecundus: quia non poterit iurare vigore dicti ſtatuti, & poſſeſſio defuncti non cenſetur in eum continuata uigore dicti ſtatuti, & decreti D. And. Tiraq in trac. Le mort ſaiſit le viſ. in q declarat. in 2. par. nu. 1. ver. nono declara. Caſſa. cōſ. 19. Nobilis. per text. in l. qui liberis §. hæc verba. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. & in d. § hoc ſermone. & per not. per Alex. in d. conſi. 37. In cauſa verſic. item præterea. & fortius vol. 1. Et item dicta ſtatuta, & decreta locū nō habēt in fideicommiſſario etiam vniuerſali ex quo non eſt propriè hæres, ſiue q illi verbo eſſet facta reſtitutio, ſiue non, etiam in caſibus quibus reſtitutio fit ipſo iure: quia ipſe fideicommiſſarius non poterit iurare, nec cenſetur poſſeſſio in eum continuata vigore dictorū ſtatutorum, & decretorū, nec pōt propria authoritate apprehendere poſſeſſionē bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & ita etiā iudicauit Senatus Medio. ſed debet poſſeſſionē petere de manu hæredis. Tiraq. in d. trac. Le mort ſaiſit le viſ. in 10 declara. 2 par. verſi. decimo declara. nu. 1. cum ſeq. Alex. conſ. 82. Perſpectis vol. 2 & conſ. 40. Proſpectis vol. 3. & conſil. 51. Perſpectis vol. 6 Curt. Sen. in additio. Alex. in l. 1. § de illo. ff ad Trebel Iaſ. conſ. 146 Præſuppoſito vol. 4. Dec l. fin. col. 7. verſic ſed iſta concluſio. C. de edict d ui Adria. tollen. & conſ 84. Excellentiſſimi col. 2. verſi. ſecundo quia. & verſic. vlterius circa hoc. & conſi. 467. Benè col. 2. D. Iacob. de S. Georgio in l ſi ſorori. C. de iure delib. Magnific. Dominus Catell. Cot pater Magnific. Doct. Doctiſſimi Domini Lucij Cottę in memo. ver. decreto Mediolanēſi. Claud Seyſſellus Aque. in l. cum hæredes. in prin. verſ. prædictū. ff de acquir poſſ Bertran. conſi. 96. Ex themate col. 2. verſi quo vero vol. 4. Nicolaus Boer. deciſio. 156. An fideicommiſſarij D. Ant. Rub. conſi. 121. D. Ioan Lud. Gozi conſi. 93. In cauſa col. 1. verſic. quarto cum. Bellon. conſi. 42. Communiter. Raph Ful. conſi. 250. In quæſt ver.

præterea

præterea cum. Coiſet. in tract. de poteſtate, & excellentiæ regia in 35. quæſt. col. 2. &, idem voluit accutiſſimus iureconſultus æterni nominis vir Mag. D. Carol. Molinæ. in additio. ad conſi. Alex. in dict. conſil. 82. Perſpectis volu. 2. per tex. in l. ſi antequam, cum l. ſeq. ff. ad Silla. & in l. qui hæredi. §. cum hæreditas ff. de condit. & demon.

23 Quadrageſimoſextò † limita etiam omnia ſtatuta volentia hæredem poſſe iurare in caſibus in quibus de iure communi non poſſe iurare, & omnia decreta, ac ſtatuta volentia poſſeſſionē defuncti continuari in hæredem, procedere in hærede iuſto, habili, & capaci tēpore mortis defuncti, de cuius hæreditate agitur nō aūt in hærede iniuſto, nec inhabili, nec incapace t pe mortis defuncti, licet poſtea efficeretur capax. D. And. Tiraq. in trac. Le mort ſaiſit le vif. in 1. declar. 2. par. nu. 1. ver. his igitur Bal. in rub. de cauſ poſſeſſio. & propriet. in fi. & ibi Barbat. col. 22. ver. opportunè. Alex. conſi. 82. Perſpectis col. 2. verſic præterea dictum vol. 2. & conſi. 40. Perſpectis vol. 3. & conſi. 51. Perſpectis vol. 6. quia legum, ac ſtatutorum beneficia capacibus, & non odioſis, & incapacibus ſcripta ſunt. & verba generalia regringuntur ad habiles. argument. l. Lucius Titius. Damam. ff. de legat. 2. & l. vt graditū. ff. de muneri. & honori. & l. 1. vbi Bar. Iaſ & alij. C. de ſacroſanct. Eccle. ac l. 1. §. nunciatio. vbi glo. Bart. Iaſ. & Doct. ff. de oper. noui nunciatio. Et ſtatuta etiā ipſa, ac decreta procedunt in hærede uero, & proprio, non autem in ficto, nec in hærede abuſiuo, & prima facie tantum hęrede. D. And. Tiraq. in tract. Le mort ſaiſit le vif. in 2. declarat. 2. parr. uerſicu. ſecundò declarat. Bald. conſil 141. Præmiſſis uerbis col. 3. uerſicu. tertiò eſt præmittendum uol 1. per l. 2. ff. quemadmo. teſta. aperian. & l Paulus. ff de uerbo. ſignifi. Bal. in rub. de cauſ. poſſeſ. & proprietat. in fi. & cōſ. 181. Caſus talis eſt, cauetur ſtatuto col. 2. & cōſ. 330. Statuto cauetur, quòd conductor. in tertio dubio uol. 1. Alexand conſi. 82. Perſpect s colum. 2. uerſicu præterea dictum uolum. 2. Cot. in mem uerſicu. decreto Mediolanenſi colum. 2. uerſicu tertiò pro limitatione & uerſicu. ſtatuta, quòd bannitus. Claudi. Seyſellus Aquenſis in l. cum hæredes uer. prædictum tamen ſtatutū. ff. de acquir. poſſeſſione.

Et item dicta ſtatuta, ac decreta procedunt in hærede perpetuo, & non in temporali: puta, in eo qui eſt inſtitutus ea lege, vt confeſtim, aut poſt aliquod tempus, alteri reſtituat hæreditatem. Tiraq. in trac. Le mort ſaiſit le vif. in 3. declarat. 2. part. ibi tertio declara. Alex. conſ. 82. Perſpectis col. 2. ver. præterea dictum ſtatutum vol. 2. arg. l. 1. §. hoc interdictum de ciſterna. ff. de fonte, & l. 1. cum ſeq. ff. ſi ager vectig. vel emphy. pet. & l. qui ſic. ff. de ſolutio. Ego tamē arbitror, quòd hæres grauatus fideicommiſſo in diem incertum, vel ſub conditione, ad reſtituendum hæreditatem tertiò, quòd gaudebit beneficio prædictorum ſtatutorum, quia talis hæres poterit iurare, & poſſeſſio defuncti cenſebitur in eum continuata, ex quo talis hæres ante euentum conditionis, vel diei reputatur pro hærede perpetuo, cùm poſſit bona ſubiecta fideicommiſſo alienare ante euentum conditionis, & diei, licèt reuocetur alienatio veniente die, vel conditione l. fi. C. com. de lega. & fideicom.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, quæ dicatur, condemno ſi probabitur, vel ſi actor iurabit, an valeat.*

2 *Creditor bonæ famæ, qui accepit propria authoritate ſine vi rem debitoris ſui in ſolutum, an teneatur, & contra eum in litem iurari poſſit.*

3 *Statuto diſponente, quod credatur iuramento hominis honeſtæ vitæ, prius per teſtes honeſta vita eſt probanda.*

4 *Accuſatio ſi lingua vulgari ſit facta, an iurari poſſit in litem.*

5 *Familiarum multarum illuſtrium Italiæ latina ac vulgaris nominatio.*

6 *Statuto cauente latinè eſſe loquendum, tamen familiarum nomen poteſt vulgari lingua in actis, vel inſtrumentis ſcribi.*

7 *Forenſis an gaudeat beneficio ſtatuti, concedentis iuramentum in litem.*

8 *Clerici an iurare poſſint ad formam dicti ſtatuti & eius beneficio gaudere.*

9 *Statuta volentia credi alicuius iuramēto procedunt in iudiciis ſummariis tantum: & talia in iudicio ordinario non poſſunt allegari.*

10 *Iurare in litem non poteſtis, contra quem eſt iuris præſumptio.*

11 *Tardani ad inſtituendam accuſationem, an in litem iurare poſſit.*

Statuta

12 *Statuta in ciuitate, & villis non publicata non ligant, niſi diu ius fuerint obſeruata.*

13 *Receptans ignoranter bannitum non tenetur pœna ſtatuti, de receptatoribus bannitorum.*

14 *Habitans in vrbe præſumitur ignorare banna & proclamata facta in oppidis, & è contra.*

15 *Iurari in litem poteſt ſtante dolo partis, contra quem iurari intenditur, fallit vt ibi.*

16 *Statuto ſtante, quòd quando intereſſe debetur de iure canonico poſſit ſuper eo iurari, iuramentum non poteſt præſtari, niſi prius aliter, quàm per iuramentum probetur, quòd intereſſe debeatur de iure canonico.*

17 *Intereſſe de iure canonico, quibus caſibus debeatur.*

18 *Statuta diſponentia credi iuramento damnum paſſi, an habeant locum in muliere.*

19 *Statutum loquens de bannito non habet locum in bannita.*

20 *Statuta volentia credi debere iuramento damnum paſſi vſque ad certam ſummam, ſi fuerint plures damnum dantes non poterit iurari niſi vſque ad dictam ſummam, & abinde ſupra debebit probari aliter, quàm per iuramentum.*

21 *Conductor an pro fructibus in ſolo pendentibus damnificatis iurare in litem poſſit.*

22 *Statuta vbi volunt iurari per plura verba, non ſufficit iurari per aliqua ex ipſis verbis, niſi omnia exprimantur.*

23 *Statutum volens donationes non valere, niſi in earum actu iuretur eas eſſe veras &c. Quomodo intelligantur, & iurari debeat.*

24 *Donatio non ſolū expreſſa ſed etiā tacita debet iurari, & publicari, ſtante ſtatuto, quod omnes donationes iurentur, & publicentur.*

25 *Solennitas publicandi donationem non poteſt de conſenſu periure remitti.*

26 *Iurari non poteſt iudex ſuſpectus.*

27 *Probatio quæ fit per teſtes, vel iuramentum in litem, ſiue in ſupplementum probationis ſemper recipit probationem in contrarium, eò, quòd dolus, vel contumacia alicuius præceſſerit, & contra eum poſſet in litem iurari.*

28 *Iurare non poteſt in litem is, qui ſaltem ſemel in anno non fuit confeſſus peccata ſua, & accepit euchariſtiam.*

29 *Iudæi, & hæretici iurare in litem non poſſunt.*

§. LII.

1 QVADRAGESIMOQVINTO † limita etiam dicta iura, ac ſtatuta non procedere vbi iudex diceret cōdemno ſi probabitur, vel ſi actor, vel accuſator iurabit, ex quo debet prius probari, vel deferri iuramentum, quā ferri ſententia, & tale iuramentum, & ſententia eſſet nulla, & hæc eſt communior ſententia. Rui.conſi.133. De duobus nu.11. & nu.13. vol.5. glo. Bar. Bal. Pau. de Caſt. & alij in l. cum iudex. C. de ſent. Si tamen talis conditio ſtatim impleretur: puta, quia ſtatim iuretur, vel probetur valebit ſententia, alias ſecus, Ruin. d. conſ. 133. Facit l. Lecta ff. ſi cert. pet.

2 ¶ Quadrageſimoſextò † limita quoque omnia iura, ac ſtatuta punientia furta, & volentia pro eis poſſe in litem iurari non procedere contra creditorem bonæ famæ, qui accepit etiam propria authoritate ſine aliqua vi, rem debitoris ſui inſolutum. Alex. conſ. 135. Circa primum nu.7. vol.1. ſecus ſi cum vi. Alex. conſ. 103. Videtur vol.1.

3 ¶ Quadrageſimoſeptimò † limita etiā nō poſſe iurari vigore ſtatuti volētis credi iuramēto hoīs optimę opinionis vel honeſtæ vitæ, niſi probetur prius aliter q̄. per iuramentū de optima opinione, & honeſta vita. Hipp. ſing. 187. Qualitas.

4 ¶ Quadrageſimooctauò † limita quoq; iurari in litem nō poſſe vbi accuſatio, vel petitio lingua vulgari, & non latina offerretur, quia non valet, cum lingua latina offerri debeat l. decreta à prætoribus latinè interponi debēt. ff. de re iudi. Romani enim vt eorum linguam magis dilatarent & honorabilem redderent, inſtituerant lingua latina debere vti. vt refert Valer. Max in 2. lib. de inſtitutionibus antiquis. Raph. Com. & D. Iac. de Puteo. dict. l. decreta. D. Alc. l. 1. §. eadem ff. de verbo. obliga. Et licèt pars non intelligat linguam latinam ſatis eſt, quòd per eius aduocatum, vel procuratorem, quem adire debet, intelligat. Alex. Io. de Imo. & Alc. d. §. eadem. Sed tu dicas, quòd ſatis eſt libellum, petitionem, & alia: puta inſtrumenta, fieri lingua intelligibili etiā vulgari, dummodo ſit intelligibilis in illis partibus, quibus

acta,

acta,uel inſtrumenta fiunt, & verbum latinè de qua in d.l. decreta intelligitur latinè,ideſt, intelligibili & e℞ communis opin Bar.Alex.& Alciat.d.§.eadem.glo.& Doct.d.l.decreta vnde nota tu Itale, ꝙ cum in Italia plures ſint Illuſtres,& nobiles,familiæ quæ latinæ vocantur vno modo,& lingua Italica vulgari appellantur alio modo:puta,Mediolani Illuſtriſſ.Familia † quæ latinè dicitur Vicecomitū, lingua vulgari dicitur parentella delli Viſconti, ſic & nati ex Craſſorum ſtirpe, appellantur vulgo graſſi.& caſati vulgari lingua de caſal nuncupantur,& item qui ſunt de familia Vicedominorū, & Baſilicæ Petri. Viſdommi,& Baſcape in idiomatæ vulgari dicuntur. Et Venetijs qui ſunt de illuſtri domo Corneliorū quæ ab vrbe Romanæ deſcendit ex ſanguine Scipionū,in materna lingua de li Cornari nominantur, Nouariæ etiā illuſtris Catiorū familia, latinè Caſſiorū familia,ſimul & Catiorū cognominatur, cū ex antiqua ſtirpe Caſſiorū Romanorum deſcenderit. Et Nouariæ,Vercellis, Brixiæ, ac Palmę illuſtriſ. familia de aduocatis, lingua Italica vulgari appellatur familia de li Auogadri,Sic & nobiles miluij nibij,ſiue de nibia,ac albutij etiā buzij, & clapi chiappi dicuntur.In eadē vrbe Nouarię adeſt nobilis,& antiqua familia mea de Plotis;originē ducens à Gneó Planco Ploto Romanorū Imperatore,& conſule deſignato. Et qui de hac ſunt familia lingua latina appellantur Ploti, ſiue de Plotis,in lingua verò vulgari, qui ſunt de ipſa mea Plotorū familia,appellantur Piotti,ſiue delli Piotti,& ſic litera l quę in lingua latina eſt,& ſemper fuit in vſu dicendo Plotos,in vulgari lingua Italica conuertitur in i. Et hoc apud Italos eſt in frequenti vſu:vt litera l quę ſit in verbo latino, conuertatur in literam i in lingua vulgari Italica, imò eſt reg. firma linguæ vulgaris Italicæ vt litera l quæ in latino ſermone eſt conuertatur in literam i in ſermone uulgari Italico,ut flamma fiāma,plango piango,gloſſa,gioſa plāta,pianta Florentia Florenza Placentia Piacenza, placeo piaccio, Eccleſia Chieſa,clericus chierico,planca pianca. Ergo & qui ex Plotorum ſtirpe ſunt,& qui lingua latina Ploti à planco ploto cognominantur in lingua vulgari Italica Piotti appellantur Nouarię,& alibi,& uide Ambroſium Calepinum

Alex.d.conſi.41.Ex multis.& conſi.111.Videretur vol.7. Et hoc intellige in forenſe habitante;& ſoluente dicta onera in loco ſtatuti etiam ſi non cōſtaret,quòd in eo cōtraxiſſet domiciliū per decem annos in loco ſtatuti habitando:ſed ſi habitaſſet per decem annos, etiam non ſoluendo aliqua onera,diceretur contraxiſſe domicilium in loco ſtatuti,& diceretur ſubditus, & poſſet gaudere beneficio præmiſſorum,& aliorum omnium ſtatutorum.& eſt com.opi. Pariſius cōſi.12.In pręſenti nu.20.& 22.vol.3.& conſ.108.
8 De bono.num.49.vol.1.Clerici tamen † & omnes perſonę eccleſiaſticæ etiam ſi non ſoluant onera poterunt iurare ad formam prædictorum ſtatutorum, & gaudere beneficio omnium aliorum ſtatutorum laicorum, & locorum, etiam quòd eſſet ſtatutum, quòd non ſoluentes onera in communi non gaudebant beneficijs ſtatutorum, & etiam ſi eſſet ſtatutum quòd non ſubditi ſtatutis, vel communi loci nō gauderent beneficijs ſtatutorū, ex quo ipſi ſuſtinēt onera ſpiritualia: puta,orationes, & uigilias in loco ſtatuti,& etiam ipſi per modum priuilegij, & libertatis eccleſiaſticę poſſunt vti ſtatutis.Alex.conſ.41.Ex multis nu.3.& 4. cum ſequen.vol.7.& d.conſi.111.Videretur vol.7.Pau de Caſt.in d.l.omnes populi col.2.num.8.verſi.item an clerici.& ibi Curt.& Mod.in apoſti.dicunt, quòd hæc eſt com. opi.ff.de iuſt.& iur.iunctis not per Rip.in 1.lib.Reſp.ca.4. inci.Tres nu.9.in fi.de leg.& lon.cōſuet.per Dec cōſ.114. Conſideratis.Feli.in ca.Eccleſia S.Mariæ col.32.q.6.& ibi alij Doc.de conſtit.& hæc eſt communis opinio, vt dicit Brunus in trac.de ſtatutis quòd extantibus maſculis fœmina nō ſuccedat.in 12.artic.prin.q.11.& Pariſ.conſ.100 nu.8.vol.2 Fallit quando ſtatuta expreſſè denegarent beneficia ſua clericis: quia valent talia ſtatuta, nec dicuntur contra libertatē eccleſiaſticam.Dec.conſ.83 In cauſa nu.4. Fallit etiam reſpectu clericorum forenſium non habitantium,& non ſuſtinentium onera ſpiritualia, nec temporalia in loco ſtatutorum:quia tales non poſſunt gaudere beneficio ipſorum ſtatutorū: vt ſentit Decius in d.conſ.114. incip.Diuino implorato præſidio, & pro tenui col.2.verſi. & licet.In hoc tū & in alijs ſto cum ſancta matre Eccleſia.

¶Quinqua-

9 ¶Quinquageſimoſecundò † limita omnia ſtatuta diſponentia credi debere iuramento damnum paſſi, tam reſpectu damnum paſſi, quàm æſtimationis, quàm etiã proprietatis, & poſſeſſionis, ac dominij, prout Nouariæ, ac Papiæ, & alibi eſt ſimile ſtatutum, & omnia alia ſtatuta, volentia credi iuramento camparij, vel ſaltuarij, aut alterius, & oĩa iuramẽta, & ſententias in ipſis cauſis facta, & lata, procedere in iudicijs ſummarijs, cũ præmiſſa iudicia damni dati & ſimilia ſint iudicia ſummaria, & agitata in iudicio ſummario, non autem procedere nec allegari poſſent vbi in alio iudicio ordinario de poſſeſſione, vel proprietate rerũ ageretur: quia eſt communis opinio quòd acta ſententia, ac iuramentum facta in iudicio ſummario, ſeu vbi ſummariè articulus incidens: puta, dominij vel poſſeſſionis ventilatur, non obſtant iudicio ordinario. Bar. l. ſi iudex in fi. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. Bar. Iaſ. Ripa & Docto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. Corn. conſ. 126. Viſo nu. 2. verſi. octauò videtur vol. 4. per text. in l. à diuo Pio. §. ſi ſup rebus. ff. de re iudi. & in l. ſed ſi ante. ff. de excep. Nam & teſtes examinati in iudicio ſummario non probant in iudicio ordinario text. & Doct. in c. veniens de teſtib. Bar. l. ſæpè in fi. ff. de re iud. Bal. & Doct. l. 2. C. de eden. Acta tamen in vno iudicio ſummario probarent inter eaſdem perſonas in alio iudicio ſummario. Cor. dict. conſi. 126. Viſo nu. 3. Mod. d. c. veniens & d. §. duo fratres.

10 ¶Quinquageſimoſecundò † limita omnia iura communia, ac ſtatuta volentia poſſe in litem iurari, vel credi iuramento damnum paſſi creditoris, camparij, vel alterius cuiuſlibet, non procedere quando eſſet præſumptio iuris contra iurare volentem: quia tunc non poterit iurare Barto. l. inter omnes §. rectè col. fin. ff. de furt. Iaſ. §. ſed iſtæ nu. 92. ver. ſecundò & notabilius inſt. de actio. Ergo damnum paſſus ex incendio orto in loco quem habitat, non poterit iurare in litem, nec de damno dato, nec agere de damno dato occaſione dicti incendij contra vniuerſitatem, nec aliũ etiam ſtante ſtatuto quòd credatur iuramento damnum paſſi, tam reſpectu damni, quàm eius quantitatis & perſonarum damnum dantium vel delinquentium, & etiã ſtante ſtatuto

te ſtatuto ꝙ vniuerſitas teneatur pro damno dato vel incendio: quia nõ tenetur pro incendio orto in domo vel loco habitato, cum ſit præſumptio iuris cõtra habitantes, ꝙ eorum culpa incendiũ ſit ortum, niſi probetur per quem fuerit incendium factum. Lau. Calch. conſi. 41. Stante Bal. cõſ. 174. Caſus col. 1. ibi, primò caſu nõ agit. & col. 2. vol. 2.

11 ¶ Ergo etiam ille † qui diù vel multum tardauerit ad agendum vel accuſandum non poterit iurare in litem, nec de damno dato etiam quòd lex vel ſtatutum velit credi eius iuramento ex quo præſumptio iuris contra tardentem, adeo quòd eius accuſatio præſumitur ſuſpecta. Crau. conſi. 38. Aſſertũ nu. 6. Hip. ſing. 264. Tolle. Bald. conſ. 37. Quidã vol. 5. tex in c. 1. de frig. & mal. & in l. ſi quis fortè. §. 1. ff. de pœn. quod tamen ego arbitror iudicis arbitrio collocandum arg. l. 3. ibi, tu magis ſcire potes. ff. de teſt. & l. 1. ff. de iur. del. Ergo iurare in litem, vel de damno dato, vel in ſupplementum, vel aliud iuramentum præſtare non poterit ille qui habet contra ſe vnicum teſtem vel aliam ſemiplenam probationem, vel indicium, ſeu iuris præſumptionem; Nico. Boer. deciſ. 95. An partibus nu. 7. par. Rota deciſ. 144. incip. Extra Rotam. in rubr. de ſent. excom. & hoc per Doctrinã glo. Bar. Bal. & Doc. in l. 1. per illũ text. C. qui & aduer. quos in integr. reſt. & Bar. in l. admonendi nu. 51. verſic. quæro vtrum vna probatio. & ibi alij Doc. ff. de iur. Bald. l. in bonæ fidei. in 4. oppo. & ibi Albe. de Roſa. col. 2. verſ. item quæritur. ſi actor plenè. C. de reb. cred. & iur.

12 ¶ Quinquageſimotertiò † limita iurari in litem vel de damno dato non poſſe vigore ſtatuti non publicati: quia leges ac ſtatuta non publicata non ligant; & non ſolum in ciuitate, verum etiam in caſtris, villis, & comitatu debent publicari aliàs non ligant. auth. vt fac. no. conſt. ibi, omnibus faciat manifeſta. & ibi, & qui in hac maxima ciuitate, & qui foris inhabitant. Alex. conſi. 71. In cauſa num. 4. verſic. ſed verè. & conſ. 181. In cauſa num. 12. ver. principaliter vol. 4. Pariſ. conſ. 171. Banna nu. 4. & 5. vol. 4. l. fi. vbi glo. & Bar. ff. de deci. ab or. fac. Bar. l. oẽs populi. in 4. q. prin. ff. de iuſt. & iur. ignorantia. n. conſtitutionis, ſtatuti, ordinũ, ac decreti, vbi eſt ſine culpa, excuſat ab omni pœna; & vt aliquis etiã

lucro

lucro nō priuetur,& eſt com.opin.Grat.conſ.49.Proponitur vol.2.Abb.conſi.35. Videtur volu.1.Fid.Petrutius de Senis conſ.13.Clericus.Bart.l.auunculo col.fi.ff.de cond. ſine cau.& iſtud procedit etiā ſi ſtatutum prohiberet allegari ignorantia ſtatuti,quia intelligitur de craſſa nō de probabili: prout iſta Grat.d.conſ.49.nu.40.Vbi tamen cōſtat, ꝙ ſtatuta diutius fuerint obſeruata, nō requiritur publicatio ſtatutorum. Alb.Brun.conſ.50.Viſo col.fi.ueiſi.ſi ergo Bar.in extraua.qui ſunt reb.in fi.in data gl.Arch.& Mod.c.
13 de epiſtolis 19.diſt.Et præmiſſa faciunt † ad decreta Mediolani,& ſtatuta ponentia pœnam cōtra receptatores bannitorum,vel eis dantes auxilium,vt non procedant contra eos qui ignorant illos quos receptant, vel quibus dant auxiliū eſſe bannitos: puta,ſi bannū non fuerit publicatū in loco habitationis talis receptantis vel dantis auxiliū: quia non tenentur l.1.§.in pari.vbi gl.ver latrones & ibi Bar.ff. de recep.Vnde receptans bannitum alterius ciuitatis, vel loci dominij Mediolani excuſatur: cum habitans in vna ciuitate, vel loco præſumatur ignorare banna, & præconia alterius ciuitatis,vel loci,Alex.cōſ.31.Ponderatis col.1.ver. præterea cū non ſteterit vol.5.Iaſ.conſi.53.Statuto col.6. verſi.quinto facit vol.3.tex.in c.cum in tua & ibi Doc.qui mat.accuſ.poſ.& in l.Titius.§.Lucius & ibi Bald.& Ange. volunt iſtud procedere etiā reſpectu conſanguineorū.ff.de
14 lib.& poſthu.Imò habitans † in ciuitate præſumitur ignorare cridas,& banna, & alia quæ fiunt in comitatu,& oppidis ciuitati ſubditis, & habitans in ipſis comitatu, & oppidis præſumitur ignorare præconia banna, & alia qu æ fiūt in ipſa ciuitate, & ſic excuſatur.Iaſ.d.verſic.quinto facit in fi.ibi,Imò qui eſt & conſ.46.Pro fiſco col.3.verſic.ſecundo reſpondetur vol.3.Bal.l.planè per illū text.ff.de excuſ tut. Abb.c.1.col.3.de poſt.præl.Abb.in c.fin.vbi Abb.in 4.not. qui matri.accu.poſ.Et hoc maximè procedit cum decreta ipſa,ac ſtatuta punientia receptantes bannitos, vel eis dantes auxiliū nō procedant niſi contra eos, qui ſcienter,& dolo malo dederunt auxiliū,vel receptarunt. Bald.l.quicunq; in prin.C.de ſeru.fug.Bal.& Rom.l.in delictis.ff.de noxa. act.l.1.§.in eo,vbi Floria.ff.de nox.act.Alex.& And.de Po-

mate,& alij in apoſtil.ad Bart.in d.l.1.ff.de recep.Lud Carrer.in inpract.crim.in § homicidium nu.39.verſ.item fallit ſi per vim.nec ſufficit ſcientia banni in genere vbi ſtatuta,ac decreta non prohibent receptari omnes bannitos niſi probetur ſcientia qualitatis banni prohibitæ à decreto, vel ſtatuto: puta, q; eſſet bannitus in capite, vel membro. Dec.conſ.222.Viſo ver.nam ſtatutum. & ver.nam ad hoc.

15¶Quinquageſimoquartò † limita iura omnia volētia poſſe in litem iurari, vt procedant ſtante dolo partis contra quam iurari intenditur, & difficultate probationis. Fallit in actionibus bonæ fidei, & arbitrarijs, & in iuſſu iudicis contempto in quibus eſt ſpeciale, quòd ob ſolum dolum iuretur in litem etiam abſque difficultate probationis.Bal. conſi.345.Proponitur in fi.vol.ſecundo l.in actionibus. vbi tex.& Docto.ff.de in lit.iurand.

16¶Quinquageſimoquintò † limita ſtatuta Mediolani,& Vigleuani,& aliarum ciuitatum vbi valeant,quibus diſponitur,quòd in caſibus quibus debetur intereſſe de iure canonico quòd creditor poſſit iurare ſuper intereſſe vſque ad ſummam de qua in ſtatuto vt ipſum iuramentum nō poſſit præſtari, niſi prius aliter quàm per iuramentum probetur illa qualitas quòd intereſſe debeatur de iure canonico. per no.per Iaſ.in l.1.§.in eum nu.3.verſic.ex hoc.ff.ne quis eum qui.text.in l.2.§.doceri e ff.vi bono.rap.& vide pro hac opinione ſuprà nu.827.verſi Vigeſimonono Ad probandum † autem de iure canonico deberi intereſſe lucri ceſſantis debet probari mora debitoris, & q; creditor eſſet ſolitus cum pecunia negotiare,& ſic eſſet mercator c.cum venerabilis.vbi Abb.& Fel.num.8.verſi.intellige primo.& ibi Dec.& alij de excep.Deci.conſi.116.col.1.Alex conſi.141. Viſo vol.5.& debet probari quòd erat præ manibus mercantia, & quòd lucrum erat quaſi certum. Pau.de Caſtr.l. non vtique.§.nunc de officio nu.3.& ibi Iaſ.ff.de eo quod cert.loco.Dec.conſ.111.Conſideratis.Afflic.deciſ.20.Quidam nu.2.Mod.l.1.C.de ſent.quæ pro eo quod inte.per illum tex intereſſe autem reſpectu damni emergentis debetur de iure canonico etiam non ſolito negotiari dummodo probet moram debitoris in ſoluendo pecuniam Mod.

17

d.l.1.Doct.d.ca.cum venerabilis. item deberetur etiam intereſſe de iure canonico vbi debetur in recompenſationē damni:puta,venditori per emptorem,qui percepit fructus rei venditæ, & fuit in mora ſoluēdo pretium l.curabit.vbi glo.& Doct.C.de act.emp.vel per ſocerum genero qui ſuſtinuit onera matrimonij, & cui facta fuit mora in ſoluendo dotem.tex.& Doct.in c.ſalubriter.de vſur.

18 ¶Quinquageſimoſextò † limita omnia ſtatuta volentia credi iuramento damnū paſſi,vel creditoris,aut camparij non procedere in muliere, vbi ſtatuta ipſa loquerentur in caſibus quibus de iure cōmuni,non eſt credendum iuramento damnū paſſi creditoris,nec camparij:quia tunc maſculinū. non cōcipit fœmininū Cotta mem.ver.maſculinum.in fi. ibi,ſecus ergo.Illuſtris Doctor & preceptor meus colendiſſimus Mag.D.Mar.Soc.Iun.in conſ.1.nu.102.Cor.conſ.14. In præſenti nu.6.vol.2.Sic & ſtatutum † loquens de ban-
19 nito non procedit in banuita.Ange.conſ.67.Primū.Dec.l. fœminæ num.83.ver.8.ſtatutum.de reg.iur.Alex.conſi.28. Præclarè vol.3.& ſtatutum de fure, vel habitatore non habet locū in muliere.Dec.d.l.fœminæ nu.112.Et hoc maximè procedit cum dicta ſtatuta ſint odioſa,dum volunt credi iuramento vnius cōtra ius diuinū,quo cauetur,ꝙ in ore duorū vel triū ſtet omnē verbū, quo caſu maſculinum nō concipit fœmininū, maximè cum materia ſit indifferens: quia magis eſt credendū maſculis quàm fœmininis.Dec.d. l.fœminæ nu.132.ver. quartò quæritur.ibi,in cōtrariū.ff. de reg.iur.Et hoc procedit etiā ſi ſtatutum diceret ꝙ quilibet poſſit accuſare:quia fœmina non poterit accuſare. Bál. rub C.qui accuſ poſ.Bertac.in reper.ver.ſtatuta de damnis. ibi,ſtatutum ꝙ de damno dato quilibet. Sic & ſtatutū,vel decretum ꝙ fur,vel cōmittens robariam ſuſpendatur, non comprehendit fœminā furem. Alex.conſi.135.Circa vol.1.

20 ¶Quinquageſimoſeptimò † limita ſtatuta volentia credi debere iuramento damnum paſſi vſque ad libras duas, vel aliam ſummam, quòd ſi fuerint in eiſdem bonis eodem tempore plures damnum dantes vnica tantum cenſetur accuſatio quò ad omnes,adeo, quòd cōtra quò ad omnes intereſſe, non poterit iurari niſi ſolum pro dictis libris duabus,

duabus, vel dicta ſumma, & abinde ſupra erit probandum aliter quam per iuramentum. Dec. conſil. 83. In cauſa nume. 6. verſi. octauo & vltimò.

21 ¶ Quinquageſimooctauò † limita ſtatuta volētia poſſe agi-vel iurari de damno dato, vel furto aut robarīa in re aliena, vt non procedāt in fauorem conductoris pro fructibus in ſolo pendentibus damnificatis, vel derobatis, niſi ſtatutū vlterius procederet ita diſponendo etiā in cōductore, vel in eo ad quē vtilitas fructuū pertinet. Bar. l. ſi fur. in fin. ff. de vſufruct. Iaſ. Lanfranc. concluſ. 96. Incip. conductor. Poterit tamen conductor agere cōtra dūm vt agat contra furē, vel damnificantem, & quod fuerit conſecutus ſibi reſtituat, vel quòd ſibi cædāt actionē, & abſque tali circuitu poterit conductor de æquitate agere, & iurare cōtra furē, vel damnificantē. Pau. de Caſt. in l. cum in plures. §. meſſem. ff. locat. & in rub. in fi. ff. de ope. no. nunc. maximè cū ſtatutū ꝙ credatur iuramēto damnū paſſi intellagatur etiā de nō domino dummodò vtilitas fructuū ad eū ſpectet. Bal. in addit. Spec. tit. de proba. Doct. c. qm̄. §. in alijs vt in lit. nō cont. D. Io. de Amicis cōſ. 75. Super Pau. de Caſt. rub. ff. de ope. nou. nunc.

